656

COMPENDII TOTIVS IVRIS CANONICI;

SIVE,

BREVIS SVMMÆ

IN QVINQVE LIBROS DECRETALIVM

SACRI CONCILII TRIDENTINI

Decretis accommodatæ;

PARS SECVNDA,

Continens Librum Quartum & Quintum Decretalium:

Auctore

IOANNE HONORIO VAN AXEL DE SENY,

VLTRAIECTENSI, Ciue & Aduocato Romano.

PERMISSV SVPERIORVM.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud Antonium & Arnoldum Hieratos Fratres.

ANNO M. DC. XXX.

Digitized by Google

IOAN. HONORII VAN AXEL SVMMÆ DECRETALIVM.

Liber Quartus.

De Sponſalibus, & Matrimonijs.

Titulus I.

SVMMARIA.

1 *Cauſa matrimonialis eſt mere ſpiritualis.*

2 *Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum repromiſſio.*

3 *Contrahuntur quandoq; per verba de futuro.*

4 *Quandoq; per verba exprimentia conſenſum de præſenti.*

5 *Sponſione vtrimq; facta.*

6 *Fidei ratione iuramento interpoſito, datis arrhis ſpõſalitijs, annuli ſubarrhatione, nudo conſenſu.*

7 *Per procuratorem.*

8 *In ijs contrahendis ætas definita non eſt, canones requirere videntur quod ſeptimus annus ſit completus.*

9 *Ex ſponſalibus puris oritur impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis ad impediendum & dirimendum ſequentia ſponſalia vel matrimonia non autem ad præcedentia diſſoluendum.*

10 *Contrahitur inter ſponſum & conſanguineos ſponſæ, & econtra inter conſanguineos ſponſi & ſponſam.*

11 *Quod Synodus Tridentina, vbi Sponſalia quacunq; ratione valida non erant, prorſus ſuſtulit vbi valida fuerint, decreuit primum gradum non excedere.*

12 *In publica honeſtate quæ inſurgit ex ſponſalibus ſiue matrimonio de præſenti, licet non conſummato, vetera iura remanent incorrecta in omnibus caſibus & gradibus.*

13 *Si alter ex Sponſis non vult perficere matrimonium poteſt ad petitionem alterius compelli per iudicem compulſione moderata.*

14 *Non inducunt bigamiam.*

15 *Diſſoluantur octo modis hic relatio.*

16 *Matrimonij ſubſtantialia ſunt tria fides, proles, ſacramentum.*

17 *Matrimonij impedimenta ſunt duplicis generis, quædam impediunt matrimonium contrahendum, ſed non dirimunt contractum.*

18 *Inceſtus ſcienter commiſſus cum conſanguinea ſua vel affine.*

19 *Raptus ſponſæ alterius.*

20 *Homicidium propriæ vxoris etiam adulteræ.*

21 *Suſceptus propriæ prolis ex baptiſmo, vel confirmatione.*

22 *Homicidium presbyteri.*

23 *Pœnitentia ſolemnis publica.*

24 *Connubium cum moniali, interdictũ Eccleſiæ ſeu iudicis, tempus feriarum.*

25 *Vagatio.*

26 *Infirmitas non impedit matrimonium contrahendum.*

27 *Matrimonij impedimenta quæ impediunt contrahendum & dirimunt contractum in libro quarto decretalium per ſingulos titulos explicantur.*

28 *Leges quæ prohibent matrimonium inter certas perſonas, & alia ſimiles inducentes impedimenta matrimonij ſunt correcta.*

29 *In matrimonio requiritur conſenſus cum plena libertate tempore promiſſionis de contrahendo & tempore contractus monaſterij.*

30 *Si timetur violentia inferri puellæ de cuius matrimonio inter duos contẽditur puella ſequeſtratur.*

31 *Matrimonia vinculo pœnæ obſtringi inhoneſtum eſt, ſiue futura ſiue iam contracta.*

32 *Promiſſio ex cauſa mere lucratiua, quæ confertur in matrimonij tempus inter ſponſum & ſponſam non valet.*

33 *Matrimonium contractum per metum an ſit ipſo iure nullum.*

34 *Matrimonium eſt triplex, verum, præſumptum, & putatiuum. Verum contrahitur inter perſonas legitimas per verba de præſenti.*

Digitized by Google

35 *Præſumptum eſt quando inter perſonas legitimas interuenerunt ſponſalia de futuro verbis & mente contrahentium, quæ tranſeunt in matrimonium per carnalem copulam.*

36 *Aliquando inter perſonas ætate inhabiles verbis & mente contrahentium fiunt ſponſalia de præſenti quæ tranſeunt in matrimonium per oſcula, munera, amplexus ſi interueniant poſt tempus pubertatis.*

Quandoq; inter puberes interuenerunt verba apta ad contrahendum matrimonium habentia tractum in euentum conditionis, vel arbitrij alieni & ſuccedit copula per quam receditur ab omni eo quod matrimonium ſuſpendebat.

38 *Hodie in parochijs in quibus Concilium Tridentinum eſt receptum & decretum c. 1. Seſſ. 24. de refor. matrim. publicatum nõ habent locum præſumpta matrimonia.*

39 *Putatiuum matrimonium & quando contrahitur præcedentibus proclamationibus in conſpectu Eccleſiæ in gradu prohibito, data ignorãtia impedimenti ab ipſis contrahentibus vel altero ipſorum tempore contractus & tempore conceptionis filiorum, vel obtenta diſpenſatione ſuper impedimento forſan minus ſufficiente & defectu poteſtatis diſpenſantis.*

40 *Filij nati ex putatiuo matrimonio cenſentur legitimi etiam quoad ordines.*

CAVSA matrimonialis ſpectat ad
forum Eccleſiaſticum, non ſolum
cum tractatur de ſubſtantia vinculi,
ſed etiam cum agitur poſſeſſo-
rio, *c. ex conqueſtione & ibi Pan. in 2.*
not. de reſtit. ſpoliat. & ſecundum Canones non
ſecundum leges terminatur, *c. tuam de ord. cognit.*
Pan. poſt glo. in c. 1. ſub num. 4. hoc tit. ac eſt mere
1 ſpiritualis, † *d. c. tuam de ord. cognit.* de qua ſæcu-
laris Iudex nec incidenter nec alio modo po-
teſt cognoſcere, quando incidit per modum
diſceptationis & eſſentia matrimonij, per hoc
in aliquo lædi poteſt, *c. cauſam & 2. Qui fil. ſint le-*
git. gloſ. fin. in c. lator. eod. tit. Bart. in l. titia. num. 3. &
ſeq. qui diſtinguit pulchrè & Bald. num. 3. & DD. ff.
ſolut. matr. Couar. ſuper 4. decret. par. 2 cap. 8. §. 12.
num. 3. & ſeq. Franc. Marc. quæſt. 16. 5. & ibi add. pul-
chrè & deciſ. 493. par. 2. ideò ſubijcit de ſpon-
ſalibus Sponſalia ſunt futurarum nuptia-
2 rum repromiſſio, † quæ ſe habent ad ma-
trimonium, vt quoddam præambulum, *c. no-*
ſtrates 30. quæſt. 5. l. 1. 2. & 3. ff. de ſponſal. prohibito
matrimonio, prohibentur ſponſalia, *l. oratio ff. de*
ſponſ. ſed contrahenti ſponſalia non infligitur
eadem pœna, quæ contrahenti matrimonium,
c. 1. & ibi gloſ. in ver. contrahere & Can. de conſang.
& affinit. contrahuntur quandoque per verba
de futuro, † id eſt, per verba exprimentia con- 3
ſenſum, non de præſenti, ſed de futuro, & iſta
poſſunt propriè dici ſponſalia, quandoque per
verba exprimentia conſenſum de præſenti, † & 4
iſta impropriè appellantur ſponſalia reſpectu
vinculi matrimonialis cuius reſpectu promit-
tunt de præſenti, ſed dicuntur ſponſalia ante
carnalem copulam & traductionem ad domũ,
c. ſi inter virum hoc tit. & ibi Can. c. accepiſti, & ibi
Pan. in 2. not. de ſponſ. duor. ſponſione vtrinq; fa-
cta, † nã altero tantum loquente non ſunt ſpõ- 5
ſalia de præſenti aut de futuro, *gloſ. in d. c. ſi inter*
virum in ver. dicente. c. tua. & ibi gloſ. 1. & Can. hoc tit.
Pan. in c. tua nos num. 10. de ſponſal. ſpeculat. de ſpõ-
ſal. num. 3. & ibi Bald. in addit. in princ. l. ſponſalia
la. 2. ff. de ſponſal. fidei † datione, *c. 2. c. is cui fidem* 6
hoc tit. iuramento interpoſito, *d. c. 2. d. c. is cui fidẽ*
hoc tit. datis arrhis ſponſalitijs, *l. arrhis C. de ſponſ.*
l. 1. C. ſi Rector Prouinciæ l. annuli ſubarrhatione,
c. fin. de deſponſ. impub. & ibi gloſſ. 1. c. ſi quis vxorem
& c. ſeq. 27. quæſt. 2. nudo conſenſu, *l. ſufficit l. in*
ſponſalib. la. 1. & l. ſponſalia. la. 2. ff. de ſponſ. expreſ-
ſo per ſigna exteriora, *Pan. in c. tua in 1. not. hoc*
tit. gloſ. 1. in c. ſufficiat. 27. quæſt. 1. latè Couar. in epit.
lib. 4. decret. 2. par. cap. 4. in princ. denique con-
ſtat etiam abſenti abſentem deſponſari poſſe,
d. l. ſufficit. 2. reſp. cum l. ſeq. & l. fin. ff. de ſponſal.
ſed ſi pœniteat, & procuratorem † datum reuo- 7
cauerit, antequam contraxerit, licet cum quo
contraxit, abſens, vel procurator datus non fue-
rint certiorati, non ſunt ſponſalia aut matrimo-
nium, cum illius conſenſus deficiat, ſine quo
firmitatem habere non poſſunt, *gloſ. fin. in d. l.*
ſufficit, & ibi DD. c. procurator de procurat. in 6. Felin.
in c. ex parte & 3. num. 9. de reſcript. contra Com-
munem Iuris regulam, quod reuocatio procu-
ratoris dati ſpecialiter ad contrahendum cum
certa perſona, debeat vtrique intimari, *l. 1. §. ſed*
ego quæro. ff. quod iuſſu l. ſi fideiuſſor. §. 1. ff. mand. d.
c. ex parte & 30. & ibi Pan. & Felin. de reſcript. In
ſponſalibus † de futuro contrahendis, ætas cõ- 8
trahentium definita non eſt, vt in matrimonijs,

qua-

Digitized by Google

quapropter à primordio ætatis ſponſalia effici
poſſunt, ſi modo id fieri ab vtraque perſona in-
telligatur, id eſt ſi non ſint minores quàm ſeptẽ
annorum, *l. in ſponſalibus la. 2. ff. de ſpouſ. & ibi gl. c.*
literas & ibi gloſſ. pen. & Can. de deſponſal. impub.
Imo canones ad ſponſalia de futuro contra-
henda, tam in maſculo quàm in fœmina requi-
rere videntur quod ſeptimus annus ad minus
ſit completus, ita quod hæc ætas non poſſit prę-
ueniri, *c. acceſſit & ibi Pan. n. 3. per illum text. de de-*
ſponſ. impub. Pan in d. c. litteras n. 3. per illum text. eod.
30. *quaſt. 2. in ſumma & c. vnico. C. vnico.* multi-
plex eſt eorum effectus. Primò ex ſponſalibus
9 puris † oritur efficax impedimentum Iuſtitiæ
publicæ honeſtatis ad impediendum & diri-
mendum ſequentia ſponſalia vel matrimonia,
non autem ad præcedentia diſſoluendum, *c. 1.*
hoc tit. in 6. ex ſponſalibus conditionalibus ante
conditionem extantem, ſicuti conſenſum non
habentibus & incertis, nulla publicæ honeſtatis
Iuſtitia oritur, *d. c. 1. § fin. hoc tit. in 6.* Contrahi-
10 tur † autem inter ſponſum & conſanguineos
ſponſæ & econtra inter conſanguineos ſponſi
& ſponſam, *c. continebatur de deſponſ. impub. c ſpon-*
ſam hoc tit. c. reſeres, text. & ibi Pan. n. 2 qui fil. ſint le-
11 *git.* quod ſancta ſynodus Tridentina † in ſpon-
ſalibus de futuro, vbi ea quacunque ratione va-
lida non erunt, prorſus tollit, vbi valida fuerint,
decreuit primum gradum non excedere, quo-
niam in vlterioribus gradibus iam non poteſt
huiuſmodi prohibitio abſq; diſpẽdio obſeruari
c. iuſtitiæ de refor. matr. ſeſſ. 24. & correcta ſunt
c. iuuenis, cap. ad audientiam c. ſponſam hoc tit.
cũ ſimilib. & c. 1. hoc tit in 6. ac notata per Cou.
in epit. li. 4. dec. 2. par. c. 6. § 2. n. 1. 2. & 3. In pub-
12 lica honeſtate † quæ exurgit ex ſponſalibus ſiue
matrimonio contracto per verba de præſenti,
licet non conſummato, vetera iura manent in-
correcta in omnibus caſibus & gradibus, *Pius*
5. conſtit. 62. in bullario, nam maior honeſtas exi-
git, vt non ducam eam in vxorem, quę fuit ſpon-
ſa de præſenti conſanguinei mei, quàm quod
abſtineam ab ea quæ fuit ſponſa conſanguinei
mei de futuro, *c. non debet & ibi gloſſ. in ver. ſecun-*
dis nuptijs & Pan. n. 13. de conſang. vel affin. l. ſemper
ff. de rit. nupt. publica namque honeſtas oritur ex
contractu ſponſaliorum de futuro & de præ-
ſenti, affinitas ex copula, *Pan. in c. tua fraternitatis*
de eo qui cog. conſ. vxoris ſuæ & . c. 1. hoc tit. in 6. & ibi
gloſ. in not. & ver. idem facit & Can. Secundo quod
ſi alter † ex ſponſis non vult perficere matrimo- 13
nium, poteſt ad petitionem alterius moneri &
compelli per Iudicem, compulſione moderata
non præciſa, maximè ſi ſponſalia ſint iurata, *c. 2.*
hoc tit. c. ex litteris & 2. & ibi Pan. n. 3. & 6. & Can.
eod. Card. Seraph. deciſ. 1112. Gabr. com. 186. vol. 2.
Greg. per deciſ. 376. & ibi annot. Tertiò non in-
ducunt bigamiam, † vnde ſi quis ſponſam alte- 14
rius, non tamen illi nuptam nec ab eo cogni-
tam vxorem duxerit, ſacerdos fieri non prohi-
betur. *c Valentino 34. diſt. c. debito de bigam. non*
ord. Diſſoluuntur ſponſalia † mutuo diſſenſu 15
etiam iurata, *c. 2. hoc tit.* Secundo per ingreſſum
religionis, *c. commiſſum hoc tit.* Tertio quando
alter etiam poſt ſponſalia iurata contrahit cum
alia perſona per verba de præſenti, vel per ver-
ba de futuro carnali copula ſubſecuta, *c. ſi inter*
§ fin. c. ſicut hoc tit. Quarto quando alter ſe tranſ-
fert ad remotam regionem, *c. de illis hoc tit.*
Quinto lapſu termini, quando certus terminus
temporis eſt appoſitus in ſponſalibus etiam iu-
ratis ad contrahendum matrimonium, ille per
quem non ſtetit, liber eſt, & alias contrahit nu-
ptias ſine periurio, de quo alteri imponitur pœ-
nitentia, *c. ſicut hoc tit.* Sexto quando alter in le-
pram vel etiam in paralyſim incidit, vel oculos,
vel naſum amittit, aut quidquam ei turpius e-
uenit, *c. quemadmodum § fi. de iureiur.* Septimo,
quando alter fornicatur, ſoluuntur ſponſalia
quoad innocentem, *d. c. quemadmodum in princ.*
etiamſi ſponſa fuerit oppreſſa per violentiam,
Pan. poſt Io. And. in d. c. quemadmodum §. illud n. 12.
quia fornicatus non poteſt reſilire ſi alter in-
nocens velit ſecum contrahere, quia delictum
ſuum non debet ei pręſtare abſolutionem à ſuo
contractu, *Pan. in d. c. quemadmodum §. illud n. 4.*
Octauo quando ſuperuenit conſanguinitas, af-
finitas, vel aliquod aliud perpetuum impedi-
mentum, *c. ex litteris 2. & ibi gloſſ. fin. & Can. hoc*
tit. vel alter incidit in hæreſim. *c. non ſolum 28. q.*
1. c. quanto de diuort. gloſſ. fin. in d c. de illis hoc tit. de
præfatis caſibus recitat quatuor verſus. Omiſſa defi-
nitione matrimonij tradita in Inſt. Imperialib.
tit. de pat. pot. in princ. ac prætermiſſis cæteris
traditis ibi. tit. de nupt. ſubſtantialia † matrimo- 16
nij ſunt tria, fides, proles, ſacramentum. *fin. de*
cond. appoſ. & ibi gloſſ. & Can.

Impedimenta matrimonij † ſunt duplicis ge- 17

Digitized by Google

neris, quædam impediunt matrimonium con-
trahendum, ſed non dirimunt contractum, vt
18 inceſtus † ſcienter commiſſus cum cõſanguinea
ſua, vel affine, c. ſi quis ſponſam 7. quæſt. 7. c. ſi quis
viduam c. qui dormierit c. concubuiſti & c. ſeq. 32. quæſt.
7. Garſ. de beneſ. part. 8. cap. 3. n. 33. & 36. & ſeqq.
& ita ſeruat ſtylus Curiæ, quatenus cum diſpen-
ſat vt conſanguinei, qui ſe inceſtu polluerunt
contrahant inter ſe matrimonium, apponit
clauſulam vt ſuperſtes ſine ſpe matrimonii ma-
neat, Nauarr. conſ. 1. de eo qui cog. conſang. vxor. ſuæ.
raptus † ſponſæ alterius, c. ſtatutum 27. quæſt. 2.
19 ſecus ſi rapiat ſolutam, c. denique 36. quæſt. 2. c. pen.
& fin de rapt. homicidium † propriæ vxoris, c. 1.
20 de diuort. c. inter hæc & c. ſeq. 33. quæſt. 2. etiam adul-
teræ, c. interfectores & ibi gloſſ. 1. c. inter hæc & c. ſeq
33. quæſt. 2. Præterea amittit quod ex ſtatuto ſibi
debetur, Bart. in l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir. vxorem in fin.
ff. ſolut. matr. & prohibetur à ſucceſſione vxo-
ris, Bald. in l. vnic. n. 3. C. vnde vir & vxor, quia qui
occidit, videtur ſua culpa diuertiſſe, nec licet
marito occidere vxorem etiam adulteram niſi
certas perſonas & certis caſibus notatis in l. ma-
rito & l. ſeq. ff. de adult. & authen. ſi quis ei C.
eodem, mariti enim calor & impetus facile ſæ-
uientis eſt refrenandus, l. nec in ea §. ideo ff. de adult.
ſuſceptus † propriæ prolis ex baptiſmo vel con-
21 firmatione, c. ſi vir de cognat. ſpirit. c. de eo quod 30.
quæſt. 1. homicidium † presbyteri, l. c. 2. de pœnit.
22 & c. qui presbyterum 17. quæſt. 4. pœnitentia † ſo-
2 lemnis publica niſi ratione adoleſcentiæ ei cõ-
iugium permittatur, c. de his vero 33. quæſt. 2. quia
taliter pœnitens, vouere intelligitur, c. contrari-
um & c. ſeq. de pœnit. diſtinct. 5. c. aliud 11. quæſt. 1. li-
cet alij ei libere matrimonium permittant, cõ-
nubium † cum moniali, c. ſi ergo 27. quæſt. 1. inter-
24 dictum eccleſiæ ſeu iudicis, c. 1. de matrim. cont.
interdict. eccleſ. tempus feriarum, c. Capelſan. & ibi
gloſſ. in ver. quocunq; tempore & Can. de feriis gloſſ. fin.
in c. 2. de pœnit. & remiſſ de præfatis impedimentis reci-
tat quatuor verſus & ibi Can. ea enumerant. his adde
vagationem, † nam Conciliũ Tridentinũ mo-
25 net omnes ne vagabundos ad matrimoniũ fa-
cile recipiant, præcipit parochis ne illorum ma-
trimonijs interſint, niſi prius diligentem inqui-
ſitionem fecerint, & re ad ordinarium delata,
ab eo licentiam id faciendi obtinuerint, c. 7. ſeſſ.
24. de refor. matr. Iſtis autem quibus propria con-
nubia prohibentur, interdicitur etiam nuptia-
libus conuiuijs intereſſe, c. lect. verſ. fin. & c. ſeq. 34.
diſt. Infirmitas † non impedit matrimonium cõ- 26
trahendum, imo in articulo mortis poteſt quis
contrahere matrimoniũ, adeo quod filij antea
geniti legitimantur, c. tanta vis qui fil. ſint legit. Pan.
in c. quoniam n. 4. de coniug. lepros. Quædam impe-
diunt † cõtrahendum matrimoniũ, & dirimunt 27
contractum, de quibus in hoc libro ſingulos
habet titulos & comprehendũtur infraſcriptis
verſibus, error perſonæ, non fortunæ vel quali-
tatis, c. 1. 29. quæſt. 1. cõditio tit. de cond. appoſ. & de
coniug. ſeru. votum, tit. qui cler. vel vouent. cognatio,
tit. de cognat. ſpirit. cum trib. tit. ſeq. crimen, tit. de eo
qui dux. in matr. quã poll. cultus diſparitas, 28. quæſt.
1. per tot. c. quanto de diuort. vis, c. de muliere c. cum lo-
cum c. conſult. hoc tit. ordo, tit. qui clerici vel vouent.
ligamen, id eſt, vinculũ prioris matrimonij quo
ligatus ſit vni alteri coniugi, §. affinitatis verſ. quod
ita Inſtit. de nupt. c. quomodo virgin. 31. quæſt. 1. c. nupt.
32. quæſt. 1. honeſtas, c. ad audientiam c. ſponſam hoc
tit. dixi in princ. huius tit. ſenſus, c. dilectus hoc tit. l. o-
ratione in fine ff. de rit. nupt. l. furor ff de ſponſal. c. hi qui
& c. ſeq. 32. quæſt. 7. & affinis, tit. de conſang. & affin.
ſi forte coire nequibis, tit. de frigid. malef. & imp.
coeundi. Hæc ſocianda vetant, connubia iuncta
retractant. Leges † quæ prohibent matrimoniũ 28
inter certas perſonas, vt inter tutorẽ & pupillã
tuam, C. de interd. matr. inter pupill & tut. inter Re-
ctorem Prouinciæ & ſubditam, C. ſi Rector Pro-
uinciæ, inter quacunq; poteſtate præditum &
ſuppoſitũ ſuæ iuriſdictioni, C. ſi quacunq; poteſt
præd. inter filium ſenatoris & libertinam, l. ſi quis
officij l. oratione ff. de rit. nupt. & alię ſimiles inducẽ-
tes impedimenta matrimonij, ſunt correctę per
ius Canonicum non aſſiſtens iuri ciuili, Anchar.
in c. fin. n. 11. de ſecund. nup. & ibi Io. And. n. 6. Panorm.
in c. eccleſ. S. Mariæ. n. 19. & ſeqq. de conſt. In matri-
monio requiritur conſenſus † cũ plena liberta- 29
te & ſecuritate, c. cum locum c. requiſiuit hoc tit. &
vtrobiq; Can. 31. quæſt. 2. in ſumma & c. 1. & c. de nuptiis
l. Titia ff. de verb. oblig. non ſolũ tempore promiſ-
ſionis de contrahendo, ſed etiam tempore con-
tractus matrimonij, Pan. in c. Gemma n. 4. hoc tit.
Conciliũ Tridentinũ præcipit omnibus & ſin-
gulis Dominis tẽporalibus & magiſtratibus cu-
iuſcunq; gradus, dignitatis, & conditionis exi-
ſtant ſub anathematis pœna, quã ipſo facto in-
currunt, ne quouis modo directè vel indirectè
ſubditos ſuos, vel quoſcunq; alios cogant, quo-
minus

Digitized by Google

minus liberè matrimonia cõtrahant, *c. 9. ſeſſ. 24. de refor. matr.* quia maximè nefarium eſt matrimonij libertatẽ violare, & ab eis iniurias naſci à quibus iura expectãtur, æquiparãturq; raptoribus, *c. nullus 36. quæſt. 2.* ſi timetur inferri violẽtia puellæ, de cuius matrimonio inter duos cõtenditur, niſi alter ex duobus maritis litigantib. ſit in poſſeſſione, *Anchar. in c. cũ locũ in fi. hoc tit. Bal. in c. pen. n. 8. de prob. Achil. deciſ. 1. hoc tit. Franc. Marc. q. 165. n. 2.* puella ſequeſtratur & Iudex debet ſibi prouidere locũ tutum & honeſtũ, donec cauſa terminetur, *d. c. cum locũ & ibi gloſſ. in ver. nihil timere h. t. c. accedens de procur. & v. vtbiq; Can.* etiamſi timeatur de violentia parentũ, *c. Pan. in d. c. cum loc. n. 5. c. pen. de prob. l. ſi in vita C. de nupt. c. nõ eſt h. t.* eadẽ

31 ratione inhoneſtum eſt vinculo † pœnæ matrimonia obſtringi, ſiue futura, ſiue iã contracta, *c. Gem. h. t. l. Titiaq; ff. de ver. obl. l. fi. C. de ſponſ. & ibi*

32 *Bald. n. 12.* ſiue pœna promittatur † ab ipſis contrahentibus, ſiue eorũ parentibus, *Bald. in l. hæres meus §. fi. ff. de cond. & demonſtr. per illum text. Pan. in d. c. Gemma n. 9. & ibi Can. Bald. in addit. ad ſpec. de ſponſ. in fin.* Similiter promiſſio ex cauſa merè lucratiua quæ cõfertur in matrimonij tempus inter ſponſum & ſponſam non valet, nã ab altero coniugum nõ poteſt alter inuitari ad matrimonium ſpe lucri, quia eſſet præſumptio quod fieret cauſa libidinis, nõ raro probabilis cauſa huiuſmodi ſtipulationis eſt, *l. ſi ita ſtipulatus 3. § ſi tibi nupſero ff. de verb. oblig.* ideo ſi conſtaret quod non fieret cauſa libidinis, valet ſtipulatio, vt ſi promittens erat vilis, alia pars nobilis, vel iſta ſtipulatio fiebat cauſa pacis, *Bart. in d. §. ſi tibi nupſero,* aut ſi promittatur cauſa dotis vel donationis, ppter nuptias, *gl. in d. § ſi tibi nupſ. Greg. XV. dec. 563. & ibi annot. Pan. in c. de illis n. 3. de cond. appoſ.* hinc infertur quod matrimoniũ cõtractum per me-

33 tum † eſt ipſo Iure nullũ, *Pan. in d. c. cũ locũ n. 46. & ſeqq per c. ſignificauit de eo qui dux. in matr. quã pollult & c. veniens & 2. h. t. c. de muliere & ibi gl. 1. c. conſ. in fin. h. t. gl. vnic. in Abbas verſ. & 1. in cauſ. matr. de ijs quæ vi metu ſue cauſ fiunt.* & cuiuſcunq; ſint ætatis ſe poſſunt per illatã violentiam excuſare, *c. de illis & 2. de deſp. imp.* contractũ per reuerentiã parentum tenet, dummodo metus nõ interuenerit, *l. ſi patre ff. de rit. nupt. l. nec fil. C. de nupt. Pan. in c. veniens & 1. n. 4. h. t.* purgatur autẽ metus præcedens per copulã carnalem voluntariam, nõ coactam ſubſequentẽ, *c. ad id quod d. c. veniens & 1. & ibi gl. in ver. cognoſci permiſit & Pan. n. 6. h. t. d. c. conſ. & ibi gl. in ver. ante carn. cop. & ibi gl. margin. & Can. eod.* vel ſi poſt violentiam cõſenſus expreſſus, vel præſumptus accedat, *c. de illis & 2. in fi. & ibi gl. & Can. de deſp. imp.* qua autẽ ſolennitate debeat cõtrahi matrimoniũ dicetur inf. tit. de cland. deſp.

Matrimonium eſt triplex, † verũ, præſumpũ, 34 & putatiuum: verum cõtrahitur inter perſonas legitimas per verba de præſenti apta ad contrahendum matrimonium, *c. ſi inter virum in princ. hoc tit.* Præſumptum eſt † quando inter perſonas legitimas interueniunt ſponſalia de futuro verbis & mente contrahentium, quæ vires decretalium nõ tranſeunt in matrimonium per oſcula, munera, amplexus, niſum carnalis copulæ, *c. fin. h. t. Io. And. in c. 1. n. 3. de matr. contrah. conc. interd. eccl. c. 1. §. idem quoq; & ibi gl. add. poſt gl. in ver. modũ aliũ de deſp. imp. in 6. Franc. Marc. dec. 494 p. 2.* ſed benè per carnalem copulam, *c. ad id quod c. is qui fidem hoc tit.* Aliquando inter perſonas ætate 36 † inhabiles verbis & mente contrahentium fiunt ſponſalia de præſenti, quæ iuris interpretatione ſunt de futuro, vt contracta inter impuberes non proximos pubertati, vel puberem & impuberem, & tranſeunt in matrimonium, nõ ex niſu carnalis copulæ, *c. atteſtationes de deſponſal. impub.* aut ex ſolo aduentu pubertatis, ſed per oſcula, munera, amplexus & ſimilia, ſi interueniant poſt tempus pubertatis, *d. c. atteſtationis §. conſultationi tuæ de deſponſ. impub. c. 1. §. idem quoque eodem in 6.* ſi verò impuberes aut impubes ſint proximi pubertati, & malitia ſuppleat ætatem, cenſetur matrimonium contractum, *d. c. 1. §. 1. & ibi Franc. n. 1. Io. And. & Can. de deſponſ. impub. in 6.* 37 Quandoq; inter puberes † interueniunt verba apta ad contrahendum matrimonium habentia tamẽ tractũ in euentum conditionis, vel arbitrij alieni, & ſuccedit copula carnalis in quo caſu prẽſumitur receſſum ab omni cõditione & modo, & generaliter ab omni eo quod matrimoniũ differebat, vel ſuſpendebat, neq; contra huiuſmodi præſumptionẽ admittitur probatio in contrariũ, *c. is qui fid. h. t. c. per tuas de cond. appoſ. in matr.* Hodierno die in parochijs, † in quibus 38 Conciliũ Trid. eſt receptũ, & decretum c. 1. ſeſſ. 24. de ref. matr. eſt publicatũ poſt lapſũ triginta dierũ à prima publicatione non habet locũ c. is qui fid. h. t. adeo quod nullũ ſit in eis hodie matrimoniũ præſumptum per copulam carnalem ſubſecutam, *Nauar. in manual. c. 25. num. 144. & conſil. 5. nu. 2. hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 429. part. 1.*

Digitized by Google

ex eadē ratione nō habet locū c. à nobis de deſp. imp. c. 1. §. idem quoq; eodē in 6. & alij ſimiles canones, quia Concilium Tridentinum eos qui aliter quàm præſente parocho, vel alio ſacerdote de ipſius parochi ſeu ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, ad ſic contrahendum omninò inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos & nullos eſſe decernit, *c. 1. § qui aliter ſeſſ. 24. de refor. matrim.* In cæteris Prouincijs in quibus Concilium Tridentinum nondum eſt receptum aut decretū d. c. 1. ſeſſ. 24. in parochia non eſt publicatum, antiqua iura ſunt ſeruanda, *Nauar. conſ. quinto n. 2. hoc tit. Rot. diuerſ. d. deciſ. 429. part.* 1. Etenim Concilium Tridentinum in d. c. 1. §. fin. ſeſſ. 24. præcipit ordinarijs omnibus vt hoc decretum curent populo publicari & explicari in ſingulis ſuarum diocęſum parochialibus eccleſijs, & decernit vt in vnaquaq; parochia robur ſuum poſt triginta dies habere incipiat à die primę publicationis in ea-
39 dem parochia factæ numerandos. Putatiuum † eſt quando matrimonium contrahitur præcedentibus proclamationibus in conſpectu eccleſiæ in gradu prohibito, data ignorantia impedimenti ab ipſis contrahentibus, vel altero ipſorum tempore contractus, *c. fin. §. ſi quis vero de clandeſt. deſponſ. Dur. in c. referente qui fil. ſint legit. Put. deciſ. 77. lib. 2. Greg. XV. deciſ. 461. & ibi annot.* ac tempore conceptionis filiorum, *Pan. in c. ex tenore n. 3. per illum textum & ibi Can. qui fil. ſint legit.* vel obtenta diſpenſatione ſuper impedimento forſan minus ſufficiente ex defectu poteſtatis diſpenſantis, *Rot. diuerſ. deciſ. 477. part* 1. *c. ſi virgo & ce. ſeqq. 34. q. 2. vincta l. fin. Cod. de ijs que à non Domino manumiſſi ſunt l. generaliter in fin. ff. de noxal. art. Bald. in l. 1. n. 28. C. de furt.* nam quoad effectum legitimationis prolis ſufficit colorata matrimonij poſſeſſio, *Prepoſit. in c. ex tenore in §. 5.*
40 *not. qui fil. ſint legit. & Can.* & filij † ex eo nati cenſentur legitimi etiam quoad ordines, *c. cum inter c. peruenit c. per tuas & c. ex tenore & ibi Pan. n. 3. 8. & 9. qui fil. ſint legit.* ſecus vbi contrahentes ſcirent impedimentum, & matrimonium in conſpectu eccleſiæ contrahere præſumunt, vel etiam ignorantes contraherent clandeſtinè in caſu prohibito, aut contra interdictum eccleſiæ, *d. c. referente & Pan. in d. c. ex tenore n. 5. qui fil. ſint legit. & c. cum inhibitio §. ſi quis de clandeſt. deſponſ. iuncto c. 1. ſeſſ. 24. de reform. matrim.* ignorantia facti excuſat, *d. c. ex tenore* & multo fortius ignorantia facti & iuris, *Pan. in d. c. referente n 5.* ac etiam ignorantia iuris tantum, *l. qui in Prouincia §. 1. ff. de rit. nupt. facit l. ſed etſi lege §. ſcire ff. de petit. hered.* quia filij ſunt fructus matrimonij, & ſufficit in poſſeſſore abeſſe malam fidem vt eos ſuos faciat, *gloſſ. fin. in l. 2. C. ſi quis ign. rem min. eſſe ſine decreto comp. & ibi Bald. l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. domin. Bart. in d. l. ſed etſi lege §. ſcire* Is autem qui allegat iuris errorem tenetur eum probare, quia ſcientia præſumitur, *l. leges C. de legib. Bar. in d. §. ſcire n. 3.* Hinc infertur quod ad probandam prolem illegitimam, non ſufficit probare impedimentum, ſi fuit matrimonium contractum in facie eccleſiæ, *d. c. peruenit qui fil. ſint legit.* ſi coniugatus viuente prima vxore contrahit cū ſecunda hoc ignorante, legitima eſt eorum proles, *d. c. ex tenore*, item proles legitima quam mulier per iudicium eccleſiæ ſeparata à primo, concipit ex ſecundo cum quo viuente primo contraxit, *c. Per ſuarum qui fil. ſint legit.* ac ſeparato matrimonio in facie eccleſię contracto, filij geniti, vel concepti ante ſententiam ſint legitimi, *d. c. cum inter.*

De deſponſatione impuberum.

Titulus II.

SVMMARIA.

1 *Pubes ſecundum canones eſt qui habitu corporis pubertatem oſtendit & generare poteſt.*

2 *Puerpera ſunt quæ in annis puerilibus pariunt.*

3 *Matrimonium licite contrahunt ac ſponſalia ætate habiles impotentes ad generandum.*

4 *Matrimonium licitè contrahunt habiles ad generandum, licet ætate inhabiles.*

5 *Matrimonialiter coniungi canones inhibent eos quorū vterque vel alter ad ætatem legibus vel canonibus determinatam non peruenerit, abſque ſedis apoſtolica diſpenſatione.*

6 *Sponſalia de futuro per puberem cum impubere minore ſeptennio de facto contracta inualida ſunt.*

7 *Quando pubes contractus ſponſalia cum impubere maiore ſeptennio, tenetur expectare donec impubes perueniat ad legitimam ætatem, claudicat enim contractus ſponſaliorum.*

8. *Impuberes minores ſeptennio inter ſe de facto contrahentes ſponſalia de futuro, non intelliguntur ſponſalia contraxiſſe ob defectum conſenſus.*

9 Si

9 *Si maiores ſeptennio contrahunt ſponſalia de futuro,*
ab illis neuter ante pubertatem poteſt reſilire.
10 *Si vero inter ſe contrahant, aut pubes cum huiuſ-*
modi in pubere ſponſalia de præſenti, iuris inter-
pretatione intelliguntur contraxiſſe ſponſalia de
futuro, quæ per aduentum pubertatis non tran-
ſeunt in matrimonium niſi aliter approbetur.
11 *An inducant publicæ honeſtatis iuſtitiam.*
12 *Ex ſponſalibus contractis à parentibus pro filiis nec*
ipſi filij obligantur, nec publicæ honeſtatis iuſti-
tia inde ſurgit niſi ipſi filij conſenſerint expreſſe
vel tacite.
13 *Ex ſponſalibus contractis per fratrem, ſororem, obli-*
gatur ex ſola præſentia, ſed oportet quod conſen-
tiat.

LEGES ex annis infantiam, *gloſ in l. 1. in ver.*
prœmiſerit ff. de nouat. §. pupillus & ibi gloſ. Inſtit.
de inutil. ſtipul. & pubertatem *§. pubertatem Inſtit.*
quib. mod. tut. finiat. æſtimant, ſecundum Cano-
1 nes pubes † eſt, qui habitu corporis pubertatem
2 oſtendit, & generare poteſt, & puerperæ † ſunt,
quæ in annis puerilibus pariunt, *c. puberes c. de illis*
& 2 hoc tit gloſ fin. 20. quæſt. 1. in ſumma circa fin. id-
eo titulum de deſponſatione impuberum an-
nectit. Deſponſatio proprie eſt futurarum nu-
ptiarum repromiſſio, *c. acceßit ibi deſponſationes &*
matrimonia hoc tit. & ibi Pan. & Can. in hac rubri-
ca comprehendit ſponſalia de futuro & ſponſa-
lia de præſenti, vt conſtat ex nigro *c. continebatur*
c. de illis hoc tit. Conſtituendæ ſunt duæ regulæ,
3 Prima eſt, ætate habiles, † impotentes ad gene-
randum, licite contrahunt ſponſalia & matri-
monium, *Pan. in c. puberes n. 4. hoc tit. per c. lauda-*
bilem de frigid. & malef. quod non debet ſeparari
etiam conſtito de impotentia, ſed expectatur
an impedimentum ſit perpetuum, vel tempo-
rale vſque ad decimum octauum annum com-
pletum, *Hoſt. in d. c. puberes n. 5. & 6. & ibidem Can.*
communiter Franc. in c. 1. §. 1. n. 3 hoc tit. in 6. Boich. in
c. 1. n. 2. verſ. fallit in minoribus 15. annorum de frigid.
4 *& malef.* Altera regula eſt, habiles † ad generan-
dum, licet ætate inhabiles, licitè contrahunt
matrimonium, *c. puberes c. continebatur c. à nobis*
hoc tit. quod intuitu minoris ætatis ſeparari non
debet, *c. de illis & 2. hoc tit.* cum carnalis com-
miſtio interdum tempus anticipare ſoleat pu-
bertatis, & in eis ætatem malitia ſuppleat, *iuri-*
bus proxime allegat. Canones diſtrictius inhi-
bent, ne aliqui, quorum vterque, † vel alter ad 5
ætatem legibus vel canonibus determinatam
non peruenerit, coniungantur, niſi forte ali-
qua vrgentiſſima neceſſitate interueniente, vt-
pote pro bono pacis talis coniunctio tollere-
tur, *c. 2. hoc tit.* ex diſpenſatione Sedis Apoſto-
licæ & ſummi Pontificis, *Nauar. cont. 4. & 5. hoc*
tit. Sponſalia † de futuro per puberem cum im- 6
pubere minore, ſeptennio de facto contracta,
inualida ſunt, quia deſponſationes & matri-
monia ante ſeptem annos fieri non poſſunt ob
defectum conſenſus, neq; ex eis etiam iure de-
cretalium oritur impedimentum publicæ ho-
neſtatis, *c. literas c. acceßit hoc tit. c. pr. in princ. eod.*
in 6. niſi impuberis, poſtquam ſeptimum an-
num compleuit, conſenſus acceſſerit per mu-
tuam cohabitationem, ſeu aliàs verbo vel fa-
cto, *Iuribus ſupra allegatis*, & tunc idem ius obti-
net prout in caſu proximo, quādo pubes † con- 7
trahit ſponſalia cum impubere maiore ſepten-
nio, qui tenetur expectare donec impubes per-
ueniat ad legitimam ætatem, *c. de illis 1. §. ſi vero*
alteruter & §. ſeq. c. à nobis hoc tit. niſi inuitus con-
traxerit ſponſalia cum minore, *c. ex literis hoc tit.*
quod ſi minor veniens ad legitimos annos non
conſenſerit in matrimonium, iudicio eccleſiæ
poterit reſilire, ſi vero conſentiat, maior diſſen-
tire non poteſt, cum in id ſemel conſenſerit;
claudicat enim contractus ſponſaliorum, nam
minor non obligatur maiori, ſaltem priuſquam
peruenerit ad legitimam ætatem, *d. c. de illis &*
1. hoc tit. & ibi Pan. & Can. ex eis iure decreta-
lium oritur publica honeſtas, *c. continebatur hoc*
tit. c. 1. §. 1. eod. in 6. quia non ſunt nulla ex defe-
ctu conſenſus, *c. 1. de deſponſ. & matrim. in 6.* ſed
non hodierno iure ex diſpoſitione Concilii Tri-
dentini, *c. Iuſtitiæ publicæ ſeſſ. 24. de refor. matrim.*
quod corrigit d. c. 1. deſponſ. & matrim. in 6. Impu-
beres † minores ſeptennio inter ſe de facto cō- 8
trahentes ſponſalia de futuro, non intelligun-
tur ſponſalia contraxiſſe ob defectum conſen-
ſus, ideoque publicæ honeſtatis iuſtitiā non in-
ducunt etiam iure decretalium, *c. acceßit c. ad*
diſſoluendum hoc tit. niſi vtriuſque poſt completos
ſeptem annos conſenſus acceſſerit, *c. duo pueri*
hoc tit. maiores ſeptennio † contrahunt ſponſa- 9
lia de futuro, à quibus neuter ante pubertatem
reſilire poteſt, *d. c. de illis & 1. & c. à nobis hoc tit.*
& dictis duobus caſibus inducitur iure decre-

talium publicæ honeſtatis iuſtitia, *d.c. duo pueri & d.c. continebatur*, quæ ſublata eſt per Concilium Tridentinum, *d.c. Iuſtitiæ ſeſſ. 24. de refor. matr.* Si
10 vero contrahant inter ſe †, aut pubes cum hu-
iuſmodi impubere ſponſalia de præſenti, iuris interpretationem intelliguntur contraxiſſe ſponſalia de futuro, etiamſi ſubarrhatio interuenerit, quæ per aduentum pubertatis in matrimonium non tranſeunt de præſenti, nec matrimonium, quod vt matrimonium ætate non tenuit prohibente, per lapſum dicti temporis cōualeſcit, niſi aliter approbetur, *c. fin. hoc tit. c. 1. §. idem quoque hoc tit. in 6. dictum eſt ſupra tit. 1. §. matrimonium eſt triplex*, ac iure decretalium indu-
11 cunt publicam † honeſtatem, *d.c. 1. §. idem quoq; in fin. hoc tit. in 6.* quia non ſunt nulla ex defectu conſenſus, *c. 1. de ſponſ. & matrim. in 6.* quæ an ſit ſublata per Concilium Tridentinum, *d.c. Iuſtitiæ ſeſſ. 24. de ref. matr.* dubitari poteſt, ſtante conſtitutione Pij Quinti 62. eiuſq; verbis, in eis durare adhuc impedimentum in omnib. illis caſibus & gradibus quib. de iure veteri introductū erat.
12 Ex ſponſalibus contractis à parentibus † pro
filiis, nec ipſi filij obligantur, nec publicæ honeſtatis iuſtitia inde ſurgit, niſi ipſi filij expreſſe conſenſerint, vel tacitè, vt ſi præſentes fuerint, nec contradixerint: aut ſi tempore ſponſaliorum abſentes, & etiam ignorantes eadem ſponſalia poſtea ſcientes ratificauerint tacitè vel expreſſè, *c. 1. hoc tit. & ibi Can. c. 1. §. fin. eodem in 6.* ex
13 ſponſalibus contractis per fratrem †, ſoror non
obligatur ex ſola præſentia; ſed oportet quod conſentiat ſaltem tacitè per aliqua ſigna, *c. 1. & ibi Pan. n. 2. de matr. contrah. conſ. interd. eccleſ.* pater autem & frater obligantur ad inducendam filiam & ſororem, vt cum illo cōtrahat, *c. ex literis 2. de ſponſ. matrim. & ibi gloſ. 1.*

De clandeſtina deſponſatione.
Titulus III.

S V M M A R I A.

1 *Matrimonia clandeſtina, eccleſia ſemper fuit deteſtata & penitus inhibuit.*

2 *Sunt difficilis probationis.*

3 *In eis ſufficit probatio ordinaria, quando non agitur in præiudicium alterius matrimonij, vel de dicti matrimonij ſeparatione.*

4 *Matrimonia clandeſtina dicuntur multis modis, vno modo cum non habentur teſtes vel exinde legitima probatio.*

5 2. *Quando non fiunt publice cum ſolennitatibus matrimonia.*

3. *Quando matrimonium contrahitur non promiſſis in eccleſiis per presbyteros publice denunciationibus competenti termino præfinito, vt intra illum qui voluerit & valuerit legitimum impedimentum opponat.*

6 *Iure decretalium, matrimonium in facie eccleſiæ contractum non propoſitis edictis, dicitur clandeſtinum quantum ad priuilegium ignorantiæ, ad effectum excuſandi prolem à defectu illegitimitatis.*

7 *Decreta Concilij Tridentini circa denunciationes & ſolemnitates matrimonij contrahendi & nuptiarum benedictionem.*

8 4. *Matrimonium dicitur clandeſtinum quando contrahitur contra expreſſum interdictum presbyteri parochialis.*

9 5. *Quando quis in vno loco accepit mulierem & ad alium locum eam traduxit, & ibi publicauit edicta, quam conſtat in alio tertio loco emiſiſſe profeſſionem.*

10 *Matrimonia occulte contracta, ſi perſonæ contrahentium voluerint publicare, niſi rationabilis cauſa impediat, ab eccleſia recipienda ſunt, & comprobanda tanquam à principio in conſpectu eccleſiæ contracta.*

11 *Quod ſi poſt approbationem contra matrimonium probetur impedimentum dirimens, tunc geniti poſt approbationem ſunt legitimi, ſed antea geniti non ſunt legitimi.*

SPONSALIA palam & clam contrahi poſſunt ac matrimonia clandeſtina libere contrahentium conſenſu facta, vera & rata ſunt matrimonia, *c. nec illud verſ. prohibentur 30. quæſt. 5. Pan. in c. 1. n. 2. hoc tit.* ac ſancta ſynodus Tridentina anathemate damnat eos, qui ea vera & rata eſſe negant, *c. 1. in princ. ſeſſ. 24. de refor. matrim.* quamdiu ea irrita non fecit, *c. 1. §. qui aliter ſeſſ. 24. de
reform. matrim.* ſed eccleſia † ſemper ea fuit de- 1
teſtata, & penitus inhibuit, prohibuit etiam ne quis ſacerdos eſſe præſumat, *c. cum inhibitio in princ. hoc tit. c. 1. in princ. ſeſſ. 24. de reform. matrim.* quia mutata voluntate alterius eorum, alterius confeſſione, fides Iudici fieri non poteſt, *c. ſi quis
diuinis 30. quæſt. 5.* & ſunt difficilis † probatio- 2
nis,

Digitized by Google

nis, *arg. l. quoties & ibi not. per Bart. C. de naufrag. lib.* 11. quod pro clandeſtino matrimonio non præſumatur, ſed illud alleganti incumbit onus probandi, *c.* 1. *& ibi Pan. n.* 1. *& Can. hoc tit.* ſuf-
3 ficit in eo probatio † ordinaria quando non agitur in præiudicium alterius matrimonij, vel de dicti matrimonij ſeparatione, *Caſ. deciſ.* 5. *num.* 5. *&* 7. *de ſponſ. matrim. atteſtans, ita iudicatum in Rot. Dec. conſ.* 162. *num.* 10. *& ſeqq. ferret conſ.* 364. *num.* 5. *& ſeqq. Pan. in c.* 2. *n.* 6. *hoc tit. & ibi Can.* ideo ponit titulum de clandeſt. deſponſ.

4 Clandeſtina dicitur multis modis, † vno modo cum non habentur teſtes, vel exinde legitima probatio non apparet, *c.* 2. *hoc tit. c. ſi quis diuinis & c. fin.* 30. *quaſt.* 5. Secundo quando
5 non fiunt publicè † cum ſolennitatibus matrimonia, *c. alter c. noſtrates & cc. ſeqq.* 30. *quaſt.* 5. Tertio, quando contrahitur non præmiſſis in eccleſiis, quando in diuerſis parochiis ſponſus & ſponſa moram traxerunt, per presbyteros publicè denunciationibus, competenti termino præfinito, vt intra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat, *c. cum inhibitio in princ. hoc tit.* idem iuris eſt in ſponſalibus de futuro ſine dictis denunciationibus contractis, quia multis caſibus tranſeunt in matrimonium ipſo facto *Pan. in c. cum inhibitio n.* 6. *hoc tit.* matrimonium contractum in facie eccleſiæ, non propoſitis edictis, circumſcripta conſuetudine, non poteſt dici iure decretalium clandeſtinum, *Pan. in d. c. cum inhibitio n.* 9. *Achil. deciſ.* 3. *n.* 1. *hoc tit.* ſed dicitur clandeſtinum, quantum ad priuilegium ignorantiæ, ad effectum excuſandi prolem à defectu illegitimitatis, *Put. deciſ.* 256. *n.* 1. *&* 2. *libr.* 3. *Achil. deciſ.* 3. *n.* 2. *hoc tit. Pan. in c. quod nobis n.* 5. *in fin. qui fil. ſint legit. & ibi Anchar. n.* 6. *& Can.* nam
6 iure decretalium † quoad eccleſiam tenet, ſed filij inde nati, etiamſi matrimonium, etiam vtroque ignorante in gradu prohibito contractum fuerit, detecto impedimento ſunt illegitimi, *d. c. cum inhibitio* §. *penult.* etiamſi coniuges cohabitaſſent per tempus triginta annorum, *Achil deciſ. hoc tit. Put. d. deciſ.* 256. *lib.* 3. *Pand. d. c. quod nobis n.* 5. *qui fil. ſint legit.* quia requiritur contractus cum certa forma, qua non ſeruata inſurgit titulus à iure reprobatus, *c. qui contra iura de reg. iur. in* 6. *& ibi Dyn. Bald. in repe. l. celſus in* 4. *not. ſub n.* 20. *verſ.* 4. *limita ff. de vſucap.* quæ iura ſeruanda ſunt, vbi Concilium Tridentinum non eſt receptum, aut in parochiis decretum c. 1. ſeſſ. 24. non fuit publicatum, vbi vero
Concilium Tridentinum eſt receptum †, & in 7
parochiis d. c. 1. ſeſſ. 24. publicatum, antequam contrahatur matrimonium ter à proprio contrahentium parocho, non rurali *c. is qui de ſepultu. in* 6. *Rot. diuerſ. deciſ.* 643. *&* 656. *par.* 1. tribus continuis feſtis diebus, in eccleſia inter miſſarũ ſolemnia publicè denunciatur, inter quos matrimonium ſit contrahendum: ex cauſa poſſunt in toto, vel parte remitti arbitrio ordinarij, vel etiam poſt celebrationem matrimonij ante eius conſummationem fieri, *d. c.* 1. §. *quod ſi aliquando ſeſſ.* 24. quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie eccleſiæ proceditur, vbi parochus coram duobus aut tribus teſtibus, viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, vel dicat, ego vos coniungo in matrimonio, in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti, vel aliis vtatur verbis iuxta receptum vniuſcuiuſque Prouinciæ ritum, *d. c.* 1. *ſeſſ.* 24. nulla pro benedictione exacta pecunia, *c. ſuam de ſimon.* cum vero apparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicitur expreſſe à parocho, donec quid fieri debeat ſuper eo manifeſtis conſtiterit documentis, *c. cum inhibitio in fin. princ. hoc tit.* eos autem qui aliter quam præſente parocho, qui poteſt aſſiſtere matrimonio ſuorum parochianorum in aliena parochia, *Garc. de benef. par.* 5. *cap.* 8. *num.* 136. vel alio ſacerdote de ipſius parochi ſeu ordinarij licentia, etiam generali verbo vel ſcripto data, *Nauar. conſ.* 12. *& ſeq. hoc tit.* & duobus vel tribus teſtibus, licet ad id non vocatis, *Nauar. conſ.* 11. *hoc tit.* matrimonia contrahere attentabunt, Concilium Tridentinum ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos & nullos decernit, & poſſunt partes à ſeipſis ab eo diſcedere, & alteri copulari, *Nauar. conſ.* 5. *hoc tit.* & parochum vel alium ſacerdotem, qui cum minore teſtium numero, & teſtes qui ſine parocho huiuſmodi contractui interfuerint, nec non ipſos contrahentes grauiter ex arbitrio ordinarij, qui poteſt inquirere ex officio contra

Digitized by Google

vtentes matrimonio clandeſtinè contracto, Nauar. conſ.7. de off. ord. per c.1. de off. ord. puniri præcipit, d.c.1. §. qui aliter & §. ſeq. ſeſſ.24. dictum eſt ſupra tit.1. §. matrimonium eſt triplex. Conciliũ Tridentinum non annullat ſponſalia clandeſtinè contracta, Nauar. in manuali cap.25. ſub n.144. Benedictio nuptiarum à proprio parocho fieri debet, neque à quoquam, niſi ab ipſo parocho vel ab ordinario licentia ad præfatam benedictionem faciendam alii ſacerdoti concedi poteſt, quacumq; conſuetudine etiam imemorabili vel priuilegio non obſtante, d.c.1. §. præterea eadem ſeſſ.24. Sufficit parochus mulieris, quando in parochia mulieris contrahitur matrimonium, itidem parochus viri, quando in eius parochia contrahitur, Nauar. in manuali d. c.5. n. 144. in fi. quia Concilium Tridentinum requirit præſentiam parochi, & intelligentiam ad faciliorem matrimonii probationem, Nauar. conſ. 11. de cland. deſponſ. c. ſi quis diuinis 30. quæſt.5. Car. Seraph. deciſ. 1099. n.5. & vt in libro, quem apud ſe diligenter cuſtodire debet, deſcribat coniugum & teſtium nomina, diemque & locum cõtracti matrimonij, c.1. §. habeat ſeſſ.24. de reform. matr. non voluntatem aut authoritationem per poteſtatem quam habet in ſubditum; nam ſi parochus & teſtes adeſſent, etiamſi parochus nullum verbum proferret, aut diſſentiret, matrimonium valet, Card. Seraph. deciſ.1093. n.5. Cãd. aureum de ſacram. matr. n.22. in fi. ſi autem abeſſent, nullum eſt matrimonium, c.1. §. qui aliter quam præſente ſeſſ.24. de refor. matr. gloſ. in c. cauſam matrimonij in ver. ſolummodo de off. deleg. & ibi Pan. n.6. l. coram ff. de ver. ſignif. l. diem proferre §. coram ff. de arbitr. ac poſito quod requirat authoritationem, ea extra dioceſim poteſt interponi l. emancipare ff. de adopt. & ibi Bald. Zab. in c. omnes in 5. not. de pœnit. & remiſſ. per illum text. licet aliter ſentiat Nauar. conſ.14. n.3. & 6. de clandeſt. deſponſ. voluntaria namque iuriſdictio non circumſcribitur loco, §. ſerui Inſtit. de libert. l.2. ff. de off. proconſ. & leg. l. etiam §. fin. in fine & l. apud proconſulem ff. de manu vind. §. præterea verſ. noſtra autem & ibi gloſſ. in verb. magiſtratus Inſtit. quib. mod. ius. pat. pot. ſol. poteſtque quilibet parochus, Franc. Marc. quæſt. 505. par. 2. Vital. in clem. 1. n. 3. & ſeqq. de priuileg. vel alius ſacerdos, ſiue ſæcularis ex generali, ſiue regularis ex ſpeciali proprij parochi licentia, clem. 1. de priuileg. matrimonio coniungere alterius parochiæ coniuges & benedicere, arg. à contrario ſenſu c. 1. §. qui aliter & §. ſi quis parochus ſeſſ.24. de reform. matrim. Card. Seraph. deciſ. 1093. n. 3. Collect. in c. omnes n. 26. de pœnit. & remiſſ. c. placuit de pœnit. diſt. 6. & ibi Nauarr. n.4. & ſeqq. & n.49. & ſeqq. latè. præmiſſis, vel ſi ſuſpicio ſit id malitioſe impediri poſſe, poſt celebratũ matrimoniũ ante illius conſummationẽ, c.1. §. quod ſi aliquãdo ſeſſ.24. de ref. matr. factis tribus, in propria parochia, denunciationibus à proprio contrahentiũ parocho, c.1. §. cui malo ſeſſ.24. de ref. matr. Pan. in c. ſi. n.7. de cland. deſpõſ. & ibi latius Prepoſ. n.7. quæ à Parochis remitti non poſſunt, Nauar. conſ.1. de cland. deſpon. ſed earũ remiſſio relinquitur prudentiæ & iudicio ordinarij, d.c.1. §. quod ſi aliquando, quia proprius parochus poteſt dare licentiam ſuo parochiano, vt recipiat ſacramenta ab alio ſacerdote, non expreſſo nomine parochi, aut ſacerdotis: ſimiliter dare licentiã alteri ſacerdoti etiam religioſo, non expreſſo nomine parochianorum; licet cõſultius ſit quod fiat ſpecificatio tam ſacramẽtorum exhibendorum, quam etiam recipientis, & ea conferentis, clem.1. in prin. & ibi poſt gloſ. in ver. ſpecial. Can. de priuil. prohibitio n. quæ fit parochianis, vt nõ recipiant ab alio ſacerdote, vel quæ fit aliis ſacerdotibus etiam religioſis, vt non miniſtrẽt ſacramenta alienis parochianis, proceſſit fauore ipſorum parochorum, igitur ipſi ſuper hoc poſſunt licentiam impartiri, l. quod fauore ff. de legib. Vital. in d. clem. 1. n.16. & ſeqq. Animaduertendum eſt, quod aliud eſt dare licentiam, aliud dare commiſſionem alteri ſacerdoti, pulchre Bald. in l. falſus n.18. & 19. in fin. & ſeqq. C. de furt. Vital. in d. clem. 1. n. 18. Zab. in 23. quæſt. nam quando dat licentiam, tunc ipſe curatus non cenſetur miniſtrare, ſed ſolum alium ſacerdotem ad hoc habilitare, ita quod habilitatus proprio nomine miniſtrat, non autem nomine licentiam dantis, Vital. in d. Clem. 1. n.18. Bald. in d. l. falſus n.19. in fin. de qua licentia præhabita poteſt quandoque probari, ſicut eius defectus poteſt quandoque allegari, arg. l. licet C. de procur. Dec. in c. quoniam contra n. 227. & ſeqq. de probat. Crauet. conſ. 108. in prin. ſtaturque ſuper eo dicto parochiam, gloſ. in d. clem. 1. in ver. non habita, ac etiam presbyteri dicentis habere licentiam ab epiſcopo vel proprio parocho, Card.

Seraph.

Seraph. deciſ. 1099. *n.* 3. *Rebuff. in pract. lib.* 1.
*tit.form.dimiſſ.litt.n.*36.*Felin.in c. ſicut poſt num.* 27.
verſ.adde aliud exemplum de re iud. quia quilibet Sa-
cerdos tunc miniſtrat iure proprio, ideoque in-
ſpicitur veritas non eius opinio , §. *ſi quis rem*
*ſuam & ibi pulchrè Faber inſtit.delegat.l.*2.*ff. de ingen.*
manumi. & ibi Bald.notat.l.inter omnes §. *recte ff. de*
furt. nam iuriſdictio acquiritur ignoranti , *l.cum*
furioſus ff.de iud.Innoc.in c.prudentiam ſub n. 9. *de off.*
deleg. & in conditionibus iuris ſufficit ſola exi-
ſtentia *l.multum intereſt ff.de cond. & demonſt.* Quã-
doque dat commiſſionem alteri Sacerdoti vt
miniſtret, tunc ipſo Curatus cenſetur miniſtrare
l.ita autem §.*geſſiſſe ff. de adm.tut.* & valet delega-
tio, licet is cui fit ſit extra territorium commit-
tentis, *gloſ.*1.*in fi.in l.eum qui ff.de iuriſd.omn.Iud. &*
*ibi Bal. ſub n.*1. *& Dd. c. paſtoralis & ibi gloſſ. in ver.*
nullam habeat poteſtatem & Can. de off. deleg. Iac. in
rubr. ff de offic. eius cui mandata eſt iuriſd. n. 7. ſed hic
oritur quæſtio. An de commiſſione prius con-
ſtare debeat, quam Sacramenta miniſtrentur,
l.quæro ff. de eo qui pro tut. & ibi Bart. c. ſuper eo & 2.
& ibi poſt gloſ. Can.de appell. & puto ſufficere quan-
docunque de commiſſione conſtare, quia ſpe-
ciale eſt quod in his quæ ſunt voluntariæ iuriſ-
dictionis, vicarius poſſit dare Vicarium, *Archil.*
*in c.perlectis n.*16.*&* 17.*diſt.*25, *Pan in c.*2.*in vlt.not.*
& in c 3.*in princ.de offic archipreſ.Nauar.conſ.*13.*n.*3.
de clandeſt deſponſ.in termini matrimonii gloſ.in clem.
1.*in ver.presbyteri & ibi Pan.n.*9. *& Can. de priuileg.*
quodque quouis tempore etiam feriato poſſint
exerceri *l.*2.*& l.actus C.de feriis*, ac quouis in lo-
co, etiam in eccleſiis, ac in itinere ad theatrum
& balneum § *multis &* §. *ſeq.Inſtit.de libert.cum a-*
liis ſupra allegati, & coram quibuslibet magiſtra-
tibus, *Authen.de defenſ.Ciuit.*§.*iusiurandum verſ ſed*
neq; proprias & ibi poſt gloſ. in verb. & quidquid Dd.
*col.*3.etiam extraordinariis, *l.etiam* §. *ſi in fine ff de*
matr.vind.§.*præterea verſ.noſtra autem & ibi gloſ. in*
ver. vel magiſtratus & Dd.Inſtit.quib.mod.iur.pat.poſ.
ſol. ergo etiam ſufficit de facta delegatione quã-
docunque docere, *argum.l. plures la.*2. *ff.de vulg. &*
Pap. & ibi not. & quia in ſpiritualibus veritas præ-
iudicat opinioni & iuriſdictioni , *Zab.in clem.*2.
§.1.*in* 5.*quæſt.de pœnit.& remiſ.* ac in matrimonia-
libus præfertur rei iudicatæ. *c.loci* §. *his ita* 35.*q* 9.
c. fraternitatis de frigid. & malef. & ibi Can.c. lator c.
tenor cum c. ſeq.de re iud. Si quis ſacerdos ſiue ſæcu-
laris ſiue regularis, alterius parochiæ ſponſos ſi-
ne licentia matrimonio coniungere, aut bene-
dicere auſus fuerit, ipſo iure tamdiu manet ſuſ-
penſus quamdiu ab Ordinario eius parochi,
qui matrimonia intereſſe debebat , ſeu à quo
benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur, *d.c.*1.§.
*quod ſi quis ſeſſ.*24.iure decretalium per triennium
ab officio ſuſpendendus eſt *c.cum inhibitio* §. *fi.*
hoc tit. Quarto matrimonium dicitur clandeſti-
num † quando contrahitur contra expreſſum 8
interdictum presbyteri parochialis qui ex ap-
parente probabili coniectura contra copulam
contrahendam contractum nuptiarum inhi-
buit *c.cum inhibitio in fine princ.hoc tit. & ibi Pan. &*
Can. Quinto matrimonium dicitur clandeſti-
num , quando quis in vno loco accepit vnam
mulierem, † & ad alium locum eam transduxit, 9
& ibi publicauit edicta quam conſtat in alio
tertio loco emiſiſſe profeſſionem , *arg.c.eos & ibi*
gloſ. in ver. affectata & ver. figmento de temp. ord. &
qual.ord.in 6.*l.qui contra C.de inceſſ.& inut. nupt. &*
*ibi Dd. Achil.deciſ.*1.*hoc tit.* Matrimonia occultè
contracta † ſi perſonæ contrahentium volue- 10
rint publicare, quia ſuper contractu matrimo-
nii ſtatur ſimplici verbo contrahentium, *Bald.in*
*l eam quam n.*24. *C.de fideic. c. quod nobis qui fil. ſint*
legit. niſi rationabilis cauſa conſanguinitatis , *c.*
horrendas 32.*quæſt.*5.*c contradicimus* 35. *quæſt* 3. vel
affinitas vel aliud *c. ſuper eo de eo qui cogn conſang.*
vxor. ſua vel ſponſa impediat, ab eccleſia recipien-
da ſunt, & comprobanda tanquam à principio
in eccleſiæ conſpectu contracta, & filii, ſiue ſint
nati ante approbationem, ſiue poſtea ſunt, legi-
timi, *c.quod nobis & ibi Pan. n.* 5. *& Can. qui fil. ſint*
legit. quia hæc à principio valebant quoad Deũ,
licet non quoad eccleſiam , ſed nunc demum
quoad eccleſiam declarantur valere ſeruata for-
ma c.cum inhibitio hoc tit. vel c.1.ſeſſ.24.de re-
for.matr. *c.*2.*& ibi Pan. n.*3.4.*&* 5. *hoc tit.* niſi ex
cauſa epiſcopus , ac quilibet ordinarius habens
iura epiſcopalia , *Nauar.conſ.*2.*de clandeſt.deſponſ.*
non inferior Prælatus diſpenſauerit ſuper de-
nunciationibus & aliis ſolemnitatibus, *Boerb.in*
c.cum inhibitio n 11. *&* 12. *& ſeqq. hoc tit.* quod ſi
poſt approbationem † contra matrimonium 11
probetur impedimentum dirimens, tunc geniti
poſt approbationem ſunt legitimi , ſed antea
geniti non ſunt legitimi , *gloſ.in c.quod nobis qui fil.*
ſint legit. & ibi Pan.in fin. quia ſoboles ſuſcepta ex
clandeſtino matrimonio prorſus eſt illegitima

deteɛto impedimento *c. fin. §. ſi quis hoc tit. §. ſi adverſus Inſtit. de nupt. facit lex Paulus ff. de ſtat. hom.*

De ſponſa duorum.

Titulus IV.

SVMMARIA.

1 *Fides duobus modis dicitur, fides pactionis quando aliquis promittit alicui fidem, quod eam ducet ſiue contrahit ſponſalia de futuro.*

2 *Fides conſenſus eſt, quando mutuo ſe concedit vnus alteri & mutuo ſe ſuſcipiunt ſiue contrahunt ſponſalia de præſenti.*

3 *Dans fidem conſenſus ſucceſſiue duabus tenetur adhærere primæ.*

4 *Si primæ dederit fidem pactionis, ſecundæ fidem conſenſus, debet adhærere ſecundæ.*

5 *Sponſalia de futuro non ſoluuntur per alia ſponſalia de futuro.*

6 *Matrimonium ſecundum contractum, pendente lite ſuper deſponſatione facta per conſenſum mutuum de futuro aut de præſenti valet, nec reuocatur vt attentatum.*

7 *Niſi in eccleſia eis publicè interdictum ſit ne ante deciſionem cauſæ aliud contrahant matrimonium.*

8 *Aut Papa vel eius ſignatura gratiæ inhibuerit ne matrimonium lite pendente contrahatur, & ſi de facto contrahatur, illud decernat irritum.*

QVandoq; quis ſucceſſiue fidem dat diuerſis, ideo ſubiungit de ſponſa duorum, fides
1 duobus † modis dicitur, fides pactionis, quando aliquis promittit alicui fidem quod eam ducet, ſiue contrahit ſponſalia de futuro, eſt etiam
2 fides conſenſus, † quando etſi non ſtringit manum, corde tamen & ore conſentit ducere & mutuo ſe concedit vnus alii, & mutuo ſe ſuſcipiunt, ſiue contrahunt ſponſalia de præſenti, *c. t.*
3 *§. eſt autem fides hoc tit.* Dans fidem cōſenſus † ſucceſſiuè duabus, tenetur adhærere primæ etiamſi prius ſecundam cognouerit, nec valet contraria conſuetudo, quia ſi perſonæ vinctæ legitime cū aliis, poſtea de facto contrahant, quod prius de iure factum fuerat, non poteſt irritari, *c. accepiſti*
4 *c. licet c. fin. hoc tit.* ſi primæ dederit fidē † pactionis, ſecundæ fidem conſenſus, tenetur adhærere ſecundæ, etiamſi pactionis fides fuerit iurata, & imponitur ei pœnitentia de fide mentita, *c. ſicut §. poſtulationi de ſponſ. & mat. c. t. in princip. hoc tit.* quia ſponſalia de futuro ſoluuntur per ſponſalia de præſenti, *d. c. ſicut §. poſtulationi c. ſi inter §. fin. de ſponſ. & matr.* ſed ſponſalia de futuro † non ſol- 5
uuntur per alia ſponſalia de futuro, ſed prima fides pactionis & iuramentum ſunt ſeruanda, & de ſecunda fide temere promiſſa iniungenda eſt ei pœnitentia. *c. de illis in fi. c. ſicut §. quod ſi forte de ſponſ. & matr.* Pendente lite ſuper diſpenſatione
† facta per conſenſum mutuum de futuro, *c. ex* 6
litteris de matr. contr. cont. interd. eccleſ. aut de præſenti, ſiue appellatum fuerit ſiue non, valet ſecūdum matrimonium quod cōtrahitur, nec reuocatur vt attentatum, quod ſpeciale eſt in matrimonio contra iuris prohibitionem & communem regulam vt lite pendente &c. quia contracto matrimonio vinculum imprimitur auctoritate Dei quod eſt irreuocabile, *c. cum in apoſtolica de ſponſ. & matr. & ibi Butr. n. 4. Anchar. in 4. not. & Can. c. 1. & 2. de matr. contr. cont. interd. eccleſ.* niſi in eccleſia † eis publicè interdictum ſit, ne ante de- 7
ciſionem cauſæ aliud contrahant matrimoniū, *c. tua hoc tit. & ibi Pan. n 3. dicit diſpoſitionem d. text. non debere reſtringi ad pendentiam appell. & Can. communiter c. 1. & 2. de matr. contr. con. interd. eccleſ.* etſi contra interdictum eccleſiæ publicè factum venire præſumpſerit, matrimonium tam præſumptuosè contractum, ſiue lite pendente ſuper ſponſalibus de futuro, *c. 1. & 2. de matr. contr. con. interd. eccleſ.* ſiue de præſenti, propter contemptū eccleſiæ, interdicta copula ſeparatur ad tēpus, iniuncta contrauenienti pœnitentia competēti, *d. c. cum in apoſtolica* vel etiam perpetuo, quando ſubeſt perpetua cauſa prohibitionis, promulgata inter eos ſententia diuortii, *gloſ. fin. in d. c. tua & ibi Can. communiter hoc tit. Butr. n. 5.* Ideo lite pendente ſuper ſponſalibus de futuro aut de præſenti recurrendum eſt ad ſanctiſſimum Dominum Papam, † aut eius ſignaturam gratiæ, vt in- 8
hibeat, ne matrimonium lite pendente contrahatur, & ſi de facto contrahatur, illud decernat irritum, *c. ad diſſoluendum in fin. de deſponſ. impub. Butr. in d. c. tua fraternitas ſub n. 5. hoc tit. Zabar. in clem. vnic. q. fin. de rer. permut.*

De Conditionibus appoſitis in deſponſatione vel aliis contractibus.

Titulus V.

SVMMARIA.

1 *Deſponſatio fieri poteſt ſub omni conditione honeſta.*

2 *Quod ſi ante euentum cōditionis deſponſatam cognoſcit, videtur à conditione receſſiſſe iure decretaliū.*

3 In

3 *In locis vbi Concilium Tridentinum receptum & in parochiis decretum.c.1.de reformat.matrim.ſeſſ. 24.publicatũ eſt,ceſſant præſumpta matrimonia.*

4 *Si pendente conditione alter pœniteat,licet poſtea exiſtat conditio,non eſt inter illos matrimonium,aut ſi cum alio contrahat, tenet ſecundum matrimonium.*

5 *Conditiones appoſitæ contra ſubſtantiam matrimonij illud vitiant,quando vterque conſentit conditioni appoſitæ.*

6 *Quando autem alter contradicit vel tacet,valet matrimonium.*

7 *Cætera inhoneſta conditiones aut impoſſibiles habentur pro non appoſitis.*

8 *Eadem diſtinctio obſeruanda eſt quando matrimonium contrahitur ſub certo modo.*

9 *Cauſa & demonſtratio appoſita deſponſationi ſiue vera ſiue falſa pro non appoſitis habentur.*

CONditio quandoq; apponitur in ſponſalibus vel aliis contractibus, ideo ne auctor
haberet materiam geminandi rubricam,ſubnectit de conditionibus appoſitis. Deſponſatio
1 †fieri poteſt ſub omni conditione honeſta,quæ
eſt de ſubſtãtia matrimonii,vt ſi Chriſtianus dicat Iudeæ vel Paganæ aut hæreticæ, contraho
tecum ſi vis fieri Chriſtiana, quia ſine iſta nõ teneret matrimonium,*c.caue c.non oportet & c. ſeq.*
*28.queſt.*1.cum hæretica quæ ſuſcepit ſacramentum baptiſmi, validum eſt matrimonium, *Pan.
in c.ſi.n.5.hoc tit.& ibi Io.And.n.8.& Can.per c.decreuit de hæret.in 6.* ac ſub alia qualibet conditione
honeſta,quæ à iure admittitur, & ante implementum conditionis neqnaquam cogendus eſt
ad matrimonium contrahendum, puta ſi centũ mihi dederis,*c.de illis hoc tit.* ſi patri meo placuerit;*c.ſuper eo c.per tuas hoc tit.*quod ſi ante euentum
2 conditionis deſponſatam cognoſcit, †videtur à
conditione receſſiſſe, etiamſi proteſtetur ante
copulam quod non vult à conditione recedere
*Specul.in hoc tit.n.9.*iure decretalium,*c.per tuas hoc tit.*niſi alternatiua fuerit deſpõſatio, vt promittens aliquam ducere in vxorem ſi ipſum ad copulam admiſerit,vel dare mille, habet electionem,quæ non tollitur per carnalem copulã ſubſecutam quæ eſt magna limitatio ad d.c. is qui
fidem de ſponſal.*B.Anton.in 3.parte ſummæ tit.*1.*c.*
19.§.circa finem Albert.in Dictionario verſ. matrimonium 5. In locis vbi Concilium Tridentin. †re-
5
ceptum eſt,& in parochiis decretum c.1. de reform.matrim.ſeſſ.24.publicatũ eſt, ceſſant præſumpta matrimonia,*dictum eſt ſupra tit.*1. ſi pen-
dente conditione alter pœniteat, † licet poſtea 4
exiſtat conditio,non eſt inter illos matrimoniũ.
aut ſi cum alia contrahat, tenet ſecundum matrimonium; *c.ſuper eo & ibi gloſ.in verb alieno arbitrio c.per tuas & ibi gloſ.in ver.præſumendum hoc tit.& vtrobiq; Pan.& Cau.* quia poſtea conditio exiſtẽs
non reperit extremum ad quod poſſit trahi. Si
contrahatur matrimonium ſub conditione quę
omnino extitura eſt,vt ſi ſol cras oriatur, videtur
purè contractum, & eſt matrimonium antequã
exiſtat conditio.*gloſ.in d.c.per tuas in ver.præſumendum in fi.l.quod ſi ea ff.de condict.indeb.* In conditionibus inhoneſtis & turpibus adiectis deſponſationi eſt diſtinguendũ, Aut ſunt contra ſubſtan-
tiam matrimonii,† & illis appoſitis vitiatur ma- 5
trimonium,*c.fin.hoc tit.* quando vterq; conſentit
conditioni appoſitæ,*c.aliquando §.ſi ambo 32.q 2.*
ſubſtantia matrimonii conſiſtit in tribus, prole
fide,& ſacramento;*c.ſicut in fin.c. ſolet c.aliquando 32.q.2.* contra prolem eſt iſta conditio, ſi generationem prolis euites,*c.pudor c.ſolet & c.ſeq.32.q.*
2.contra ſacramentum,ſi & donec inueniam digniorem,*d.c.ſolet in fin.* contra fidẽ, ſi pro quæſtu
adulterandam te tradideris,*c.ſicut crudelis c.coniugio & c.ſeq.c.non enim in ſola 32.q.1.* ſiue appoſitæ
fuerint ſuſpenſiue, vt ſi prolem euitaueris, ſiue
reſolutiue,vt ſi commiſeris adulteriũ liceat mihi à matrimonio recedere, donec inueniam digniorem &c.*c.fin.& ibi Pan.n.2.hoc tit.* Quando
autem alter contradixit † tenet matrimonium, 6
ſi fuit proceſſum ad conſummationem ipſius,*c.
aliquando verſ.ſi ambo 32.q.2.* ſed etſi tacuit, tenet
matrimonium, quia præſumitur contradicere
in fauorem matrimonii,*arg d c.per tuas Pan. in c.
fi.n.6.hoc tit.poſt Innoc.* Aut ſunt aliæ inhoneſtæ
†turpes aut impoſſibiles conditiones & appo- 7
ſitæ pro non adiectis haberi debent propter
matrimonii fauorem, *capit.primo, & c.fin.§.fin.*
hoc tit. eadem diſtinctio ſeruanda eſt quan- 8
do matrimonium contrahitur ſub certo modo, ſalua diſtinctione inter modum & conditionem traditã in §.lõge magis per gloſ. in verb.
ſed ſi conditionaliter & ibi Dd. Iuſtit. de legat.
nam modus contrarius ſubſtantiæ matrimonii
vitiat contractum matrimonii, vt latius proſequitur D.Antoninus in ſummæ par.3. cap.19.

§.5.Cauſa

9 §.5. Cauſa & demonſtratio † appoſitæ ſponſalibus aut matrimonio ſiue veræ ſiue falſæ pro non appoſitis habentur, & pure intelliguntur contrahi ſponſalia aut matrimonium, *arg. l. falſa ff. de cond. & demonſt. §. hinc proxima & §. longe magis Inſtit. delegat. B. Anton. in ſumma par. 3. cap. 19. §. 5. verſ. cum vero in contractu matrimonii.* De ſecunda parte tituli tractatur in Inſtit. Imper. §. ſub conditione & §. conditiones Inſtit. de verb. oblig. & §. cum quis Inſtit. de inutil. repub. Gail. obſer. 2. lib. 2.

Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere poſſunt.

Titulus VI.

SVMMARIA.

1 *Clerici in minoribus conſtituti licite contrahunt matrimonium & compelluntur ad vxores retinendas.*

2 *Conſtituti in ſacris ordinibus ſi vxores ducant, compelluntur vxores dimittere & abiurare.*

3 *Quisnam diſpenſet in clericis conſtitutis in ſacris ordinibus contrahentibus matrimonium de facto.*

4 *Papa ſolus Subdiacono ac cæteris Superioribus poteſt dare licentiam contrahendi matrimonium.*

5 *Votum ſolemnitatum per profeßionem factam alicui de religionibus approbatis impedit & dirimit matrimonium poſtea contractum, at diſſoluit matrimonium prius contractum quando per carnis copulam non fuit conſummatum.*

6 *Votum ſolemnitatum per ſuſceptionem ſacri ordinis impedit & dirimit matrimonium poſt contractum, ſed non diſſoluit matrimonium prius contractum etiamſi per carnis copulam non fuerit conſummatum.*

7 *Vota alia quæcunque ſolemnitate emiſſa impediunt aliquando matrimonium ſed non dirimunt contractum.*

EXPEDITIS generalibus compilator tractat de impedimentis matrimonii & primo de voto, quod datur dupliciter, quandoq; annexũ eſt ordini, quandoq; fit religioni, ideo dicit rubrica qui clerici vel vouentes &c. Clerici in mi-
1 noribus † conſtituti licitè contrahunt matrimonium, & compelluntur ad vxores retinendas, ipſorumq; beneficia vacant ipſo iure, *c. 1. & ibi gloſ. c. quod à te c. diuerſis c. cum decorem de cler. coniug. Garſ. de beneſ. par. 11. cap. 8. vbi ampliat & limitat Io. And. in c. Ioannes n. 13. de cler. coniug.* etiamſi non fuerit carnali copula conſummatum, *Rot. deciſ. 21. de probat. in antiq.* vel contraxerit matrimoniũ cum impubere habẽte vndecim annos per verba de præſenti, & non fuerit carnalis copula ſecuta, *Rot. deciſ. 1. de ſponſ. in antiq. per c. fraternitatis de eo qui cogn. conſang. vxor. c. 1. de ſponſal. in 6.* ſeu cõſanguinea in gradu prohibito, *Tiraq. de retr. lignag. §. 26. gloſ. 2. n. 9. Prob. ad monach. in n. 12. de cler. coniug.* aut matrimonium poſtea declaretur nullum, *fuſe Staphil. de lit. grat. tit. de ver. vac. mod. §. quintus vacationis modus ſub n. 9. & 10. Auchar. conſ. 34. n. 10.* aut contractum ſit ſine parocho & teſtibus, quia inſpicitur factum ipſum non facti validitas, *Garſ. de beneſ. par. 11. c. 8. n. 13. vbi adſert. deciſ. ex Rot.* vel ſponſa de præſente antequam ſit cognita ingrediatur monaſterium, *Capell. Tholoſ. deciſ. 240. & ibi add. n. 4. Io. And. in c. 1. n. 2. de cleric. coniug.* ſecus ſi tantum contraxerit ſponſalia de futuro, *Pan. in c. 1. n. 5. & 6. de cler. coniug. Rot. deciſ. 1. eod. in nou. dictum eſt ſupra tit. de cler. coniug. Garſ. de beneſ. par. 11. cap. 8. n. 19.* Conſtituti in ſacris or-
dinibus, † ſi vxores ducant, compelluntur vxo- 2
res dimittere, & abiurare quod vlterius eas non admittant, *c. ex litterarum & ibi gloſ. in ver. abiurare Pan. n. 3. & Can. hoc tit. Couar. in epit. lib. 4. decretalium 2 par. cap. 6. §. 3. per tot.* qualis abiuratio præſtari ſolet in diuortio cuiuſcunq; matrimonii, *c. ab iſto die p. 35. quæſt. 6.* ſed non in ſeparatione clericorum à cõcubinis, *c. clericor. de cohabitat. cleric. & mulier.* ipſorumque beneficia vacant ipſo iure, *c. decernimus 28. diſt. c. 1. & ibi Pan. n. 7. de cler. coniug. ſed Franc. in c. 1. n. 4. de cler. coniug. in 6. requirit ſententiam Capel. Tholoſ. deciſ. 240. & ibi add. n. 4.* ſunt ipſo facto excommunicati, & publicè tamdiu nunciandi, donec ſuum recognoſcentes errorem ſeparentur ab inuicem, & beneficium abſolutionis humiliter obtineant, *clem. 1. de conſang. & affin.* perdunt executionem omnium ordinum, *d. c. decernimus c. ex tuarum & ibi Pan. in 3. not. & Can. hoc tit.* efficiuntur irregulares, adeo vt nec in ſuſceptis miniſtrare poſſint, nec ad maiores ordines ſuſcipiendos admitti *c. 1. & ibi Pan. n. 3. hoc tit.* Immo clericus depoſitus ab ordine & exauctoratus non poteſt contrahere matrimonium, & tenetur viuere ſecundum regulam eccleſiaſticam, *c. 1. dictum 81. diſt. & ibi gloſ. fin. &*
Can. Pan. d. c. 1. n. 6. hoc tit. Diſpẽſat epiſcopus † cũ 3

clericis

Digitized by Google

clericis conſtitutis in ſacris ordinibus contra-
hentibus de facto matrimonium, quando cum
vnica virgine contraxerunt, & contrito ac hu-
[illegible]ato corde ad eccleſiam redeunt, dimiſſis il-
lis, quas acceperant in vxores, abſolutione ob-
tenta, & iniuncta ſibi pœnitentia, poſt eam per-
actam vel eius partẽ, *c ex tenore de temp. ord.* ſuper
executione ordinum ſuſceptorũ, & ſi perfectæ
vitæ & conuerſationis fuerint, ad maiores ordi-
nes promouet; *c. ſane & 2. de cler. coniug. c. 1. hoc tit. & ibi gloſ. in ver. diſpenſatiue Pan. in c. 2. n. 5. eod. & ibi Can.* cum iſtis clericis qui inciderunt in biga-
miam, vt quia de iure aut de facto contraxerunt
cum duabus, vel cum vna corrupta, Epiſcopi nõ
diſpenſant propter affectum intentionis cum
opere ſubſecuto, *c. nuper. de bigam. non ordin. gloſ. in c. 1. in ver. diſpenſatiue hoc tit. & Pan. d c. 2. nu. 5. eod.*
vt autem matrimonium contrahere poſſint, e-
piſcopi diſpenſare nõ poſſunt, ſed cum Subdia-
4 cono † diſpenſat Summus Pontifex, *c. 1. de illo & ibi gloſ. 32. diſt. & Can.* ac etiam cæteris ſuperiori-
bus poteſt dare licentiam contrahendi matri-
monium, quia ſacri ordines obligant ad conti-
nentiam ex conſtitutione eccleſiæ, contra quam
Papa poteſt diſpenſare, *Zabar. in clem. vt hi qui in § queſt. de ætat. qualit. & ordin. proficien. Archid. in c. de illo n. 1. 32 diſt. c cum in præterito & ibi Archid. n. 3. 84. diſt. Dec. in c. quæ in eccleſiã. n. 46 & 47. de conſt.*
5 Votum ſolemnizatum † per profeſſionẽ ex-
preſſam vel tacitam, factam alicui de religioni-
bus per ſedem apoſtolicam approbatis, impedit
& dirimit matrimonium poſt contractum, *c. 1. & 2. c. meminimus in princ. c fin. hoc tit. c. 1. de vot. in 6.*
ac diſſoluit matrimoniũ prius contractũ, quan-
do per carnis copulam non fuerit conſummatũ,
c. ex publico de conuerſ. coniug. & ibi gloſ. & Can. dictũ eſt ſupra tit. de conuerſ. coniug. Religioſi & monia-
les poſt profeſſionem matrimonia contrahẽtes,
tunc ipſo facto excommunicati, & tamdiu pu-
blicè, etiam ex officio, & nemine deferente, per
eccleſiarum Prælatos excommunicati ſunt nũ-
ciandi, donec ſuam recognoſcentes errorem,
ſeparentur ab inuicem, & ab epiſcopo obtineãt
abſolutionis beneficium. *clem. 1. de conſang. & af-*
6 *fin. & ibi gloſ. & Dd.* Votum ſolemnizatum † per
ſuſceptionem ſacri ordinis impedit ac dirimit
matrimonium poſt contractum, vti dictum eſt,
ſed non diſſoluit matrimonium prius contractũ
etiamſi per carnis copulam non fuerit conſum-
matum, *extrauag. Io. 22. 1. de vot. & voti redempt. c. rurſus & ibi gloſ. 2. mag. & Can. hoc tit.* Alia vota
quacunq; ſolemnitate † emiſſa impediunt quã 7
doq; matrimonium, ſed non dirimunt contra-
ctum, *c 1. in fi. de vot. in 6.* vt votum ſimplex reli-
gionis, *c. meminimus § verum c. rurſus hoc tit.* ſuſce-
ptio habitus profeſſorum extra religionem à nõ
habente poteſtatem incorporandi religioni, *c. conſuluit hoc tit.* votum caſtitatis factum ſine mu-
tatione loci vel veſtis. *c. veniens hoc tit.* Solus Papa
diſpenſat cum monacho & moniali vt matri-
monium contrahant, vel vt ad tempus in matri-
monio commorentur, donec prolem ſuſcipiãt,
& poſtea ad monaſterium redeant. *Innoc. in c. cũ ad monaſteriũ n. 1. & per tot. de ſtat. monach. Bald. in l. ſi tibi filius n. 3. ff. de adopt. Io. And. in c. actus legitimi n. 5. & ſeqq. & in c. ſemel Deo de reg. iur. in 6. in mercurialibus Felin. plures cumulans in c. ſi quãdo n. 5. de reſcript. vbi allegat vnum exemplum. Dec. in c. quæ in eccleſiam. n. 46. de conſtitut. late Boch. in c. cum ad monaſterium n. 8. & ſeqq de ſtat. monach.*

De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

Titulus VII.

SVMMARIA.

1 *Matrimonii legitimi exiſtentia cauſat perpetuum impedimentum contrahendi matrimonium etiam poſt obitum coniugis & dirimit contractum cum polluta data fide per adulterum.*

2 *Sedes apoſtolica diſpenſat cum eis addita clauſula dummodo neuter eorum in mortem coniugis defuncti, machinatus fuerit.*

3 *Matrimonium contractum cum ſecunda tenet quando matrimonium ſeu ſponſalia de præſenti cum prima contracta non tenent propter iuſtum metum aut alias.*

4 *Contractus matrimonii ſuperſtite prima, quæ ſit legitima vxor, de facto cum ſecunda, quæ ſcit, virum aliam vxorem habere, inducit perpetuum inter eos impedimentum etiam poſt mortem primæ impediens & dirimens matrimonium.*

5 *Si ſecunda ignorauit virum aliam vxorem habere toto tempore ante mortem primæ vxoris, eſt in poteſtate decepta ſeparari à viro putatiuo, vel implorare ipſum compelli ſi noluerit ſponte, ad contrahendum cum ea de nouo matrimonium.*

6 *Si autem certiorata de vita primæ vxoris, paſſa ſit ſe*

cognoſci ab illo, non poteſt amplius eum habere
maritum.

7 *Machinatio alterius ex coniugibus, & perſona extra-*
nea, ea intentione vt matrimonio copularentur,
in mortem alterius coniugis ſecuta morte impedit
& dirimit inter eos matrimonium, etiamſi non
interceſſerit adulterium, ſi interuenerit machina-
tio alterius tantum non impedit matrimonium
niſi ſit machinatio coniuncta cum adulterio.

SEcundum impedimentum cauſatur ex pol-
lutione per adulterium, vel machinatione in
mortem coniugis, de quibus tractat ſub hoc tit.
in qua duæ conſtituendæ ſunt regulæ. Prima eſt
validum eſt matrimonium quod quis poſt obi-
tum vxoris contraxit cum ea, cui vxore viuente
fide data promiſit ſe illam ducturum, vel cum i-
pſa de facto contraxit, ſi nec ante nec poſt, legi-
tima eius vxore ſuperſtite, cognouit eandem *c.*
fin. & ibi gloſ. fin. hoc tit. & ibi Can. Altera, validum
1 eſt matrimonium cum polluta, † ſuperſtite vxo-
re per adulterium, *c. ſignificaſti hoc tit. c. ſi quis viuēte*
31. *q.* 1. *in princ.* niſi vxore viuente, aut fidem ſibi
dederit de contrahendo matrimonio, *d. c. ſigni-*
ficaſti c. relatum 31. *quæſt.* 1. aut de facto cum ea cō-
traxerit, *c. ex litterarum c. cum haberet c. fi. in fi. hoc*
tit. vel machinatio alterius interuenerit in mor-
tem coniugis, *c.* 1. *& ibi Pan. n.* 3. *c. ſuper hoc c. veniens*
circa fin. hoc tit. quodlibet iſtorum impedimēto-
rum coniunctum cum adulterio, impedit con-
trahendum, & dirimit contractum matrimo-
nium; nam adulter ſeparatur à ſecunda, etiamſi
longo tempore ei cohabitauerit, & filios pro-
creauerit. *c.* 2. *c. ex litterarum c. cum haberet hoc tit.*
gloſ. fin. in fi. in d. c. 1. *hoc tit. & ibi Pan. n.* 4. *& Can. cō-*
muniter. Pro maiore explicatione ſingula perſe-
quar. Sola exiſtentia legitimi matrimonii cau-
ſat perpetuum impedimentum contrahēdi ma-
trimonium, etiam poſt obitum coniugis, & di-
rimit contractum cum polluta data fide per ad-
ulterium, etiamſi prima coniux non fuerit co-
gnita, *c.* 2. *& ibi Pan. n.* 4. *hoc tit.* & fuiſſet ab eo ſe-
parata quoad thorum, *c. ex litterarum hoc tit.* ſedes
2 apoſtolica † & non epiſcopus *Nauar. conſ. fin. hoc*
tit. conſueuit cum eis diſpenſare, addita clauſu-
la, dummodo neuter eorum in mortem coniu-
gis defuncti machinatus fuerit, & legitimare
prolem ſuſceptam poſt obitum alterius coniu-
gis, & exinde ſuſcipiendam. *Mandoc. de ſignat. grat.*
tit. de ſponſ. matrim. § ſi vxor alicuius. Quando ma-
trimonium ſeu ſponſalia de præſenti cum prima
† contracta non tenent, propter iuſtum me[illegible], 3
aut alius, ita quod prima non ſit vxor leg[illegible],
tenet matrimonium contractum cum ſecunda
c. ſignificauit hoc tit. & ibi gloſ. & Doct. Contractus
matrimonii, ſuperſtite prima quæ ſit legitima v-
xor † de facto cum ſecunda, quæ ſcit virum aliā 4
vxorem habere, etiam ſeparatam propter adul-
terium, inducit perpetuum inter ipſos impedi-
mentum etiam poſt mortem primæ impediens
& dirimens matrimonium, *d. c. ex litterarum & ibi*
gloſ. in ver. aliam ſuperinduxit Anchar. & Can. ſi ſe-
cunda ignorauit † virum aliam habere vxorem 5
toto tempore ante mortē primæ vxoris, poteſt
vir vxore defuncta, vtpote à lege ipſius ſolutus,
in ſecundam de nouo matrimonialiter conſen-
tire, ita vt matrimonium valeat ex nunc, ſi illa in
eum voluerit conſentire, quia non compellitur,
c. 1. *& cap. veniens hoc tit. & ibi gloſ. in verb. de nouo &*
Can. vir ratione promiſſionis cōpellitur ad con-
trahendum de nouo cum decepta, in poteſtate
deceptæ eſt ſeparari à viro putatiuo, vel implo-
rare ipſum compelli, ſi ſponte noluerit, nā mor-
tua prima vxore non confirmatur inter eos ma-
trimonium eo ipſo, quia conſenſus viri fuit ille-
gitimus tanquam adulterinus, & deceptæ mu-
lieris fuit erroneus, *c.* 1. *hoc tit. & ibi Can.* ſi autem
certiorata † de vita primæ vxoris, paſſa ſit ſe co- 6
gnoſci ab illo, non poteſt amplius eum habere
maritum, *c. fin. in fin. hoc tit. c. ſi virgo* 34. *qu.* 2. Ma-
chinatio † alterius ex coniugibus, & perſonę ex- 7
tranæ ea intentione vt matrimonio copularē-
tur, in mortem alterius coniugis ſecuta morte
impedit & dirimit inter eos matrimonium, et-
iamſi non interceſſerit adulterium, *c.* 1. *in princ. de*
conu. in fid. c. ſi quis viuente 31. *qu.* 1. quando vterque
machinatus eſt, *Io. And. in d. c.* 1. *de conuerſ. in fid. n.* 2.
Pan. in d. c. 1. *ſub n.* 3 *hoc tit.* ſi interuenerit machi-
natio alterius tantum, non impeditur matrimo-
nium, niſi ſit machinatio coniuncta cum adul-
terio; *c. ſuper hoc tit. & ibi Pan. & Can. Pan in d. c.* 1.
ſub n. 3. *hoc tit.* ſola voluntas & affectus machina-
tionis, nullum præſtat impedimentum, *c. ſi quis*
ſuadente & ibi gloſ. in verb. occidiſſe 17. *quæſt.* 4. ſi verò
occidit non ea intentione vt coniungerentur,
ſed caſu, quia inimici ſunt vel ex alia cauſa, tunc
poteſt ducere in matrimonium vxorem occiſi,
c. laudabilem § ad hoc de conuerſ. in fid.

De Con-

Digitized by Google

De Coniugio leproſorum. Titulus VIII.

SVMMARIA.

1 *Lepra impedit contrahendum & diſſoluit Sponſalia de futuro ſano volente, ſed non dirimit matrimonium contractum, licet nondum ſit conſummatũ.*

2 *An ſanus teneatur coniugi leproſæ vel alia contagione laboranti debitum coniugale reddere.*

3 *Deportatione alterius ex coniugibus non ſoluitur matrimonium.*

4 *Furor ſubſequens matrimonium contractum non diſſoluit.*

TERTIVM impedimentum eſt lepra, quæ
1 impedit contrahendum † & diſſoluit ſpõſalia de futuro, ſano volente *c. fin. hoc tit. c. quemadmodum de iureiur.* ſed non dirimit matrimoniũ legitime contractum *c. 1. & ibi Pan. n. 5. & 9. & c. 2. hoc tit.* per verba de præſenti, licet nondum ſit conſummatum, *Pan. in d. c. fin. n. 3. hoc tit. per c. quẽadmodum de iureiur. in fine princ.* quia infirmitas quantumcunq; grauis ſuperueniens non ſoluit matrimonium, etiam quoad thorum & mutuã ſeruitutem, *c. ſi vxorem 32 queſt. 5. c. hi qui matrimonium & cc. ſeqq. 32. queſt. 7. Pan. in c. 2. n. 3. hoc tit. l. ſi cum dotem § ſi maritus verſ. quid enim tam humanum*
2 *ff. ſolut. matr.* An autem ſanus † teneatur coniugi leproſæ, vel alia contagione laboranti reddere debitum coniugale, vide Pan. in c. 2. n. 5. hoc tit.
3 & ibi Can. Deportatione † quoque alterius ex coniugibus non ſoluitur matrimonium, *l. res vxoris & authen. ſed hodie C. de donat. int. vir. & vxor. l. 1. C. de repud.* ſed vxor tenetur ſequi virum, niſi efficiatur vagabundus, & vir vxorem quando ex cauſa neceſſaria ſe abſentat, *c. 1. & ibi gloſ. in ver. ſequantur hoc tit. c. vnaquaq; & ibi gloſ. 1. 34. queſt. 2. & vbiq; Can.* ſed & furor † ſubſequens matrimo-
4 nium contractum non diſſoluit. *l. furor ff. de ſponſ. l. oratione § fin. ff. de rit. nupt. c. dilectus & ibi gloſ. fin. de ſponſ. c. hi qui & c. ſeq. 32. queſt. 7.*

De coniugio Seruorum. Titulus IX.

SVMMARIA.

1 ***Seruitus dirimit matrimonium contractum, quando liber ignoranter contraxit cum ſerua & ex quo credidit eſſe ancillam, in eam facto aut verbo non conſenſit.***

2 *Serui à Sacramentis eccleſiæ non remouentur, nec inter ſeruos matrimonia vllatenus debent prohiberi, etiamſi contradicentibus dominis & inuitis contracta fuerint.*

QVARTVM impedimentum eſt ſeruitus, quæ dirimit † matrimonium contractum, 1
quando liber ignoranter contraxit cum ſerua, & ex quo audiuit & credidit eſſe ancillã, in eam facto aut verbo non conſenſit, aut eam carnaliter non cognouit, & liberè poteſt cum alia contrahere, *c. 1. & fin. hoc tit.* ſerui † à ſacramentis ec- 2
cleſiæ non remouentur, nec inter ſeruos matrimonia vllatenus debent prohiberi, etiamſi contradicentibus Dominis & inuitis contracta fuerint, nulla ratione propter hoc ſunt diſſoluenda, *c. 1. hoc tit. l. poſſeſſionum C. comm. vtr. Iud.* debita tamen & conſueta ſeruitia non minus debent propriis Dominis exhibere, *c. 1 in fin hoc tit.* ſed & partus penes dominum ancillæ remanet, *l. & ſeruorum ff. de ſtat. hom.*

De natis ex libero ventre. Titulus X.

SVMMARIA.

1 *Natus ex libero ventre, ſiue mater libera ſit ſiue liberta liber eſt.*

2 *Serua & liberta patris eſt ſerua & liberta filiorum, ſed liberti liberorum non ſunt liberti parentum.*

SÆpius dubitari contingit, an natus ex libero ventre ſit iudicandus liber vel ſeruus, ideo poſt rubricam præcedentem ſubiicitur de natis ex libero &c. in quo conſtituenda eſt regula quod natus † ex libero ventre, ſiue mater libera 1
ſit, ſiue liberta liber eſt *c. 1. hoc tit. c. fin. de ſer. non ord. Inſt. de ingen. in princ. & § 1.* quia partus ventrem ſequitur: *l. partum C. de rei vend.* tamen valet conſuetudo quod partus ſequatur conditionem patris *c. licet de coniug. ſeruor.* Nota quod ſerua † & 2
liberta patris eſt ſerua & liberta liberorum, ſed liberti liberorum non ſunt liberti parentum, *l. licet la. 2. ff. de ver. ſignif.*

De cognatione Spirituali. Titulus XI.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio Spiritualis contrahitur in baptiſmo etiam domi*

domi propter neceſſitatem abſque ſolemnitate facto, & confirmatione impediens contrahendum & dirimens contractum matrimonium quando eadem præceſſit matrimonium, ſi autem ſecuta eſt ſcienter vel ignoranter non dirimit matrimoniū.

2 *Suſcipiunt infantem de baptiſmo aut confirmatione, vnus ſiue vir ſiue mulier, aut ad ſummum vnus & vna.*

3 *Inter quos ac baptiſatum ipſum & illius patrem & matrem necnon inter baptiſantem, baptiſatum baptiſatique patrem & matrem tantum ſpiritualis cognatio contrahitur.*

4 *Parochus ante baptiſmum ſuſcitatur ab iis ad quos ſpectat, quem & quos elegerint vt baptiſandum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum vel eos admittit, eorumque nomina in libro deſcribit, ſi alii vltra deſignatos baptiſatum tetigerint cognationem ſpiritualiter nullo modo contrahunt.*

5 *Si vero plures quam duo deſignati & admiſſi fuerint omnes fiant patrini.*

6 *De confirmatione idem eſt iudicium, ſciat de baptiſmo quoad cognationem ſpiritualem.*

7 *Cognatio contracta inter ſuſcipientem & ſuſceptam dicitur filiatio inter ſuſcipientem & ſuſcepti patrem & matrem dicitur compaternitas.*

8 *Si alter ex coniugibus ſuſcipiat alienum putrum, & vir & vxor carnaliter prius cognita compatres exiſtunt parentibus ſuſcepti.*

9 *Per ſponſam de præſenti ante conſummationem matrimonii non acquiritur compaternitas.*

10 *Non contrahitur per procuratorem.*

11 *Sedes apoſtolica inter ſuſcipientem & ſuſceptum contrahendum matrimonium non diſpenſat ſuper compaternitate diſpenſat.*

12 *Per Cathecismum non contrahitur cognatio ſpiritualis.*

QVintum impedimentum eſt cognatio, ea quadruplex eſt, ſpiritualis, legalis, nata ex illicito amplexu, contracta ex iuſtis nuptiis, de
1 quibus ordinatè tradito Spiritualis † contrahitur in baptiſmo etiam domi propter neceſſitatem abſque ſolennitate facto, *c. ſi vir hoc tit. c. ad limina 30. quæſt. 1. c. ſuper quibus 30. quæſt. 3. Couar. 4. lib. decret. epit. 2. par. c. 6. §. 4. n. 4.* & confirmatione, *c. de eo & c. ſeq. c. omnes 30. quæſt. 1. c. 1. & fin. hoc tit. in 6.* impediens contrahendum & dirimens contractum matrimonium, quando eadem præceſſit matrimonium, *c. Martinus & c. veniens hoc tit.* ſin autem ſecuta eſt ſcienter vel ignoranter, non dirimit matrimonium, *c. ſi vir hoc tit.* & doloſe facienti imponitur pœnitentia, *c. contracto hoc tit.* Non plures ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem, aut in confirmatione, accedant, quam vnus ſiue vir ſiue mulier, *c. non plures de conſecrat. erit 4. c. quamuis hoc tit. in 6.* aut ad ſummum
vnus † & vna baptizatū de baptiſmo ſuſcipiant, 2
c. docet ſeſſ. 24. de refor. matr. inter quos ac baptiza-
tum † ipſum, & illius patrem & matrem, nec nō 3
inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem tantum ſpiritualis cognatio contrahitur, *d. c. docet Pius 5. conſtit. facta 4. Calen. Decemb. 1566. Pontif. a. 1.* nec verba patrini reſpōdentis neceſſaria ſunt, ſed ſola ſuſceptio ex ſacro fonte eſt de ſubſtantia, cætera ad ſolennitatem ſpectant, *c. 1. c. fin. hoc tit. in 6. Couar. lib. 4. decret. epit. 2. par. c. 6. §. 4. n. 7. Caputaq. dec. 164. p. 1.* ſi quis plures filios alicuius ſuſceperit in baptiſmo, vnica eſt compaternitas *Garſ. de benef. par. 8. cap. 3. n.*
78. tenetur parochus ante † baptiſmum diligē- 4
ter ſciſcitari ab iis, ad quos ſpectat, quē & quos elegerint vt baptizandum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum vel eos admittere, & in libro eorum nomina deſcribere, quod ſi alii vltra deſignatos baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo modo contrahunt, *d. c. docet §.*
parochus. ſi vero plures, † quam duo contra pro- 5
hibitionem Concilii Tridentini deſignati & admiſſi fuerint, omnes fiunt patrini, *c. fin. hoc tit. in 6. Nauar. conſ. 6. hoc tit.* & omnes obligantur apud Deum & ſunt ſuſcepti fideiuſſores *c. vos ante omnia de conſecrat. diſtinct. 4.* De confirmatione
† idem eſt iudicium ſicut de baptiſmo, quoad 6
cognationem ſpiritualem, *c. 1. §. fin. & c. fin. hoc tit. in 6.* quæ confirmantem & confirmatum, illiusq; patrem & matrem, ac tenētem non egreditur, omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis ſublatis, & ſic omnia ferè cap. huius tit. & c. 1. huius tit. in 6. ſunt correcta, *d. c. docet § fin.* cognatio contracta
† inter ſuſcipientem & ſuſceptum dicitur filia- 7
tio, *c. de eo c. omnes 30. quæſt. 1. c. ita diligere 30. quæſt. 3. c. ad limina §. filia 30. quæſt. 1. c. ſi quis cum matre 30. quæſt. 2.* inter ſuſcipientem & ſuſcepti patrem & matrem dicitur compaternitas, *d. c. de eo 2. reſp. 30. quæſtione prima*, ſi alter ex coniugibus
† ſuſcipiat alienum puerum, & vir & vxor 8
carnaliter prius cognita compatres exiſtunt parentibus

Digitized by Google

parentibus ſuſcepti, *c.1. hoc tit. in 6. c. ſi quis ex vno*
30. quæſt.4. Concubina carnaliter cognita nō ef-
ficitur commater, *gloſ. in d.c.1. in ver. vxorem hoc t.*
9 *in 6.* per ſponſam de præſenti † ante conſumma-
tionem matrimonij non acquiritur compater-
nitas, *gloſ. in ver. caro in d.c. ſi quis ex vno 30. quæſt.4.*
10 *& ibi Can.* Præterea non contrahitur † per pro-
curatorem, ſed requirit actum proprium patri-
ni per ſe tenentis, & reſpondentis, *Nauar. conſ.6.*
hoc tit. Couar. lib.4. decret. epit.2. part. c.6. §.4. n.6.
quia ea, quæ non ſunt in adminiſtratione patri-
monij, non poſſunt fieri per procuratorem, *l. nec*
mulierem C. de vind. libert. l. fin. ff. de curat. furiorum l.
ſeruus furioſi ff. de manumiſſ. Iaſ. poſt Bart. in l. gallus §.
forſitan n.7. & 14. ff. de lib. & poſthu. Sedes apoſto-
lica † in prima ſpecie cognationis inter ſuſcipi-
11 entem & ſuſceptum circa cōtrahendum matri-
monium non diſpenſat, *Pan. in c. fin. ſub n.5. in fi.*
& n.6. de purg. Can. Felin. in c. at ſi clerici n.14. in fin. de
iud. ſuper compaternitate ſæpius diſpenſatur, vt
docet experientia rerum magiſtra, *c. vbi pericu-*
lum in princ. c. quam tit. in princ. de elect. in 6. olim
contrahebatur cognatio ſpiritualis per cathe-
12 ciſmum † impediens contrahendum, ſed non
dirimens contractum, *c.2. hoc tit. in 6.* quæ hodie
ſublata videtur per Concilium Tridentinum in
d.c. docet in fine de reform. matr. ſeſſ.24. ibi.
Omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis
cognationis impedimentis omnino ſublatis, ex
datione aliorum ſacramentorum cognatio ſpi-
ritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium
diſſoluat vel impediat, *d. c. fin. in fine hoc tit. in 6.*

De cognatione legali.
Titulus XII.

SVMMARIA.

1 *Clericus in ſacris conſtitutus quoad temporalia poteſt adoptare aliquem.*
2 *Religioſus non poteſt adoptare.*
3 *Adoptatus ex indulto ſummi pontificis ſuccedit in feudis eccleſiaſticis.*
4 *Cognatio legalis in linea aſcendente & deſcendente durante adoptione vel etiam finita impedit & dirimit matrimonium.*
5 *Affinitas quæ & inter adoptatum & vxorem adoptantis, item inter vxorem adoptati & adoptantem durante & finita adoptione matrimonium impedit & dirimit.*
6 *In linea collaterali proximitas inter adoptatum, & illos quibus agnoſcitur durante adoptione impedit & dirimit matrimonium ipſa vero ſoluta diſſoluitur impedimentum.*
7 *In arrogatione idem iuris eſt.*

DE cognatione legali traditur in Inſtit. Im-
per. tit. de nupt. §.1. verſ. & hæc adeo & §.
ſed ſi qua & tit. de adopt. clericus † in ſacris cō- 1
ſtitutus, quoad temporalia, poteſt adoptare ali-
quem, *Alex. in l. Gallus §. quid ſi is qui filium n.10. &*
ibi Dd. ff. de lib. & poſt Alex. poſt Bald. in l. ſi quis poſt-
hum. n.6. & ſeqq. & ibi DD. ff. eod. Io. And. in rubrica
huius tit. circa finem & ibi Hoſt. n.4. quia conſide-
ratur magis aptitudo naturalis, quam impedi-
mentum accidentale, *l.2. verſ. illud ff. de adopt.* Re-
ligioſus † non poteſt adoptare, quia eſt in pote- 2
ſtate Abbatis, *c. quorundam in princ. & c. ſi Religioſus*
in princ. de elect. in 6. c. non dicatis 12. quæſt.1. ado-
ptatus ex Indulto † ſummi Pontificis ſuccedit 3
in feudis eccleſiaſticis, *Curt. iun. conſ.138.* Impe-
dimentum cognationis legalis conſideratur tri-
bus modis, quod ad matrimonium impedien-
dum & dirimendum pertinet. Primo in linea a-
ſcendente & deſcendente † durante adoptione, 4
vel etiam finita, & impedit & dirimit matrimo-
nium, *§.1. verſ. & hæc adeo Inſtit. de nupt. l. quinetiam*
in princ. ff. de rit. nupt. Secundo in affinitate † quæ 5
inter adoptatum & vxorem adoptantis atten-
ditur, item inter vxorem adoptati & adoptan-
tem, quæ ſimiliter durante & finita adoptione
matrimonium impedit & dirimit, *l. adoptiuus ff.*
de rit. nupt. §. affinitatis & §. ſeq. Inſtit. de nupt. Tertio
in linea collaterali † inter adoptatum & inter il- 6
los quibus agnoſcitur, quæ proximitas durante
adoptione impedit & dirimit matrimonium, *c.*
ita diligere 30. quæſt.3. ipſa vero ſoluta, diſſoluitur
impedimentum, *l. per adoptionem ff. de rit. nupt. c. per*
adoptionem 30. quæſt.3. c. vnica hoc tit. §. ſed etſi quis
Inſt. de nupt. Nec differt in hoc adoptio ab arro-
gatione, † imo idem vtroq; caſu dicendum eſt,
c.1. & ibi gloſſ. vnica verſ. alij dicunt quod adoptatus & 7
Can. hoc tit. Couar. lib.4. decret. epit.2. part. cap.6. §.5.
n.2. Arrogatus filiam illegitimam arrogantis
poteſt ducere in vxorem, quia inter eos nec na-
turalis nec ciuilis cognatio eſt cum filia illegiti-
ma non ſit in poteſtate arrogantis, *arg. §. fratris*
verſ. eius vero mulieris Inſtit. de nupt. gloſ. in c. vnico hoc
tit. & ibi DD.

Digitized by Google

De eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ vel ſponſæ.

Titulus XIII.

1 *Affinitas contracta ex copula ſeu complexu illicitis nõ diſſoluit matrimonium antea contractum, impedit contrahendum, & dirimit poſtea contractum inter aſcendentes & deſcendentes in infinitum, inter collaterales iure decretalium vſque ad quartum gradum & ex decretis Concilij Tridentini vſq; ad ſecundum gradum tantum.*

2 *Requiritur copula conſummata vera & perfecta.*

3 *Impedit exactionem debiti, etſi matrimonium non eſt conſummatum non poteſt etiam niſi præuia diſpenſatione epiſcopi reddere ſine peccato mortali.*

4 *Ex copula ignoranter vel violenter habita oritur affinitas, qua non priuat facultates exigendi debitum aut inhabilitat ad contrahendum matrimonium.*

5 *Cum inceſtuoſo vt poßit contrahere matrimonium cum alia, quiſnam diſpenſet.*

IN hoc titulo compilator tractat de cognatio-
1 ne aut proximitate orta ex amplexu † ſeu co-
pula illicitis, ex quibus non oritur publica ho-
neſtas, ſed affinitas, *c. diſcretionem & ibi gloſ. in ver.*
publicam honeſtatem & Pan in c. tua fraternitati n. 3.
hoc tit. quæ non diſſoluit matrimonium antea
contractum; *c. 1. d. c. diſcretionem c. pen. & c. fin. hoc*
tit. impedit contrahendum, *c. fraternitati tuæ &*
cc. ſeqq. hoc tit. & dirimit poſtea contractum, in-
ter aſcendentes & deſcendentes perpetuo & in
infinitum, *l. adoptiuus in princ. verſ. vnde nec l. nuptia*
la. 4. cum l. ſeq. ff. de rit. nupt. inter collaterales iure
decretalium vſque ad quartum gradum, *c. ſuper*
eo hoc tit. c. non debet de conſ. & affin. quod ſacrum
Concilium Tridentinum reſtrinxit ad ſecun-
dum gradum, in vlterioribus gradibus ſtatuit
huiuſmodi affinitatem matrimonium poſtea
contractum non dirimere, *c præterea ſeſſ. 24. de re-*
for. matr. nam affinitas ex illicita copula proce-
dens ſemel nata etiam poſt mortem ſic cognitæ
durat, *c. fraternitatis 35. quæſt. 10. Nauar. conſ. 5. de*
de conſ. & affin. Requiritur autem copula † con-
2 ſummata vera & perfecta, vt vir intret clauſtra
pudoris conſanguineæ & ſeminet intra vas, *Garc.*
de benef. par. 8. cap. 3. n. 98. & 103 & ſeq. itaque ſi
quis cognoſcat conſanguineam ſuæ ſponſæ ſol-
uuntur ſponſalia de futuro, *c. veniens 1. hoc tit.*
quando de eo conſtat per famam, *c. ſuper eo de*
conſang. & affin. ac ſponſus non poteſt ſponſam
ducere in vxorem, obſtante affinitate, *d. c. frater-*
nitati tuæ & cc. ſeqq. hoc tit. quia fornicarius & for-
nicaria per copulam efficiuntur vna caro, *c. in eo*
32. quæſt 4. nec eam quam cognouit, obſtante
publica honeſtate hodie reſtricta ad primum
gradum, *dictum eſt ſupra tit. 1. hoc lib.* ſi quis co-
gnoſcat conſanguineam vxoris ſuæ ſcienter, af-
finitas ſuperueniens non diſſoluit matrimo-
nium contractum, ſed exactionem debiti † im- 3
pedit reſpectu delinquentis, qui non poteſt ſi-
ne peccato debitum exigere, & ſi matrimoniũ
non ſit conſummatum, non poteſt etiam, niſi
præuia diſpenſatione quam facere poteſt epi-
ſcopus, reddere ſine peccato mortali, quia po-
teſt intrare religionem, & hoc modo vitare
redditionem debiti, *Syluest. in verb. matrimonium*
8. *quæſt. 15. verſ. ſeptimum.* Illud enim quod eſt li-
citum & poſſibile, & per quod ſolum poteſt vi-
tari peccatum mortale, cadit ſub præcepto ſicut
& vitatio peccati mortalis, & inhabilitat ince-
ſtuoſos ad contrahendum matrimonium cum
quacunq; *c. 1. c. tranſmiſſæ d. c. diſcretionem c. tua hoc*
tit. ex copula ignoranter † vel violenter habita 4
oritur affinitas, *d. c. diſcretionem h. t.* quæ non pri-
uat facultate exigendi debitum, aut inhabilitat
ad contrahendum matrimonium, *c. inebriauerũt*
c. non eſt quod cuiquam 15. qu. 1. c. in lectum & cc. ſeqq.
34. quæſt. 2. c qui propinquam c. ſi quis cum matre & c.
ſeq. 35 qu. 2. & 3. Garc de benef. par. 8. cap. 3. n. 106. &
ſeqq. ſi vero propinquitas etiam per illicitũ coi-
tum præceſſit detractum matrimonij, & de ea
ex probabilibus & fide dignis probationibus
conſtat, matrimonium poſtea contractum irri-
tatur, *d. c ſuper eo hoc tit.* vſque ad ſecundum gra-
dum, non vlteriores, *vt ſupra eſt dictum.*
Cum inceſtuoſo †, vt poſſit contrahere ma- 5
trimonium cum alia, Papa diſpenſat, cum iſtud
ſit impedimentum iuris poſitiui, *c. propoſuit, § li-*
cet de conceſſ. præb. Epiſcopus non diſpenſat quan-
do commiſſum eſt verum crimen inceſtus, niſi
ratione iuuentutis *c. ſi quis cum duabus 33. quæſt. 2.*
c. ſi duo in fin. 35. quæſt 6. c. & literis hoc tit. quando
non eſt proprie crimen inceſtus, vt quia com-
miſſum eſt cum conſanguinea ſponſæ, poteſt
diſpenſare etiam circa iuuentutem, *c. ve-*
niens & 1. in princ. hoc tit. & ibi
Pan. n. 3. & Can.

De con-

Digitized by Google

De conſanguinitate & affinitate.

Titulus XIV.

SVMMARIA.

1 *Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, vel quarum vna deſcendit ab alia carnali propagatione contractum.*

2 *Diſtenguitur tribus lineis, aſcendentium, deſcendentium, & collateralium ſiue tranſuerſalium.*

3 *Inter aſcendentes & deſcendentes perpetuo prohibetur matrimonium.*

4 *In collateralibus prohibitio vſque ad quartum gradum durat incluſiue.*

5 *Qui ex latere venientium eam duxerit, quam vetatur, vel affinem, quam impeditur, inceſtus dicitur contrahere nuptias, & eius pœna.*

6 *Conſanguinitas probatur teſtibus qui computationem graduum debent incipere à ſtipite, id eſt, à parentibus vel germanis.*

7 *Affinitas eſt proximitas perſonarum ex quocunq; coitu ſeminum commixtione intra naturale vas, vel ſeminis viri commixtione naturæ mulieris, ſecuta, omni carens parentela.*

8 *Affinitas vnde dicatur.*

9 *Inter virum & vxorem nulla contrahitur affinitas, & per connubium conſummatum efficiuntur vna caro.*

10 *Inter conſanguineos viri & conſanguineos vxoris ex eorundem viri & mulieris coniugio nulla oritur proximitas.*

11 *Affinitas contracta inter aſcendentes & deſcendentes perpetuo & in infinitū impedit & dirimit matrimonium.*

12 *Inter collaterales ſiue ex vno ſiue ex vtroque latere contracta fuerit affinitas, in primo genere tantum impedit & dirimit matrimonium contractum vſq; ad quartum gradum incluſiue.*

13 *Matrimonium in gradu prohibito inter affines contractum eſt nullum & pœna contrahentium.*

14 *Olim erant nuptiæ prohibitæ inter collaterales non ſolum in primo, ſed etiam in ſecundo & tertio genere affinitatis quæ duo genera ſunt ſublata & explicantur.*

15 *Nuptiæ quæ aliis rationibus quam conſanguinitatis & affinitatis prohibentur ſimpliciter, illicitæ & inutiles appellantur & pœna ſcienter eas contrahentium.*

16 *Super matrimonio diſpenſat ſummus pontifex in omnibus impedimentis iure humano inductis, ac in gradibus conſanguinitatis non tamen lege diuina aut iure naturali prohibitis, ac in quibuſdam gradibus Leuit. 18. prohibitis, ac in primo affinitatis gradu, ac in ſecundo gradu collaterali conſanguinitatis, ac in primo & ſecundo gradu in linea inæquali inter magnos principes.*

17 *Epiſcopus diſpenſat propter ſcandalum ſuper impedimentis occultis dirimentibus, quando matrimonia ſunt publice contracta & ſuper omnibus impedimentis impedientibus tantum.*

18 *Iuſtæ cauſæ diſpenſandi ſex enumerantur.*

19 *Matrimonialis diſpenſatio ſub & obreptitia eſt ipſo iure nulla.*

20 *In qua veritas narratorum verificari debet, de tempore datæ diſpenſationis.*

21 *De quibus in ea debeat fieri mentio.*

22 *In ea caſus mixtus non continetur ſub ſimplici.*

23 *Limitata ad forum conſcientiæ non ſuffragatur in foro fori.*

24 *An diſpenſatione ſuper impedimento obtenta requiratur nouus conſenſus ad matrimonium contrahendum.*

25 *An defectu conſenſus vel alio impedimento quod ab initio vigere vel alter ſcit, ceſſante opus ſit, quod omnia de integro ponantur, quæ ſunt de eſſentia matrimonij.*

26 *Matrimonium contractum inter infideles in gradu à lege canonica prohibito, poſt vtriuſque coniugis conuerſionem non ſeparatur & filij ex eo nati cenſentur legitimi.*

27 *In matrimoniali diſpenſatione in gradibus prohibitis ſi interuenit contractus matrimonij aut copula, ſummus pontifex exigit emendas pecuniarias ſiue mulctam aut compoſitionem.*

28 *Quæ pauperibus remittitur & luunt in corpore.*

SVPEREST videre de cognatione carnali orta ex iuſtis nuptiis, quæ conſiſtit ex conſanguinitate & affinitate. Conſanguinitas eſt vinculū perſonarum † ab eodem ſtipite deſcendentium, 1
vel quarum vna deſcēdit ab alia carnali propagatione contractum, *l. 1. circa fin. § poſt ſuos ſtatim ff. de ſuis & leg. hæred. § ſunt agnati & ibi gloſ. in verb. conſanguinei & Dd. Inſtit. de legit. ag. ſucceſ. c. coniunctiones §. eos autem c. progeniem & cc. ſeqq. 35. quæſt. 2. & 3. c. conſanguinitas 35. quæſt. 4.* Dicitur conſanguinitas quaſi ſanguinis vnitas, *c. ſextes & c. ſeq. 35. quæſt. 5.* diſtinguitur tribus lineis, † Pri- 2
ma eſt aſcendentium. Secunda deſcendentium.

Tertia

Tertia collateralium ſiue tranſuerſalium, *Inſtit. tit. de grad. cog.* quomodo autem gradus conſanguinitatis ſint computandi tam iure Ciuili quã iure Canonico, traditur in gloſ. addit. ad tit. Inſtit. de grad. cogn. ad quem me remitto, & in c. ad ſedem 35. quæſt. 5. pulchrè Oinot. in Inſtit.
3 Imper. tit. de nupt. in princ. Inter aſcendentes, † & deſcendentes perpetuo prohibetur matrimonium, §. 1. *Inſtit. de nupt. l. nuptiæ conſiſtere la. 2. ff. de rit. nupt.* & nihil intereſt, an ex iuſtis nuptiis cognatio deſcendat vel non, *l. & nihil intereſt ff. de rit. nupt. l. nec adoptiuus* §. *vnde nec vulgo ff. eod.* & ſi tales perſonæ inter ſe coierint nefarias atque iure gentium inceſtas nuptias contraxiſſe dicũtur, §. *ergo Inſtit de nupt. l fin. ff. de ritu nupt. gloſ. in rubr. C. de inceſt. & inutil nupt.* & inter eos præſumitur ſcientia, *l. de tutela C. de in integ. reſtit. min. l.*
4 8. *in fin. ff. vnde cognat.* In collateralibus † prohibitio vſq; ad quartum gradum incluſiue durat, *c. non debet hoc tit. & ibi Pan. n. 8. & Can. communiter*, matrimonium intra dictum gradum ab eis contractum eſt nullum, nullaq; longinquitate defenditur annorum, cum diuturnitas temporis non diminuit peccatum ſed auget, *c. non debet* §. *fin. hoc. tit.* Qui ex latere venientium eam
5 duxerit, † quam vetatur, vel affinem quam impeditur, inceſtas dicitur contrahere nuptias, *glo. in rubric. & l. pen. & fin. C. de inceſt. nupt.* ſiquidem palam fecerit leuius, ſi vero clam hoc commiſerit, grauius punitur, *l. fin. verſ. qui vero ff. de rit. nupt.* nam illud ſcienter contrahentes incidunt in excommunicationem latæ ſententiæ, & præcipitur eccleſiarum Prælatis, vt illos, quos eis conſtiterit, taliter contraxiſſe, excommunicatos publicè tamdiu nuncient, ſeu à ſuis ſubditis faciant nunciari, donec ſuum humiliter recognoſcentes errorem ſeparentur ab inuicem, & abſolutionis beneficium obtinere mereantur, iuribus quæ ſic contrahentibus alias pœnas imponunt, in ſuo robore permanentibus, *clem. vnic. hoc tit. Authent. inceſtas & authen. ex complexu C. de inceſt. nupt. c. conſanguineorum 3. queſt. 4. §. ſi aduerſus Inſtit. de nupt.* Ex decretis Concilij Tridentini is, qui intra gradus prohibitos contrahere, & multo magis ſi etiam conſummare auſus fuerit, ſeparatur, & ſpe conſequendæ diſpenſationis caret, ſi ignoranter id fecerit, ſiquidem ſolennitates in contrahendo matrimonio neglexerit, eiſdem ſubiicitur pœnis, quia ſalubria eccleſiæ præcepta temerè contempſit, ſi vero ſolennitatibus adhibitis impedimentum aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cuius probabilem ignorantiam habuerit, tunc facilius cũ eo & gratis diſpenſari poterit, *c. ſi quis ſeſſ. 24. de refor. mat.* Contrahentes vero ſponſalia de futuro in gradibus prohibitis non incurrunt dictas pœnas, *gloſ. in d. clem. 1. in verb. contrahere hoc tit. & ibi Can.* Diſtãs à ſtipite primo aut quarto gradu vel citeriore, poteſt contrahere matrimoniũ cum diſtante quinto & vlteriore gradu, quia quoto gradu diſtat remotior à communi ſtipite, & à quolibet per aliam lineam deſcendentium ex eodem, *c. fin. hoc tit & ibi Anchar. Buſ. cont. Hoſt.*
Conſanguinitas probatur † teſtibus, qui computationem graduum debent incipere à ſtipite, 6
id eſt, à parentibus vel germanis & per ordinem ab vtroque latere diſtinguere ſingulos gradus, nominibus propriis, vel æquipollentibus indiciis, deſignando perſonas, *c. tua nos hoc tit. c. ſeries c. licet de teſtibus &c.*

Affinitas eſt proximitas † perſonarũ ex quocunq; coitu, ſeminum commixtione intra natu- 7
rale vas, §. *affinitatis & ibi gl. 1. & Dd. Inſtit. de nupt. c. nullum in ſin. & ibi gloſ fin. c. extraordinaria & ibi gl. 1. c. ſane & c. ſeq. 35 quæſt. 2. & 3.* vel ſeminis viri cõmixtione naturæ mulieris *gloſ. fin. in d. c. extraordinaria 35 quæſt. 2. & 3. Pan. in c. fraternitati n. 3. & circa fin. cap. de eo qui conſang &c. Freder. conſ. 301.* ſecuta, omni carens parentela, *l. vitrico l. affinitatis C. comm. de ſucceſſ.* nam ex copula vi præciſa vel cõditionali aut cum dormiente habita oritur affinitas *c. diſcretionem ibi quantum potuit renitentem, de eo qui cog. &c. Couar. in 4. lib. decret. epit. par. 2. cap. 6. §. 7. n 2.* De iure ciuili non contrahitur affinitas niſi legitimæ ſint nuptiæ, *l. non facile* §. *affines & ibi gloſ. in ver. per nuptias &* § *ſciendum ff. de grad. affin.* quia conſideratio legis eſt circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere, *l. Iuriſconſultus ff. de grad. affin.* Canones vero conſiderant vnionem carnis, *c. in eo 32. quæſt. 4. c. ſi vir & vxor. 35. quæſt. 2. & 3.* Diciturq; affinitas † quod duæ cognatio- 8
nes, quæ diuerſæ ſunt inter ſe per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, *l. non facile* §. *affines ff. de grad. conſ. & affin.*
Inter virum & vxorem † nulla contrahitur affi- 9
nitas, ſed ipſi ſunt cauſa affinitatis, & per connubium conſummatum, efficiuntur vna caro, & ideo

vxor

Digitized by Google

vxor communicat marito ſuos conſanguineos, & è contrario vir vxori, *Pan. in c. quod ſuper n. 2. hoc tit.* inter conſanguineos viri & conſanguineos
10 vxoris, ex eorundem ſcilicet viri † & vxoris coniugio, nulla oritur proximitas, nullum vinculum, vnde abſq; omni peccato licitè inter ſe cōtrahunt matrimonium, *c. quod ſuper his h. t. §. mariti tamen Inſt. de nupt.* quomodo cōputentur gradus affinitatis traditur in Inſtit. Imp. tit. de grad.
11 cogn. Affinitas contracta † inter aſcendentes & deſcendentes perpetuo, & in infinitum impedit & dirimit matrimonium, ſiue ſit contracta ex primis nuptijs in primo genere, *l. non facile hos igitur ff. de grad. affin. l. adoptiuus §. nunc videamus & l. nupt. la. 4. ff. de rit. nupt. Anchar. in c. fin. h. t. Oinot. in Inſt. Imp. tit. de nupt. de arbor. affin. n. 12.* ac in ſecundo genere affinitatis, *l. vxorem ff. de ref. nupt. latè Oinot. in Inſt. Imp tit. de nupt. de arb. affin n. 13. & 14.* ſiue etiam contracta fuerit ex illicito coitu, *l. adoptiuus in princ. verſ. vnde nec i. nuptia la. 4. cum l. ſeq. l. ſi qua mihi §. ſi vxor iuncta l. ſemper in coniunctionib. ff. de rit. nupt. §. ſi vxor Inſt. de nupt. 35. quaſt. 5. & ibi gl. declar. arb. affin. verſ. nunc quaritur.* inter colla-
12 terales vero ſiue ex vno † ſiue ex vtroq; latere cōtracta fuerit affinitas, *Pan. in c. non debet n 10. h. t.* in primo genere tantū impedit & dirimit matrimoniū contractū vſq; ad quartum gradum incluſiue, vt vxore mortua quis non poſſit cōtrahere cum eius conſanguinea vſq; ad quartum gradum, *c. non debet hoc tit. c. de propinquis c. nullum c. & hoc quoq; c. ſane c. porro 35. quaſt. 2. & 3.* contracta per illicitam copulā impedit & dirimit matrimonium cum ſic cognitæ conſanguineis collateralibus vſq; ad ſecundū gradum tantum, *c. praterea ſeſſ. 24. de refor. matr. dictum eſt in tit. pracedenti*, in vlterioribus vſq; ad quartū non impedit aut dirimit, *d. c. prat. ſeſſ. 24. in fin. Pius. c. conſt. facta quarto Cal. Decemb. 1566. Pontif. an. 1.* Matri-
13 monium in gradu prohibito † inter affines cōtractū eſt nullū, *d. c. non debet h. t.* ipſi contrahentes incurrunt excommunicationē latæ ſententiæ, *clem. 1. hoc. t.* ſeparantur, ac ſpe conſequendæ diſpenſationis carent, iuxta diſtinctionem ſupra poſitam in impedimento conſanguinitatis: O-
14 lim nuptiæ erant prohibitæ † inter collaterales, non ſolū in primo, ſed etiā in ſecundo & tertio genere affinitatis, quæ duo genera hodie ſunt ſublata, *d. c. non debet.* Ideo ea paucis explicabo, perſona adiuncta per carnis copulā ſanguini alterius, inducit primū genus affinitatis; perſona vero addita primo generi inducit ſecundū genus; & perſona addita ſecundo inducit tertium genus; ſed nullo caſu mutat gradum affinitatis: *d. c. non debet & ibi gl. in verb. in ſecundo & tertio & Pan n. 6. & Can. com.* exempli gratia, ea quam frater meus duxit in vxorem, eſt in primo genere affinitatis mihi eodem gradu iuncta affinitatis, quo eſt mihi frater cōſanguinitatis, ſi fratre meo præmortuo vxor eius & affinis mea alij nubat, tunc ille cui nubit, erit mihi in ſecundo genere affinitatis eodē gradu quo erat mihi cōſanguinitatis frater meus præmortuus; rurſus ſi illa mortua, hic affinis meus in ſecundo genere affinitatis, ducat aliam in vxorem, tunc illa mihi erit in tertio genere affinitatis eodē gradu iuncta, quo frater meus prædefunctus erat coniunctus conſanguinitatis; ex quibus conſtat quod perſona addita perſonæ per carnis copulā, aut nuptias, mutat genus non gradum. Alia exempla ponit Oinot. *tit. de nupt. de arb. affin. n. 13. & 14. & per tot.* Primum genus contrahitur tantum ex vna parte, ſecundum & tertiū genus quandoq; ex vna parte vt in præſcriptis exemplis, quādoq; ex vtraq; parte vt in vxoribus duorum fratrum quarum alterutra fratri mariti eſt in primo genere & primo gradu affinitatis cōiuncta & ideo mortuo altero ex fratribus & vxore alterius ſuperſtes relictā viduam fratris non poteſt vxorē ducere *c. porro 35. q. 2. & 3. Io. Andr. poſt Innoc. in c. non debet n. 13. de conſang. & affin. & ibi gl. marg. in verb. in 2. & 3.* ſed vxores fratrum inuicē ſunt in ſecundo genere affinitatis quia copula cuiuſlibet cauſat affinitatē, & quæ iungitur mihi vxor mea eſt affinis ſecundi generis vxori fratris mei, & quæ iungitur fratri meo eſt affinis vxori meæ in ſecundo genere & in primo gradu, ſed ſi altera poſt mortem mariti nupſerit Sempronio, iſte Sempronius attinet vxori alterius fratris ſuperſtitis in tertio genere affinitatis in primo gradu, quia eſt perſona addita ſecundo generi affinitatis & præmortuo altero fratre ſuaq; vxore poterit viduā eius vxorem ducere, *Pan. in d. c. non debet n. 10. & ſeqq. & ibi Butr. n. 13. & ſeqq. & Can.* Aliud exemplum poni poteſt, Alexander ducit in vxorem Catharinam ſororem Antonij hic eſt Alexandro iunctus in primo genere & primo gradu affinitatis, poſtea Antonius ducit Petronillā in vxorē quę iūgitur Alexandro in primo gradu, ſed

Digitized by Google

in ſecundo genere affinitatis. Præmortuis itaq;
Catharina & Antonio Alexander poterit duce-
re Petronillam quia ſecundũ genus hodie non
impedit aut dirimit matrimonium, 35. quæſt. 5. &
ibi gl. in declar. affinit. verſ. aliud exemplum & ibid. gl.
in declar. arboris affin. verſ. circa hoc quæro. Nuptiæ
15 quæ alijs rationibus, † quàm conſanguinitatis
& affinitatis prohibentur, ſimpliciter illicitæ &
inutiles appellantur, gl. in rubr. Cod de inceſt. & in-
util. nupt. gl. in authen. de inceſt. & nef. nupt. in princ. in
verſ. illicitas col. 2. & ibi DD. gl. mag. in §. ſunt & aliæ
& ibi DD. Inſt. de nupt. & ſcienter eas contrahens
punitur iuxta l. qui cont. C. de inceſt. & inut. nupt. &
ibi DD. §. ſi aduerſus ea, & ibi poſt gloſſ. DD. Inſt. de
nupt.

16 Diſpenſat ſuper matrimonio ſummus Pon-
tifex † in omnibus impedimẽtis iure humano in
ductis, c. cuncta per mundum 1. & 2. 9. quæſt. 3. c. pro-
poſuit §. licet autem de conceſ. prob. & ibi gl. in ver. diſp.
Couar. latè in epiſ. lib. 4. decret. 2. par. cap. 6. §. 9. & ſeq.
ac in gradibus conſanguinitatis, c. quia circa h. t.
& ibi gl. in ver. à ſede apoſtolica & Can. c. fi. & ibi gl. in
ver. ſacramentum de tranſact. c. quadam §. quod ſcripti
35. quæſt. 2. & 3. c. de gradibus 35. quæſt. 8. non tamen
lege diuina & naturali prohibitis, c. litteras §. re-
ſcripto & ibi gl. in ver. non poteſt & Can. de reſtit. ſpol.
c. fin. & ibi gloſſ in verb. ſacramentum & Can. de tran-
ſact. latè Couar. in epiſt. lib. 4. decret. 2. par. c. 6. §. 10.
n. 1. 4. 5. & 6. ac in quibuſdam gradibus leuitici
18. prohibitis, Couar. in d. epiſt. 4. lib. decretalium 2.
par. c. 6. §. 10. n. 2. & 7. & ſeqq. Pract. Cancell. tit. not.
ſuper diſp. matr. verſ. diſpenſare & verſ. item poteſt. ac
primo affinitatis gradu, c. fin. de diuort. Pariſ. conſ.
68. vol. 4. Mandoc. de ſignat. grat. tit. diſp. matr. verſ. in
primo affin. grad. vbi enumerat exempla. ac in ſecun-
do gradu collaterali conſanguinitatis, l. c. ſi quis
in fin. ſeſſ. 24. de refor. matr. c. propoſuit & ibi gl. in ver.
diſpenſ in fi. de conceſſ. prab. ac in primo & ſecundo
gradu in linea inęquali, Pan. in c. fi. ſub. n. 8. de tran-
ſact. Rot. diuerſ. dec. 746. par. 3. lib. 3. quæ refert contra-
rias opiniones Canoniſtarum & Theologorum, inter
magnos Principes & ob publicã cauſam, inter
alios in ſecundo gradu nunquam diſpenſatur,
c. ſi quis in fi. ſeſſ. 24. de refor. matr. etiamſi concur-
rant plures vrgentes cauſæ, Nauar. conſ. 13. hoc tit.
Cand. aureum tit. diſp. in dictis concil. 3. & quæſt. ſeq.
Garc. de benef. par. 11. c. 5. §. 4. à n. 34. vſque ad n. 369.
17 Epiſcopus diſpenſat † propter ſcandalum, id eſt,
quando ſeparatio foret ſcandaloſa, ſuper impe-
dimentis occultis dirimentibus, quando matri-
monia ſunt publicè contracta, & non fit ad Pa-
pam propter legitima impedimẽta, vel pauper-
tatem acceſſus, & ſuper omnibus impedimentis
impedientibus tantum etiam inceſtus cum af-
finibus, Beat. Anton. in 3. par. ſumma tit. 1. c. 16. §. 4.
Nauar. in manual. c. 22. n. 85. Iuſtæ cauſæ diſpen-
ſandi ſunt plures † in ſecundo & alijs gradibus 18
prohibitis. Prima bonum quietis ac pacis atque
confæderatio, c. 2. de deſp. imp. ſecunda euitatio
ſcandalorum, c. quia circa hoc tit. Tertia proles ſu-
ſcepta, diuturnitas temporis & exemplũ quod
in ſimili caſu aliàs fuerit diſpenſatũ, d. c. quia circa
& ibi gl. fin. circa fin verſ. Item habet hic & ibi Pan. n.
2. & Can. hoc tit. Staphil. de reſcrip. apoſt. in forma bre-
uis §. datur per breue. n. 7. Pariſ. num. 132. & ſeq. vol. 4
Quarta ad diſpenſandum in quarto gradu aut
tertio defectus dotis competentis. Quinta ex-
tinctio magnæ litis. Sexta quod maior pars ſibi
parium ſuæ ciuitatis vel loci inſignis quem in-
habitat ſint ei conſanguinei vel affines intra
quartum gradum, vel ſi eſt alius locus minor, ſi
ipſa nõ habet ſufficientem dotem ad nubendũ
extra illum, Nauar. in manual. cap. 22. n. 87. verſ.
ſeptimo vbi atteſtatur de vſu Curiæ. Præterea diſpẽ-
ſatio præſumitur inter virum & vxorem qui in
gradu prohibito contraxerunt, ſi per decem an-
nos continuos & vltra in matrimonio vixerunt
& mortui ſunt, c. illud de præſumpt. & ibi Can. Ca-
putaq. deciſ. 269. par. 1. Achil. deciſ. 1. de præſumpt. &
cõtraxerunt præcedentibus edictis, c. fin. de cland.
deſp. alias etiam per cohabitationem triginta
annorum non purgatur mala fides, c. non debet in
fin. hoc tit. Achil. deciſ. 2. & 3. de cland. deſponſ.

Diſpenſatio matrimonialis † ſubreptitia & 19
obreptitia non eſt valida, niſi poſtea Papa eam
confirmaret, c. quia circa hoc tit. imo eſt ipſo iure
nulla, non ſolum per ſubreptionẽ in exprimen-
do falſum, ſed etiam in tacendo verum, c. ad
audientiam & 2. de reſcript. cap. 2. in fin. de fil presbyt.
in 6. in qua veritas † narratorum conſideranda 20
eſt ſecundum tempus impetrationis, non enim
ſufficit narrata prius eſſe vera, vel poſt impetra-
tionem diſpenſationis verificata, ſed debet ve-
rificari de tempore datæ diſpenſationis, Pan. in
d. c. quia circa num. 4. & 5. Collect. in princ. Io. And.
num. 2. & 3. & 7. & Can. hoc tit. In ea debet fieri
mentio † de copula, ſiue de inceſtu, ſed non de- 21
bet exprimi quot vicibus ſit habita, Garc. de be-
nef.

Digitized by Google

*atſ. part.8.cap.3. num.*77. ac etiam de matrimonio de facto contracto, quamuis non ſit carnali copula conſummatum, *capit.5.ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. Garc. c. de beneſi. part.*8. *cap.*3. *numer.* 30. *& ſeqq. & numer.* 41. *& ſeqq. plures cumulant.* Imo ſi copula ſit habita poſt impetratam diſpenſationem in forma commiſſaria, antequam ordinarius, cui diſpenſatio commiſſa eſt, diſpenſet, diſpenſatio eſt nulla & ſubreptitia ob non factam mentionem de iſta copula, quia antequam ordinarius diſpenſet iuxta commiſſionem ſibi factam, non eſt perfecta diſpenſatio, & in eſſe producta, ac neceſſarium eſt obtinere nouam diſpenſationem ſeu perinde valere, & ſi copula eſt ſecreta, poteſt expediri gratis in foro conſcientiæ per ſacram pœnitentiariam, *Garc. de beneſ. part.*8. *capit.*3. *numer.* 69. *& ſequentib. & numer.* 73. *& ſequentib.* vel ab Epiſcopo petenda eſt diſpenſatio, quia inceſtus inter conſanguineos impedit non dirimit. *Nauar. conſil.* 10. *&* 11. *de conſanguin. & affin. ſed add. ibidem dicit omnes mittendos eſſe ad ſedem apoſt. à Iudicibus commiſſ.* quod ſi de copula in diſpenſatione à ſummo Pontifice obtenta ſit facta mentio, & antequam ordinarius diſpenſet, iterum ſit copula inter eos habita, eadem non facit nouum impedimentum, *Garc. de beneſ. part.* 8. *capit.* 3. *numer.* 77. Subſiſtentibus pluribus impedimentis matrimonij valet diſpenſatio facta ſuper vno impedimento nulla facta mentione de alio, licet non poſſit iuſtum iuris effectum ſortiri, donec ſuper alio fuerit diſpenſatum, *Nauar. conſil.* 8. *& conſil.* 9. *&* 10. *hoc tit. aſſerens ita ſeruare ſtylum Curiæ. Bart. in lege cum propter ff. de leg. præſtand.* quia tot debent eſſe diſpenſationes, quot ſunt obſtacula: tutius eſt ſuper omnibus obſtaculis ſimul & ſemel diſpenſationem obtinere, *c. ex tuarum de auct. & vſu pall. Gemin. conſil.* 33. *numer.* 8. *Nauar. conſil.* 6. *de reſcript.* nam quando diſpenſationes ſe contingunt, aut impedimentum tacitum auget expreſſum, ſuper quo diſpenſatur, tunc neceſſe eſt de vtroque mentionem facere, alias diſpenſatio eſt nulla omninò, vt quando concurrit impedimentum conſanguinitatis cum impedimento affinitatis, *Couar. in quarta part.*2. *capite* 6. §. 7. *numer.* 1. vel quando eſt coniunctio ex duplici linea: *Mandoſ. de ſignat. grat. tit. diſpenſ. matrimon. circa fin. Garc. de beneſ. par.* 8. *capit.* 3. *numer.* 54. *& ſequentib.* in ea caſus mixtus † non continetur ſub ſimplici, ſiue
petatur diſpenſatio vt quis poſſit contrahere 22
matrimonium, ſiue vt in contracto poſſit remanere, *cap.*3. *hoc tit. Rot. deciſ.* 70. *libr* 2. *part.*3. *diuerſ. arg. leg. cum paſſum* §. *præſcriptione ff. de adulter. l.* 2. *& ibi DD. ff. de verb. obligat.* eadem ratione in diſpenſatione facienda eſt mentio de affinitate & publica honeſtate vbi ſimul concurrunt, & publica honeſtas non venit acceſſoriè ad affinitatem, vt quando quis cognouit conſanguineam in ſecundo gradu ſponſæ ſuæ de futuro, & impetrat diſpenſationem vt cognitam liceat ſibi vxorem ducere, non obſtante affinitate, nulla de publica honeſtate facta mentione, ſed de publica honeſtate quæ eſt acceſſoria ad affinitatem, non eſt opus facere mentionem, vt ex matrimonio conſummato oritur affinitas & publica honeſtas acceſſoria ad affinitatem, *gloſſ. in c. non debet in verb. ſecundo & tertio in fine & ibi Pan. numer.* 12. *hoc tit. Nauarr. conſil.* 7. *hoc tit.* quia diſpenſationes huiuſmodi ſunt odioſæ, *Pariſ. conſil.* 52. *numer.* 38. *vol.*4. *Gozad. conſil.*51. *numer.* 41. *Gemin. conſil.* 33. ſecus ſi concedatur alicui Epiſcopo quod poſſit diſpenſare cum coniunctis in ſecundo, quia poterit diſpenſare cum coniunctis in duplici ſecundo, etiam quod eſſet ei conceſſa huiuſmodi facultas diſpenſandi reſpectu certarum perſonarum, dummodo non ad petitionem illarum, cum quibus diſpenſatur quia huiuſmodi beneficium Principis eſt latiſſimè interpretandum, *Rot. deciſ.* 70. *libr.* 2. *parte* 3. *diuerſ. Put. deciſ.* 39. *libr.* 3. *dictum eſt ſupra de reſcript.* §. *diſpenſatio in fine.* Diſpenſatio ſuper matrimonio limitata † ad forum conſcientiæ non
ſuffragatur in foro fori, cum plures dentur 23
caſus in quibus matrimonium in foro pœnitentiali vno modo, altero vero modo in foro iudiciali venit iudicandum. *Beat. Antoninus in ſumma parte* 3. *titulo primo, cap. decimo, verſiculo, quodſi dicat accipiam, Panormit. in cap. cum apoſtolica numer.* 6. *de ſponſalib. & matrimon. Rot. diuerſar. deciſion.* 605. *numer.* 7. *& deciſion.* 606. *in princ. part.*1.

Digitized by Google

Quando, inter quos obſtante impedimẽto canonico, nõ poterat eſſe matrimoniũ, illud cõtra
xerunt ſub conditione, ſi Papa diſpenſaret, pendente conditione; contra communem regulam
quod pendente conditione non ſit licita pœnitentia in contractu conditionali per l. hæc venditio in princ. ff. de contrah. empt. l. 3. cum gl. ff.
de ſeru. export. poſſunt pœnitere quia contractus eſt reprobatus, Greg. 15. deciſ. 461. n. 9. & ſi demum Papa diſpenſauit, requiritur nouus eorum
24 conſenſus † ad matrimonium contrahendum,
Pan. in c. ſuper eo n. 8. de cond. appoſi. Greg. 15. dec. 410.
& ibi annot. quia ex priori contractu nulla inter
eos fuit orta obligatio, quod conditio exiſtens
non poſſit retrotrahi obſtante impedimento à
principio, l. ſi is qui pro emptore ff. de vſucap. quando vero matrimonium ab initio, mutuo cõſenſu, fuit nulliter contractũ inter conſanguineos
vel affines vel aliter impeditos, & à Papa eſt diſpenſatum in radice, tunc non requiritur nouus
conſenſus, ſed ſufficit ille primus cum affectu
maritali præſtitus: c. non debet & ibi gloſſ. in verb. de
cætero Hoſt. n. 8. & Can. 2. tit. Boer. quæſt. 264. n. 26.
Anchar. conſ. 409. n. 4. & ſeqq. Rot. farin. dec. 687. n.
12. par. 2. quotieſcunq; vero matrimonium non
25 tenet ex conſenſus defectu, † aut alio impedimento, quod ab initio vigere ſciunt, aut alter
ſcit, ſi poſtea ceſſet, opus eſt quod omnia de integro ponantur, quæ ſunt de eſſentia matrimonij, c. tua nos in fi. & ibi gl. in verb. nec forma Butr. nu.
10. Pan. in fin. & Can. de ſponſ. & matr. c. ſufficiat 27.
quæſt. 2. c. tuæ nos de ſponſ. duor. Victor. in relect. Theol.
relect. 7. de matr. in 2. puncto 1. part. verſ. in contrariũ,
n. 9. Nau. conſ. 14. de ſponſ. & matr. Greg. 15. deciſ. 395.
allegans multa ſimilia, quia ea quæ ſunt de forma
debent interuenire in tẽpore, eò quo actus producitur in eſſe, l. obſeruare §. poſt hæc & ibi Bald. in
addit. n. 3. ff. de offic. proconſ. Felin. in c. cum dilecta ſub
n. 7. verſ. amplia. 5. & ibi Can. de reſcript. ac ſufficit
quod matrimonium ſit cõtractum poſt diſpenſationem, licet veriſimiliter non potuerit haberi notitia impetrationis & diſpenſationis, Put.
dec. 343. n. 1. li. 1. Pan. in c. ſuper eo nu. 8. de cond. appoſit. Gregor. 15. deciſ. 410. numer. 2. & ibi latè
annot.

Matrimonium contractum inter infideles,
26 † in gradu à lege canonica prohibito, poſt vtriuſque coniugis conuerſionem & baptiſmi lauacrum non ſeparatur, c. de infidelibus hoc tit. & filij
ex eo nati cenſentur legitimi, c. ſi. qui fil. ſint legit.
c. gaudemus de diuort. ac etiã nati ex ſecundo matrimonio, poſt repudium datum primæ coniugi, quia credebant legitimè poſſe contrahere,
poſt repudium datum primæ, & ſic nati ſunt ex
matrimonio putatiuo, gloſſ. fin. in c. fin. qui fil. ſint
legit. & ibi Can. licet de rigore ignorantia iuris
diuini non excuſat, l. ſi quis adulterium cum inceſtu
§. ſtuprum ff. de adult. l. venia C. de in ius voc. c. qui ea
38. diſtinct. quia infideles non aſtringuntur legibus canonicis circa ſacramentalia & cõcernentia animam ante baptiſmum, vnde licitè contrahunt matrimonia in gradibus prohibitis humana lege, poſt baptiſmum vero eis aſtringuntur, ſed id quod ante geſſerunt, antequã ſubijcerent legi Chriſtianæ, tenet, ex quo non eſt geſtum contra legem diuinam, c. fin. de diuort. lex enim non concernit præterita ſed futura, l. leges
C. de legib. & ibi gloſſ. & Dd. Præterea id ſuadet vtilitas publica, vt alij facilius conuertantur, c. fin.
qui fil. ſint legit. & conuerſorum infirmitas, c. fin. de
diuort. Exigit ſummus Pontifex quando diſpenſat ſuper matrimonio in gradibus prohibitis ſi
interuenit contractus matrimonij per verba de
præſenti, clem. 1. hoc tit. vel copula, cap. de inceſtis 35.
quæſt. 2. & 3. ob delictum commiſſum, ne diſſimulatione culpabili nefanda licentia corroboretur, l. fin. in fine C. de inceſt. & inut. nupt. c. cauete 22.
quæſt. 5. emendas pecuniarias, † ſiue mulctam, & 27
grauiorem à nobili nam nobilitas eſt exprimenda, alias ſurreptitia eſt diſpenſatio, non diuitiæ, l. humilem C. de inceſt. & inut. nupt. c. legimus
verſ. potentia 93. diſt. quàm ignobili, c. qui contra
& ibi gloſſ. in verb. ignobilis 24. quæſt. 1. c. non tegantur & ibi 1 gloſſ. 41. diſtinct. quia ingenuis & illuſtribus caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum eſt, l. ſi qua illuſtris C. ad S. C. tum orphic. & maiorem à ſcienter contrahentibus, ac minorem
ab ipſis qui errore acerrimo, non affectato, neque ex vili cauſa decepti ſunt, aut ætatis lubrico
lapſi, arg. l. qui contra C. de inceſt. nupt. quæ compoſitio vocatur & ſoluitur Datario, & arbitrio
Papæ in pios vſus conuertitur, l. mulctarum C. de
modo mulct. quæ à Iudic. inflig. Præterea præcipit
eos ſeparari ad tempus, illiſq; imponi competentem pœnitentiam ſalutarem pro modo culpæ, c. fin. in fin. de eo qui cogn. conſang. c. quod ſuper
his hoc tit. quæ eſt arbitraria, c. latores & ibi
gloſſ. fin. de cleric. excommun. c. tempora 26. quæſt. 7.

&

Digitized by Google

& mandat à diſpenſatis præſtari iuramentum, quod talia deinceps non committent, neque committentibus præſtabunt auxilium, conſiliũ vel fauorem, ne indulgentia ſanctæ matris Eccleſiæ ſit diſpenſatis aut alijs incitamentum ad peccandum, & faciat vileſcere auctoritatem ſummi Pontificis ob iniuriam diſpenſationum frequentationem *Zab. in clem. 2. §. 1. in xi. not. de pœnit. & remiſ.* Pauperibus mulcta remittitur,
28 *l. fin. in fin. C. de mod. mulct.* † quia non habent in ære luunt in corpore, cum ex delicto teneantur, *Pan. in c. ſtatuimus num. 2. de male,* ſoletque Datario apponere clauſulam eos inptimis ab inuicem ſe paret, & ſi veniam petierint humiliter, eam illis, & pœnitentiam publicam imponatur atque orator fabricæ aut in aliud ſeruitium alicuius Eccleſiæ operam ſuam impendat ſaltem quatuor menſibus, pœnitentia publica non intelligitur de ſolemni, quæ alio tempore quam in principio quadrageſimæ fieri non poteſt, *c. in capite 50. diſt. & ibi Prapoſ. num. 4. Gemin. num. 2. Cand. aureum in vtr. pœnitentia tit. de ſolem. pœnit.* ſed de publica, quia debet fieri in facie Eccleſiæ, vt quando iniungitur peregrinatio ad montem acutum cum baculo, *Summa Tabiena ver. pœnitentia in nona quaſt. verſ. ſecunda eſt pœnitentia publica.* vt aliquantulum ſit in Eccleſia humi iacens, terram deoſculans, *Cand. aureum d. loc. citato de pœnit. publis.* qualis poteſt etiam imponi Sacerdoti, & famam aut honeſtatem viri probi non imminuit, *c. quaſitum de pœnit. & remiſſ. & ibi Pan. num. 11. Butr. num. 4. B. Anton. In ſumma par. 3. tit. 14. cap. 17. de pœnit. §. 6. verſ. pœnitentia publica.* ſeruitium imponitur alternatiuè vt impendat fabricæ aut in aliud ſeruitium Eccleſiæ vel pij loci, & eſt electio ipſius cum quo diſpenſatum eſt, quia Summus Pontifex lex animata ad ipſum diſpẽſatum verba dirigit. *Pan. in c. à crapula ſub num. 4. de vit. & honeſt. cleric. Bart. in l. 1. ff. de effract.* Neceſſe autem eſt, vt aliud ſeruitium ſit corporis afflictiuum, vt ſcopis emundare chorum Eccleſiæ, ſternere lectum ægrotorum, propter dictionem aliud, quæ eſt implicatiua ſimilis ſeruitij quæ ſit fabricæ, *c. ſedes & ibi Felin. num. 6. de reſcript.* ſecluſo omni delicto, in diſpenſatione de contrahendo in tertio aut inferiore gradu grauiores expenſæ fiunt in Curia, quam in diſpenſatione ſuper quarto gradu. Item minores ſunt ſumptus quando ſubeſt iuſta cauſa diſpenſandi, quia tunc quodammodo debetur, *c. bona 2. depoſt. prel. l. 1. §. committitur ff. de acq. quotid. & æſtiua.* maiores verò quando non ſubeſt iuſta cauſa, vt metu expenſarum homines à petitione huiuſmodi diſpenſationum cohibeantur, *clem. 1. in fi. de off. ord. c. quapropter 2. quaſt. 2. l. 2. C. de petit. bon. ſub lib. 10.*

Titulus XV.

De frigidis & maleficiis & impotentia coeundi.

SVMMARIA.

1 *Impotentia coeundi eſt impedimentum perpetuum naturale vel accidentale ad copulam naturalem perfectam impediens contrahendum & etiã dirimens contractum matrimonium tribus concurrentibus, nempe*
2 *Quod ſit irreparabile arte medicorum.*
3 *Præcedat contractum matrimonij.*
4 *Subſit ignorantia facti.*
5 *Naturale impedimentum quod dicatur.*
6 *Accidentale impedimentum quod dicatur.*
7 *Impotentia alia eſt perpetua.*
8 *Alia temporalis.*
9 *Petens matrimonium ſeparari propter impotentiam non tenetur ſpecificare cauſam impotentiæ.*
10 *Impotentia coeundi probetur aſpectu corporis.*
11 *Iuramento proprio cum ſeptima manu propinquorum vel vicinorum bona fama.*
12 *Cohabitatione continua triennali quæ in minoribus quindecim annis ſemper exſpectatur.*
13 *In ijs qui ſunt plenæ pubertatis & compleuerunt decimum octauum annum adhibitur diſtinctio, quandoq; ab vtroq; proponitur impotentia alterius prouenients ex maleficio.*
14 *Interdum prouenients ex frigiditate in viro, vel arctitudine in muliere, vel alias.*
15 *Quandoq; alter tantum accuſat impotentiam alterius.*
16 *Matrimonium ſeparatum propter maleficium eo ſublato non reparatur ſiue reintegratur quoad vinculum.*
17 *Propter frigiditatem viri ſi poſtea potens apparet reintegratur.*
18 *Propter aliud impedimentum vtputa arctationem in muliere, nimiam viri carnoſitatem, ſi ſed eſt amotum*

Digitized by Google

motum per diuinum miraculum aut operâ medicorum cum graui periculo neutro caſu reintegratur primum. num.19.

20 *Si ſine graui periculo ſeu per frequentem vſum, reintegratur primum.*

21 *Si libellus generalis fuit admiſſus & verificatus ſuper impotentia & vxore contrahas & tollatur impotentia non reſtituitur primum connubium.*

SEXTVM impedimentum eſt impotentia non
1 generandi, ſed coeundi, † quæ eſt impedimẽ-
tum perpetuum naturale vel accidentale ad co-
pulam naturalẽ perfectam, *c.1. & c. quod ſedem &*
ibi gloſ. fin. & Can. hoc tit. impediens contrahendũ
ac etiam dirimens cõtractum matrimoniũ, *c. ex*
litteris tuis c. fraternitatis hoc tit. tribus concurren-
2 tibus. Primò quod ſit irreparabile † arte medi-
corum abſq; periculo corporis, *d. c. ex litteris & i-*
bi Pan. n. 2. & 3. & c. fraternitatis hoc tit. ſecũdo præ-
3 cedat contractum † matrimonij, ſi ſequitur ma-
trimonium ratum, licet non conſummatum, nõ
dirimit, præbet ſufficientem cauſam vt Papa il-
lud poſſit ſeparare, ſi multũ timetur de inconti-
nentia ſani & potentis, *Pan. in d. c. ex litt. n. 3. & 4.*
& in c. conſultationi ſub n. 2. hoc tit. & multo minus
conſumatum dirimit: *c. hi qui 32. quaſt. 7.* in dubio
præſumitur quod impedimentũ præceſſit ma-
trimoniũ non conſumatum, vt ſic expediantur
nec remaneant impediti. *Hoſt. in c. fratern. ſub. n. 4.*
& ibi Boich. ſub nu. 7. & Can. hoc tit. Pan. in c. fin. n. 3.
5 *hoc tit.* Tertiò ſubſit ignorãtia † facti, ſciẽter cõ-
trahens cum impotente, tenetur eam habere vt
ſororem, & illi in neceſſarijs ſubuenire *d. c. cõſul-*
tationi & ibi Pan. ſub n. 4. & ibi Boich. ſub n. 7. & Cã.
hoc tit. Pan. in c. fin. n. 3. hoc tit. etſi cum ſecunda cõ-
trahat, tenet ſecundum matrimonium, non ob-
ſtante quod ſit obligatus ad morandũ cum pri-
ma tãquam cum ſorore, quia verum matrimo-
nium non conſiſtit cum impotente, ſed ſemper
tenetur alere illam impotentem cum qua ſcien-
ter contraxit, *Anchar in d. c. conſultationi. n. 3. & ibi*
Pan. n. 2. & Can. cõmuniter arg. c. de illis deſponſ. im-
pub. nec dicitur matrimonium contractũ diſſol-
ui, ſed à principio non fuiſſe, tractuq; temporis
non conualeſcit, & poſt multos annos poteſt
allegari. *c. fraternitatis & ibi Pan. in 1. not. & c. lit-*
teræ & ibi Pan. in 1. not. & Can. hoc tit.

5 Naturale impedimentum † ſeu naturalis im-
potentia triplex eſt, in viro frigiditas, *c. 1. c. lauda-*
bilem hoc tit. arctatio in muliere, vel aliud impe-
dimentum exceſſus vel defectus à natura pro-
ueniens, *c. ex litt. c. conſultationi hoc tit.* defectus æ-
tatis, *c. quod ſedem hoc tit.* Accidentalis † prouenit 6
ex maleficio, *c. litt. hoc tit.* ſectione ſiue caſtratio-
ne, *gloſ. fin. in c. hi qui 32. quaſt. 7. & ibi Can.* medici-
nis, prout Anchar. poſt Io. And. in c. conſulta-
tioni hoc tit. refert accidiſſe in quadam domina
caracoſa, quæ ita ſuum inſtrumentum medici-
nauit intendens placere viro, quod nec à viro,
nec ab alio poſtea potuit cognoſci. Item impo-
tentia alia eſt perpetua, † vt frigiditas, arctatio, 7
cui ope medicorum non poteſt ſubueniri, ſectio
ſiue caſtratio, maleficium quod deleri non po-
teſt, alia eſt temporalis, † vt pueritia, arctatio 8
cui ſubueniri poteſt ope medicorum, maleficiũ
temporale. Omne impedimentum præſumitur
perpetuum quando triennali cohabitatione fa-
cta coniuges matrimonium conſummare non
potuerunt. *Pan. in c. fraternitatis n. 15. hoc tit.*

Qui petit matrimonium ſeparari propter im-
potentiã, † non tenetur ſpecificare cauſam im- 9
potentiæ, ſed ſatis eſt dicere coniugẽ non habe-
re potentiam ſecum coeundi, *Pan. in c. fin. n. 3. hoc*
tit. Hoſt. Io. And. & DD. comm. contra communem
regulam, quod in actione perſonali quis cogitur
exprimere cauſam, *dictum eſt ſupra tit. de lib. oblat.*
§. notant DD. Quia dubietas oritur ex facto ad-
uerſarij, quo caſu admittitur libellus generalis
& incertus, *c. conſtitutus & ibi Innoc. num. 2. in in-*
teg. reſtit. l. qua de tota §. incerta. ff. de rei vind. &
videtur omnes ſuum ius in iudicium deduxiſſe.
c. requiſiſti & ibi gloſſ. in ver. acceperit. eo Can. 33.
quaſt. 1. Pan. in c. litteræ num. 4. hoc tit. Argumen-
ta ad probationem impotentiæ plura ſunt, A-
ſpectus † corporis, *c. fraternitatis hoc tit.* ſicut 10
mulier poteſt inſpici, ita & maſculus *l. minor*
25. annis adito præſide ff. de minoribus. Hoſt. in c. pu-
beres num. 1. & 2. de deſponſ. impub. Iuramentum
proprium † cum ſeptima manu propinquorum 11
vel vicinorum bonæ famæ, *c. laudabilem. hoc tit.*
& cohabitatio continua † triennalis, *d. c. lauda-* 12
bilem & in c. fin hoc tit. quæ in minoribus quin-
decim annis ſemper expectatur, *c. puberes & ibi*
Hoſtienſ. de deſponſ. impub. num. 5. & 6. & Can. In
ijs qui ſunt plenæ † pubertatis & compleuerunt 13
decimum octauum annum, *§. minorem natu Inſt.*
de adopt. adhibenda eſt infraſcripta diſtinctio,
quandoque ab vtroque proponitur impoten-
tia alterius proueniens ex maleficio, & datur
tri-

Digitized by Google

triennium ad cohabitandum à die quo egerint pœnitentiam de commiſſis, & aſſignati poſtea per iudicem triennij, quod per Iudicem non poteſt abbreuiari: *c. fin. & ibi Butr. num. 10. hoc tit. Hoſtienſ. in c. laudabilem num. 1. hoc tit. in c. 1. num. 6. hoc tit.* poſt cohabitationem triennalem præſumitur impedimentum perpetuum & præceſſiſſe matrimonium: *Pan. c. fraternitatis. num.*
14 *15. & 16 hoc tit.* interdum proueniens † ex frigiditate in viro, vel arctitudine in muliere vel alias, nec poteſt apparere de impotentia ante triennium, & tunc eis indulgetur triennium computandum à die quo egerint pœnitentiam, & triennij poſtea per iudicem aſſignati. *c. laudabilem, & ibi Hoſtienſ. in princ. verſ. tu dicas. hoc tit. & Can.* Si conſtat de impotentia ante triennium, aut per veras probationes, & non opus eſt cohabitatione triennij, & iuramento propinquorum: *c. 1. in princ. hoc tit. atq; à contrario ſenſu c. laudabilem in princ. hoc tit.* aut per confeſſionem amborum coniugum, nec non per aliqua ſigna frigiditatis, vel impotentiæ, & cum iuramento coniugum, & ſeptimæ manus propinquorum, & in eorum defectum vicinorum bonæ famæ, ſcilicet vt coniuges iurent factis Sacroſanctis Eangelijs de veritate, non quidem ſpecificè ſuper aliquo impedimento, ſed generaliter, quod nunquam potuerunt conſummare matrimonium, *Pan. in c. laudabilem num. 4. hoc tit.* conſanguinei ſiue vicini ſuper credulitate quod credant eos verum iurare, tunc iſtis concurrentibus, poteſt matrimonium incontinenti ſeparari non expectato lapſu triennij: *c. laudabilem. §. ſi autem & ibi Panorm. circa fin. hoc tit. Pan. in c. 1. num. 5. in princ. & poſt num. 6. hoc tit.* ſoli verò eorum confeſſioni non eſt ſtandum contra matrimonium, etiamſi vterque confiteatur, ne intra ſe contra matrimonium valeant colludere, & ad confeſſionem impotentiæ facile prohibere, ſi iudicio ſuo crederent per iudicium Eccleſiæ concurrendum ad eius ſeparationem. *arg. c. ſuper eo de eo qui cogn. conſ. vxor. & gloſ. fin. c. 1. hoc tit.* Quandoque alter tantum confitetur & ac-
15 cuſat † alterius impotentiam, ſi quidem vxor propter eam agit ad ſeparationem, & vir negat, nec mulier prouocauit in exordio, pro virgine nupta, reperta, corrupta non auditur, reperta virgo non auditur, niſi poſt cohabitationem triennalem, quia vir caput eſt mulieris: ſi in nouitate reclamauit, & per aliqua ſigna poteſt probari impotentia mariti, incontinenti auditur. *c. 1. & ibi Pan. n. 5. hoc tit. & Can.* Aut vir confitetur impotentiam vxoris, agitque ad ſeparationem & ei aſſignanda eſt triennalis continua habitatio poſt pœnitentiam per ætatem de commiſſis. *c. fraternitatis, hoc tit.*

Matrimonium ſeparatum propter † malefi- 16
cium, eo ſublato & ceſſante non reparatur ſiue reintegratur quoad vinculum, quia maleficium, quod fit inſtigente diabolo, reſtringitur ſæpè ad certam perſonam, vt omnes poſſit cognoſcere præter vxorem, ideò ſi poſt diuortium ducat aliam & cognoſcat, non per hoc apparet eccleſiam fuiſſe deceptam, ideò non debet ſeparari ſecundum & reparari primum: *c. ſi per ſortiarias 33. quæſt. 1. Pan. in c. 1. in fin hoc tit.* ſepara-
tum propter † frigiditatem viri, ſi poſtea appa- 17
ret potens, reintegratur, *c. 1. 2. reſp. & c. laudabilem §. fin. hoc tit.* ſeparatum propter aliud im-
pedimentum, vt puta arctationem † in muliere 18
nimiam viri carnoſitatem, ſi id eſt amotum per diuinum miraculum, aut opera medicorũ cum
graui corporis † periculo, neutro caſu reinte- 19
gratur primum: *arg. à contrario ſenſu c. fratern. §. quamuis verſ. nos tamen hoc tit.* ſi ſine graui periculo
ſeu per frequentẽ † vſum ſecundi viri reintegra- 20
tur primũ, & à modo non debet in ſecundo aliquatenus remanere, poſtquã fuit ab eo cognita, ſed irreuocabiliter reſtituitur primo, *Pan. in c. fratern. n. 20. & ibi Can. hoc tit.* nã apparet impedimẽtũ fuiſſe temporale, quod ex poſtfacto ceſſauit, & eccleſiã fuiſſe deceptã, & mulier cognita ab vno viro præſumitur quod ſit cognoſcibilis à quolibet viro præſumptione iuris, *c. fratern. & ibi Boich. n. 12. & 13. hoc tit.* niſi apertè probaretur diſſimilitudo, *Pan. in c. fratern. n. 19. in fin.* vel obſtiterit votum ſolemne, quod per ingreſſum, & profeſſionem religionis ſtatim ſolutum fuit matrimonium ſi quod fuit inter eos, *c. ex publico de conuerſ. coniug.* aut fornicatio, *d. c. fratern. §. & prædicta* fornicando enim dat operam rei illicitæ, contrahendo cum ſecundo viro dat operã rei licitæ, cum putaret ſe ſolutã à primo, ideoq; primus nõ poteſt ei opponere de adulterio, *Pan.*
in d. c. fratern. n. 20. Quod ſi libellus † generalis 21
fuit admiſſus ſuper impotentia & verificatus, & vxor ſecundo contrahat & tollatur impotentia, non reſtituitur prius connubium, quia idem

Digitized by Google

idem eſt ac ſi propter frigiditatem & maleficium fuerit ſeparatum, *c. requiſiſti & ibi gloſ. in verb. acceperit 33, queſt. 1.* ſententiaq; tranſit in iudicatum. *Pan. in c. litteraſub num. 4. in fine hoc tit.*

Titulus XVI.

De matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.

SVMMARIA.

1 *Interdictum eſt prohibitio contractus matrimonialis ex cauſa ſuſpicionis de impedimento facta vel à proprio parocho vel ab epiſcopo.*

2 *Impediens contrahendum quando prohibitio facta fuit ex cauſa temporali, ac dirimens matrimonium contractum quando facta fuit propter impedimentumperpetuum.*

3 *Pœna contrauenientis interdicto.*

4 *Sponſo quæ remedia dantur, ſi dubitet, ne ſponſa contrahat matrimonium cum aliquo.*

5 *Nuptiæ prohibentur ab aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti vſq; ad diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum vſq; ad octauam paſchatis incluſiue.*

SEPTIMVM impedimentum eſt interdi-
1 ctum, quæ eſt prohibitio † contractus ma-
trimonialis, ex cauſa ſuſpicionis de impedimẽ-
to, facta vel à proprio parocho, *c. cum inhibitio de
cland. deſponſ. innouatum per c. 1. ſeſſ. 24. de reform.
matr.* vel ab Epiſcopo ad quem ſpectat cognitio
tantum cauſarum matrimonialium, *c. cauſa omnes §. ad hæc ſeſſ. 24.* (Legati à latere, Nuncij, aut
Archidiaconi, vel alij inferiores interdictum
huiuſmodi facere non poſſunt) *d. c. cauſa omnes*
2 *§. Legati ſeſſ. 24.* impediens contrahendum, †
quando facta fuit ex cauſa temporali, ac dirimens matrimonium contractum, quando facta
fuit propter impedimentum perpetuum. *gloſ. fin.
in c. tua de ſponſ. duor. Pan. c. num. 4. in c. fin. num. 3.
hoc tit.* Solum interdictum non ſufficit ad irritationem matrimonij poſt contracti, etiamſi accedant ſponſalia de futuro, ſed contra inter-
3 dictum facientibus † pœnitentia imponitur, *c.
2. hoc tit. Franc. Marc. queſt. 501. & quinq; ſeqq. par.
2.* ac pœna pecuniaria, *Franc. Marc. queſt. 506.
par. 2. c. dilectus & ibi Pan. imp. not. & Can. de off.
ord.* & intra pœnitentiæ tempus carnale commercium interdicitur, *c. cum in apoſtolica de ſponſ.
& matr.* & interim ſeparantur, donec de cauſa
interdicti cognoſcitur, *c. 1. in fin. & c. fin. hoc tit.
gloſ. in c. tua de ſponſ. duor. & ibi Can.* vnum reme-
dium eſt ſponſo, † ſi dubitat ne ſponſa contra- 4
hat matrimonium cum alio, vt imploret officium iudicis, quod ſub pœna excommunicationis interdicatur ſponſæ ne contrahat cum aliquo matrimonium, *c. 1. & ibi Pan. num. 7. hoc tit.
dixi ſupra tit. de ſponſ. duor.* & debet addere in interdicto, quam ex nunc profero in his ſcriptis, ſi
contra feceris, vel alia verba ſimilia, *gloſ. in c. ex
litteris in ver. in terminatione & ibi Pan. in fin. hoc tit.*
Alterum eſt vt lite pendente recurrat ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum, aut eius ſignaturã
gratiæ, vt inhibeat ne lite pendente matrimonium contrahatur, & de facto contrahitur illud
decernatur irritum. *Butr. in c. tua fraternitas num.
5. de ſponſ. duor. pro quo allego textum in c. ad diſſoluendum in fin. de deſponſ. impub. Franc. Marc. queſt. 102.
& 503. par. 2. Anchar. in clem. vnica. num. 13. Zab.
num. 21. de rer. permut.*

Propter reuerentiam dierum Concilium
Tridentinum ab aduentu † Domini noſtri Ieſu 5
Chriſti vſque ad diem Epiphaniæ, & à feria
quarta cinerum vſque ad octauum Paſchatis incluſiue antiquis ſolemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus ſeruari præcipit, in alijs temporibus nuptias ſolemniter celebrari permittit, *c. ab aduentu ſeſſ. 24. de reform. matr.* quæ prohibitio accipienda eſt, quod tempore iſto feriarum poſſint contrahi ſponſalia ac etiam matrimonia, ſed prohibentur deductio vxoris, nuptiarum ſolemnitas, carnalis copula, conuiuia nuptialia, *Pan. in c. capellanus num. 2. & 4. de feriis poſt gloſ. ibi & Can. communiter.* ſi contra fecerint, arbitrio Iudicij ſeparantur ad tempus. *c. non oportet 35. queſt. 4. gloſ. fin. in c. tua & ibi Can. de ſponſ. duor. Franc. Marc. queſt. 500. par. 2.*

Titulus XVII.

Qui filii ſint legitimi.

SVMMARIA.

1 *Filiorum multa ſunt ſpecies,*

2 *Legitimi & naturales.*

3 *Naturales tantum.*

4 *Spurij.*

5 Nati *ex damnato coitu.*

6 *Legitimi tantum.*

7 *Legitimati.*

8 *Spirituales.*

9 *Legitimus in dubio præſumitur filius, data aſsidua cohabitatione viri ſoluti & mulieris ſolutæ.*

10 *In legitimitatis poſſeſsione per quæ filius conſtituatur.*

11 *Legitimitatis quaſi poſſeſsionis effectus.*

12 *Matrimonio probato inter parentes, filij in dubio præſumuntur nati tempore licito.*

13 *Legitimus quis non præſumitur ad hoc quod adiudicetur ſibi beneficium, & vt quis manu teneatur in poſſeſsione beneficij, præſumitur legitimus.*

14 *Legitimus eſt partus quamdiu poſſibile eum naſci ex matrimonio & ex eo natus præſumitur.*

15 *Filiatio probanda eſt ab eo qui aſſerit ſe filium, ſiue agat ſiue conueniatur.*

16 *Illegitimitas probatur ex diſpenſatione petita.*

17 *Spurius præſumitur & non naturalis, natus ex ſoluto & ſoluta non retenta domi præſumitur magis natus, ex non damnato coitu, quam ex damnato* 18.

19 *Legitimantur per ſubſequens matrimonium nati ex ſoluto & ſoluta.*

20 *Vulgo concepti quando ſunt certi per confeſsionem patris & matris.*

21 Nati *ex clerico conſtituto in minoribus ordinibus beneficiato.*

22 *Etiam inuitis parentibus & contra proteſtantibus ac filiorum conſenſu & voluntate minime requiſitis.*

23 *Quoad ordines etiam Epiſcopatum, honores, feuda, ſucceſsionem, ac ſtatuta excluſiua fœminarum.*

24 *Legitimantur nati ex matrimonio, mutuo conſenſu contracto, cui obſtat aliquod impedimentum canonicum per diſpenſationem ſummi pontificis ſuper matrimonio, etiam reſpectu hæreditatum & ſucceſsionum.*

25 *Ac poſt mortem alterius aut vtriuſq; coniugum quando pater in vita vel in teſtamento ordinauit filium legitimari.*

26 *Quando pater pro filio nihil ordinauit, Papa poteſt requiſito eo, vel ſi nollet, eo non requiſito, de cuius præiudicio agitur, legitimare matrimonium, vt ex tunc ſiue circa radicem ipſius matrimonij.* Summa in Decretales.

27 *Aliquando papa legitimat matrimonium, vt ex nunc.*

28 *Mandatum pontifitium de diſpenſando, vt coniuges maneant in matrimonio contracto & mandatum de legitimando filios iam natos ſunt æquè principalia.*

29 *Matrimonium nullum ex defectu ætatis vel ratione metu conualidatur, ex ſpontanea poſt legitimam ætatem aut ceſſationem metus, cohabitatione vel ſi ſemel carnali copula conſenſum eſt.*

30 *Spuriorum & cæterorum legitimatio conceditur per reſcriptum à ſummo pontifice in terris Eccleſiæ* 31.

32 *In terris & regionibus, alijs temporali iuriſdictione ſubiectis, non legitimat quoad hæreditariam ſucceſsionem niſi legitimaret ex cauſis multùm arduis, præſertim eos qui præter Romanum pontificem inter homines ſuperiorem alium non recognoſcunt, qui legitimandi habeat poteſtatem, aut recognoſcentes ſuperiores, vel eorum filios de ſuperiorum conſenſu vel niſi in ſpiritualibus.*

33 *Ab imperatore circa temporalia in terris ſibi ſubiectis mediatè & immediatè.*

34 *Ac in terris Eccleſiæ conſentientibus patre & filio etiam filium ſacerdotis quoad bona vbique ſita.*

35 *Ac filium eius qui habet vxorem.*

36 Non *poteſt legitimare clericum in minoribus conſtitutum, ſed poteſt cum eo diſpenſare, quoad bona patrimonialia.*

37 *Comitis Palatini creatio eſt de reſeruatis ſummo principi, ac* Comes *creatus de iure non poteſt legitimare & ideò inſpicienda eſt facultas conceſſa* Comiti.

38 *In qua non venit legitimatio abſentis vel infantis ad effectum, vt inuiti vel ignorantes tranſeant in poteſtatem parentum.*

39 Neque *venit legitimatio naturalium aut ſpuriorum exiſtentibus maſculis legitimis.*

40 *In ea non requiritur cauſa publica, ſed particularis & honeſta.*

41 Legitimatio *& diſpenſatio quomodo differant.*

42 *In legitimatione aut diſpenſatione non requiritur citatio agnatorum.*

43 *Niſi agnatis delata aut ab eis adita ſit hæreditas.*

44 *In ea qualitas illegitimitatis debet plenè narrari in genere.*

45 *Debet fieri mentio de filiis legitimis & naturalibus ſi adſint.*

46 *Requiritur legitimandi & eius patris conſenſus.*

47 *In matrimoniali cauſa ſiue natiuitatis & legitimitatis Iudex competens eſt Epiſcopus.*

48 *Coram quo ſi pars verè paupertatem probauerit, & obtinuerit ſententiam fauorabilem in prima Inſtantia, non cogitur extra prouinciam, nec in ſecunda nec in tertia Inſtantia litigare, niſi pars altera alimenta & expenſas litis velit ſubminiſtrare.*

49 *Matrimoniales cauſæ alijs quam Epiſcopis à Sede Apoſtolica non poſſunt delegari.*

50 *Epiſcopus eſt iudex competens non ſolum ſi inter ſponſos aut coniuges eſt quæſtio, ſed etiam ſi cum filiis eorundem & aliis poſt parentum obitum.*

51 *Principaliter aditus ſuper matrimonio aut natiuitate poteſt iudicare de incidenti temporali quæſtione.*

52 *Si quæſtio matrimonialis aut natiuitatis incidat coram iudice ſæculari, non poteſt de ea cognoſcere, ſed eam remittit ad iudicem Eccleſiaſticum.*

53 *Actor contra quem excipitur de illegitimitate coram iudice ſæculari poteſt adire iudicem Eccleſiaſticum & petere, vt præfigat excipienti terminum intra quem teneatur probare ſub pœna ſilentij.*

POST tradita impedimenta nuptiarum
ſubijcit hunc titulum, quia matrimonij
1 fructus ſunt filij, quorum multæ † ſunt ſpecies.
Panorm. poſt gloſſ. in c. tanta num. 8. & ſeqq.
hoc tit. & ibi Io. And. num. 9. & Can. Prima eſt le-
2 gitimorum & † naturalium, qui ſunt nati ex
vero, præſumpto, vel putatiuo matrimonio, *dictum eſt ſupra tit de ſponſ. & matr. §. matrimonium*
eſt triplex c. 2. c. ex tenore hoc tit. notant DD. in §. ſi
aduerſus ea Inſt. de nupt. Secunda naturalium tantum
† *§. fin. Inſt. de nupt. §. quibus connumerari*
Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. def. Ius Canonicum
hominem ex ſoluto & ſoluta natum naturalem
appellat, quicquid rigor iuris ciuilis
dictat, *c. innotuit de elect. Butr. in c. per venerabilem.*
num. 26. verſ. quæro circa hanc partem hoc tit. Crauet.
conſ. 166. num. 8. plures cumulans. non ad effectum
ſucceſſionis, in qua ſtandum eſt iuri ciuili, *Pan.*
in c. tanta num. 12. hoc tit. c. per venerabilem in fi. hoc
tit. Rip. in l. ſi vnquam num. 78. C. de reuoc. donat. ſed
legitimationis, *Bald. in c. niſi iam pridem num. 18.*
de renunciat. Rot. diuerſ. in diſcurru poſito poſt deciſ.
911. *num. 23. & 24. par. 1.* Tertia ſpecies dicuntur
ſpurij, † id eſt, nati ex coitu non approbato, nec 4
improbato à lege, vt vulgo concepti, *§. fin. Inſtit. de SC. Tertyll. & §. vulgo Inſtit. de ſucceſſ. cogn.*
gloſſ. in c. niſi cum pridem. §. perſona & ibi gloſſ. in
verb. manzeres de renunc. diſtinguit inter manzeres
nothos, ſpurios naturales. filij clericorum, qui dicuntur
ſpurij, & ex ſtupro nati: *Bald. in l. ſi quis*
inceſt. ſub num. 4. C. de inceſt. nupt. Bart. in l. ſi gener. num. 2. ff. de his quib. vt indig. cont. gloſſ. in c. per
venerabilem in verb. adulterinis & ibi Pan. nu. 32. hoc
tit. ſub generali appellatione ſpurij complectũtur
nati ex quocunque genere illiciti coitus, tam
concepti ex damnato, quam non damnato coitu.
l. vulgo concepti ff. de ſtat. hom. gloſſ. in c. conſuluit
de ſer. non ord. gloſſ. in §. ſi aduerſus in verb. vulgo Inſtit. de nupt. Afflict. deciſ. 96. num. 10. Rot diuerſ. deciſ.
808. *num. 1. par. 1.* Quarta ſpecies eſt eorum qui
ex damnato † coitu naſcuntur vt adulterini, in- 5
ceſtuoſi, ſacrilegi & ſimiles, *§. 1. Inſtit. de nupt. §.*
fin. vltima ſi quidem Authen. quib. mod. nat. eff. ſui. ideo
natus ex vxorato & concubina etiam domi
retenta, dicitur natus ex damnato congreſſu vtroq;
iure. *l. vnica C. de concub. c. nemo 32. quæſt.* 4.
Quinta ſpecies eſt legitimorum tantũ, † *Inſtit.* 6
de adopt. ſupra tit. de cogn leg. Sexta ſpecies eſt legitimatorum,
† *§. quibus Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.* 7
def. Authen. quib. mod. nat. eff. legit. c. per venerabilem
hoc tit. Septima ſpecies eſt ſpiritualium † tan- 8
tantum. *ſupra tit. ſpirit. cogn.* Quodnam tempus
conſiderandum ſit, an conceptionis, vel natiuitatis,
vt filij dicantur legitimi, naturales, vel
ſpurij, vide Garc. de benef. par. 7. cap. 2. num. 35.
& ſeqq. plures citantem Hoſt. in c. tanta ſub n.
2. in gloſſ. ſuper verb. ſuſcepit. Zab. in verſ. quæro
aliquis & Can. l. Paulus alias incipit eum, qui
& ibi Bart. & DD. ff. de ſtat. hom.

Data aſſidua cohabitatione viri ſoluti & mulieris
ſolutæ, an natus ex eis filius legitimus vel
illegitimus † in dubio ſit præſumendus, contro- 9
uerſæ eſt quæſtionis, in qua Pan. in c. peruenit
hoc tit. magiſtralem ponit diſtinctionem, &
Rot. diuerſ. deciſ. 470. par. 1. quæ eſt Cæſaris
de

de graſſis 1. hoc tit. pro vtraque opinione plures cumulat Doctores, & plures magiſtrales ponit diſtinctiones Menoch. præſumpt. 54. lib. 6. poſt recenſitas tres opiniones dicit hanc communiorem, quod filius in dubio præſumitur legitimus, & eius reddit ſex rationes, pro qua opinione videtur text. l. in liberta ff. de rit. nupt. & in §. ad hoc Auth. vt liceat matri & Auiæ. l. miles §. defuncto ff. de adult. gloſſ. fin. in l. filium ff. de his qui ſunt vel alien. iur. & ibi Bald. num. 8. & 17. Pan. in c. lator. num. 6. hoc tit. quia potius præſumitur poſſibile honeſtum, quam poſſibile inhoneſtum, *l. 3. verſ. ſed neceſſe eſt ff. de concub. & in terminis noſtris. Pan. in c. lator. num. 6. hoc tit.* & multo magis quando
10 filius eſt conſtitutus in † quaſi poſſeſſione legitimitatis, nam illa quaſi poſſeſſio fortiorem
11 reddit † legitimæ filiationis præſumptionem. *gloſſ. pen. in c. lator. & ibi Can. hoc tit. Pan. in c. peruenit ſub num. 4. hoc tit. Gemin. in c. ſi forte num. 4. de elect. in 6. & ibi Can.* Conſtituunt autem filium in quaſi poſſeſſione legitimitatis confeſſio & nominatio vtriuſque parentis facta principaliter de per ſe non incidenter, *c. per tuas de probat. c. per tuas hoc tit. Bart. in l. 1. §. quod Senatusconſulto num. 3. ff. de lib. agnoſc. vel alend.* eandem quaſi poſſeſſionem legitimitatis inducit nominatio & confeſſio patris tantum, *§. ad hoc & ibi Bart. Authen. vt liceat mat. & auiæ. l. 1. §. Iulian. verſ. quandoq; ff. de ventr. inſpic. Caſt. part. l. fin. ff. de probat. Bart. in l. 1. §. quod Senatusconſulto num. 3. ff. de ventr. inſpic.* ac etiam matris tantum, *l. non nudis & ibi gloſ. fin. & DD. C. de probat. & videtur text. in l. vxorem ff. de manum. teſt.* tractatus, *Bald. in l. non ignorat. C. de his qui accuſ. non poſſ. n. 4. & 5. c. Michael & ibi gloſ fin. de fil. presb. l. quod Labeo ff. de Carb. edic. Caputaq. deciſ. 150 par. 2 late Butr. in c. transmiſſa ſub n. 10 hoc tit & Prepoſ. n. 9.* diutina cohabitatio patris & matris, ex qua fauore filiorum & legitimitatis præſumitur inter eos matrimonium, ſed reſpectu ipſorum viuentium, Canon præſumit potius ſtuprum, *Pan. in c. lator nu. 6. & ibi Prepoſ. n. 8. & Can. hoc tit. gloſ. in c. 1. in ver. Concubina & ibi Can. 30. quæſt. 5. c. is qui & ibi gloſ. 34. diſt.* quaſi poſſeſſio matrimonij colorata, etiã quoad effectum ſucceſſionis in foro contentioſo, *c. ex tenore hoc tit. & ibi Prepoſ. & Pan. Salic. in l. non nudis ſub n. 6. C. de probat. Ceſar deciſ. 6. hoc tit. plures cumulans & deciſ. 18. n. 9. de probat. Greg. XV. deciſ. 247. & deciſ. 248. plures coniecturas cumulans & vtrobiq; annot.* vt quoad ordines eccleſiaſticos, *Pan. in d. c. ex tenore. n. 8. hoc tit. & Can.* Comunis vox & fama, *l. ſi vicinis & ibi gloſ. fin. & Can. C. de nupt. Pan. in c. transmiſſæ ſub. n. 10. & ibi Can. hoc tit.* quæ ſola ſufficit abſq; alijs adminiculis in probanda legitima filiatione antiqua; *Prepoſ. in c. transmiſſæ ſub n. 9. verſ. quandoq; adeſt ſola cõmun. opinio hoc tit. Prob. ad Monach. in c. ſcienti n. 15. de reg. iur. in 6* antiquum autẽ in hac materia cenſetur tempus 20. annorũ *Cæſar. deciſ. 6 nu. 11. hoc tit. Archid. in c. 2. in princ. de ſepult in 6. & ibi Franc. n. 1. circa fin. & Can.* inſtrumentum antiquum inter alios confectũ in quo aſſeritur aliquis filius N. legitimus, *l. optimam C. de cont. & commit. ſtipul. c. cum olim, & ibi gloſſ. in verſ. Inſtrument. & Can de cenſib Natta conſ. 235. n. 5. & ſeqq.* inſtitutio hæredis, *l. quidam cum filium ff. de verb. oblig Bald. in c. transmiſſa ſub num. 4. de reſtit. ſpol.* ſententia lata in poſſeſſione quia filius miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum patris, *l. 3. in fin. C. de ſuis & legit. hæred. l. 1. C. vnde liberi. Natta conſ. 473. num. 1. 2. & ſeqq.* Multi ſunt iſtius quaſi poſſeſſionis, effectus recenſiti in tit. de cauſ. poſſ. & propr. inter cæteros facit plenam probationem circa ea quę in præparatorijs iudiciorum veniunt, vt circa alimenta & expenſas litis, *Caputaq. deciſ. 150. par. 2. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens & §. ſi quis ex his qui in text. eſt verſ. dicti §. & vtrobiq; Bart. & DD. ff. de lib. agnoſ.* Præterea poteſt Iudex Eccleſiaſticus, ad quem cauſa illegitimitatis coram Iudice ſæculari incidens fuit delata, terminum peremptorium præfigere excipienti de illegitimitate, iuxta circumſtãtias & malitiam opponentis, intra quem teneatur hanc exceptionem probare. *c. lator. hoc tit.* Infraſcriptæ regulæ ſunt indubitatæ. Probato matrimonio inter parentes filij † in dubio 12
præſumuntur nati tempore licito, *Salicet. in l. neq; natales num. 3. C. de probat. Gail. obſer. 97. lib. 2.* quia vbi eſt dubium temporis, præſumitur in benigniorẽ partem. *l. non ſolum. §. ſciendum, & ibi Iaſ. n. 10. & 11. ff. de nou. oper. nunc. & DD. cõmuniter.*
Non pręſumitur quis legitimus † ad hoc quod 13
adiudicetur ſibi beneficium niſi probetur, *c. innotuit de elect. Rot. deciſ. 1. in princ de præſũpt. in antiq.* & vt quis manu teneatur in poſſeſſione beneficij, pręſumitur legitimus, niſi cõtrariũ probetur. *Rot. deciſ. 1. de præſumpt. in antiq. in fine. Io. Monach. in c. ſi Iudex n. 4. 7. & 8. de ſent. excõ. in 6. & ibi Prob.*

Digitized by Google

In legitimitate auctoris ſufficiunt probationes
leuiores, & non requiruntur exactæ. Put. deciſ.
77. lib. 3. Bell. deciſ. 593. gloſ. in c. illud in verb. fa-
ma loci & ibi Felin. num. 7. de præſumpt. c. dilecto &
14 ibi Pan. num. 8. de præbend. Partus legitimus eſt †
quamdiu poſſibile eſt eum naſci ex matrimonio
& ex eo natus præſumitur, l. miles. §. defuncto ff. de
adult. Socin. ſen in c. officij n. 6. de pœnit. & remiſ. licet
vxor iuit ad lupanar, & ibi peperit, ex quo mari-
rus quoq; poterat ire ad lupanar & vxorem co-
gnoſcere, Cyn. in l. ſi vicinus n. 4. C. de nupt. Rot. di-
uerſ. deciſ. 135. n. 8. & 9. par. 2. l. miles §. defuncto & ibi
gloſ. marg. ff. de adult. ac etiam ſi probaretur acceſ-
ſus adulteri ad eã tempore conceptionis, ac plu-
res aliæ coniecturæ tam ex parte matris, quàm
filij & adulteri, ac etiam legitimatio filij eiuſq;
inſtitutio ab ipſo adultero, d. l. miles §. defuncto. l.
filium verſ. non tamen ferendum ff. de ijs qui ſunt ſui
vel alien. iur. pulchrè Achil. deciſ. 1. hoc tit. niſi de tem-
pore conceptionis probaretur abſentia mariti,
vel conſtaret maritũ aliquãdiu cũ vxore non cõ-
cubuiſſe, infirmitate interueniẽte vel alia cauſa,
vel quod ea fuit valetudine, vt generare non poſſit,
quibus ex ſimilibus caſibus qui in domo natus
eſt, licet vicinis ſcientibus, filius non eſt. d. l. fi-
lium in princ. & fine Creſcent. deciſ. 1. hoc tit. Mobed.
15 deciſ. 1. & 2. hoc tit. Filiatio probanda eſt † ab
eo, qui aſſerit ſe filium ſiue agat ſiue conue-
niatur, præſertim quando prætendit conſequi
hæreditatem, Angel. in l. liberorum num. 2. poſt
gloſſ. in verb. prætor enim ff. de ijs qui nat. in fam. &
ibi DD. Iac. in l. neque profeſſio num. 3. C. de teſtam.
& ibi DD. Felin. in c. per tuas ſub num. 12. & ibi
Can. de prob. Pariſ. conſ. 12. num. 240. volum. 2.
Gregor. XV. deciſ. 223. quia filiatio concernit le-
gitimationem perſonæ, qualia opponi poſ-
ſunt in qualibet parte iudicij, & omiſſa red-
dunt proceſſum nullum. l. ſi quæramus ff. de teſtam.
Bart. in l. 2. in fi. C. de edict. D. Adrian. toll. Iac. in
rubr. C. qui admitti poſſ. ad bonor. poſſeſſ. in princ. &
ibi DD. Gregor. XV. deciſ. 223. num. 3. & deciſ. 264.
16 & ibi annot. Illegitimitas probatur † ex diſpen-
ſatione petita, Bald. in l. 2. num. C. de iur. ann. aur.
Iaſ. in l. decem num. 18. ff. de verb. oblig. & ibi DD.
Felin. in c. litteras nu. 19. de præſumpt. & ibi Can. latè
Greg. XV. deciſ. 331. & ibi annot. conſ. Rom. in l. 1. ff. de
nou. oper. nunc aliter ſentientem. Natus ex ſoluto &
17 ſoluta non retenta domi, præſumitur ſpurius, †
& non naturalis, nomine naturalis filij ſumpto
ſtrictè & propriè. Pan. in c. tanta n. 13 hoc tit. Bart.
in l. ſi gener. n. 2. ff. de ijs quib. vt indig. leg. auf. Alciat.
de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 5. plures cumulans, Natta
conſ. 421. nu. 9. & 10. Rota in diſcurſu poſito poſt deciſ.
811. à n. 6 vſq. ad n. 11. par. 1. diuerſ. Ratio eſt, quia vt
dicatur filius naturalis, requirũtur plurima, no-
tata in §. fin. Inſtit. de nupt. l. 3. ff. de concubi-
nis §. ſi quis autem Authen. quib. mod. nat. eff.
ſui Rot. diuerſ. deciſ. 254. in princ. par. 2. quæ in
facto conſiſtant, ideoq; præſumi non poſſunt,
l. in bello §. facta ff. de capt. & in dubio præſumitur
magis natus ex non † damnato coitu, quàm ex 18
damnato, Rot. deciſ. 808. nu. 23. & ſeq. par. 1. diuerſ.
Card. Paleot. de noth. & ſpur. c. 16. n. 4. & 5. Bald. in l.
vulgo nu. 1. ff. de ſtat. hom. quia quando ex duobus
delictis vel prohibitis vnum neceſſario præſumi
debet, tunc præſumendum eſt illud delictũ vel
prohibitum, quod eſt minus. l. ſi præſes in fin. l. in-
terpretatione ff. de pœnis l. ſemper in dubijs ff. de reg. iur.
c. in obſcuris de reg. iur. in 6.

Prætermiſſis ſucceſſionibus ab inteſtato de
quibus traditur in Inſtit. Imper. lib. 3. in princ.
pauca ſubijciam de legitimatione. Legitiman-
tur per ſubſequens † matrimonium naturales, 19
§. fin. Inſtit. de nupt. §. quib. Inſtit. de hæred. quæ ab
inteſt. defer. Garc. de benef. par. 7. cap. 2. nu. 28. 30. &
plurib. ſeqq. nati ex ſoluto & ſoluta inter quos po-
terat eſſe matrimonium ſi tunc conſenſus ad-
fuiſſet, c. 1. c. tanta & ibi Pan. num. 14. hoc tit. vul-
gò concepti, † quando certi ſunt per confeſſio- 20
nem patris & matris, Bald. in l. eam quã n. 24. C de
fidei. ac nati ex clerico † conſtituto in minori- 21
bus ordinibus beneficiato, quia eſt impedimẽ-
tũ reuocabile ſine diſpenſatione Eccleſiæ, Pan.
in d. c. tanta fin. Butr. n. 19. ſed contra eos facit. c. ſi autẽ
de cohab. cleric. & mulier. etiãſi matrimonium cõ-
trahatur ſine dote & dotalib. inſtrumentis, Pan.
in d. c. tanta n. 2. Mobed. deciſ. 3. hoc tit. à conſtituto
in extremis vitæ, ac deficiat ſpes tollendæ pro-
lis, Io. And. in c. tanta n. 2. hoc tit. l. nuper C. de nat.
lib. etiam parentibus inuitis, † & contra prote- 22
ſtantibus, Prapoſ. in c. tanta in 12. quæſt. hoc tit. Co-
uar. in epit. 4. decret. 2. par. cap. 8. §. 2. num. 12. &
ſeqq. ac filiorum conſenſus aut voluntate non
requiſitis, Prapoſ. in c. tanta quæſt. 13. & Can. hoc
tit. Couar. in epit. 4. decret. 2. par. cap. 8. §. ſub
num. 13. verſ. hæc tamen omnia Angel. Peruſ. conſ.
17. ſub num. 5. verſ. hodie autem iſta circa finem.
(contra regulam, quod filij illegitimi non
poſſint

Digitized by Google

poſſint contradicentibus parentibus legitima-
ri, ſicut è conuerſo filiorum voluntas neceſſaria
eſt, vel ſcientia cum taciturnitate vt legitimi ef-
ficiantur,) §. ſi vero verſ. generaliter Authen. quib.
mod. not. eff. ſui & ibi DD. Boer. deciſ. 150. vbi limi-
tat duobus modis, quoad omnia, ordines, etiam
23 Epiſcopatum, † honores, feuda, gloſſ. in c. innotuit
in verb. coniugata de elect. & ibi Can. gloſſ. in d. c. tanta
in verb. legitimi & ibi Pan. n. 7. & Can. communiter
Mynſ. obſ. 42. cent. 5. & ſucceſſionem, c. 1. hoc tit.
ac ſtatuta excluſiua fœminarum, Butr. in c. per
venerabilem n. 17. hoc tit. & ibi Can. latè Gail. obſeru.
141. li. 2. plures citans tam in terris eccleſiæ, quàm
Imperij. Mohed. deciſ. 3. hoc tit. Pan. in c. tanta hoc
tit. n. 4. & ſeq. & ibi Butr. n. 20. & Can. Bald. in l. qui
contra n. 10. & ſeqq. C. de inceſt. nupt. neque inter-
medium parentum matrimonium impedit le-
gitimationem, Authen. quod ius C. de nat. lib. Pan. in
c. tanta n. 3. poſt Io. Andr. hoc tit. remanet tamen
macula originalis, Nau conſ. 624. n. 15. & ſeq. non
enim abolerur turpitudo, quæ poſtea eſt inter-
miſſa, l. palam §. non ſolum ff de rit. nupt. Cæſar. deciſ.
6. n. 5. hoc tit. Nati ex inceſtu, vel adulterio per
ſubſequens matrimonium non legitimantur,
c. cauſam quæ hoc tit c. tanta § ſi vir hoc tit. Nati ex
24 matrimonio † mutuo conſenſu contracto, cui
obſtat aliquod impedimentum canonicum
conſanguinitatis, affinitatis, publicæ honeſtatis
vel alterius generis, legitimantur per diſpenſa-
tionem ſummi Pontificis, qui diſpenſando ſu-
per matrimonio, etiam contracto per conſtitu-
tum in ſacris ordinibus, aut profeſſum, Io. Andr.
in c. per venerabilem ſub n. 30. verſ. de prole vero genita
hoc tit. per conſequens diſpenſat ſuper legitimi-
tate filiorum antea natorum in figura matri-
monij, non autem natorum aut conceptorum
ante matrimonium, Greg. 15 deciſ. 19. c. quod nobis
qui filij ſint legit. Rot. farinac. deciſ. 455. n. 12. vbi pon-
derat verb. ſuſceptam & ſuſcipiendam exinde par. 1.
Rot. farin. deciſ. 687. par. 2. etiam reſpectu hære-
ditatum & ſucceſſionum, Pan. in c. referente n. 3. &
4. hoc tit. Io. And. in d. c. per venerabilem ſub n. 30. verſ.
25 ſi verò proles genita fuit, etiam poſt mortem † alte-
rius, aut vtriuſque coniugum, Anchar. conſ. 409.
n. 4. & 5. Boer. quæſt. 264. n. 26. Ruin. conſ. 189. nu.
16. Rot. farin. deciſ. 687. n. 16. & ſeqq. par. 2. c. refe-
rente & ibi gloſſ. in ver. permiſſionem hoc tit. Put. deciſ.
472. lib. 2. & in præiudicium tertij alias vocati
ad ſucceſſionem, Mart. Laudenſis de legit. ſub n. 138.
ac verſib. proximè alleg. Put. deciſ. 472. lib. 2. Bart in l.
gallus §. & quid ſi tantum n. 14. & ibi Iaſ. & DD. ff. de
lib. & poſthum. at eo non citato, quando pater in
vita vel teſtamento ordinauit filium legitima-
ri, Iaſ. poſt Bart. in l. gallus §. & quid ſi tantum n. 135.
& ſeqq. ff. de lib. & poſthum. & ibi DD. Auth. item ſi
quis & in corpore vnde ſumitur. C. de natur liberis, eti-
am poſt aditam hæreditatem, Bald. in l reſcripta
ſub n. 11. C. de precib. Imper. offer. Iaſ. in d. §. & quid ſi
tantum ſub n. 135. & ſeqq. quando vero pater nihil
pro † filio ordinauit, Papa tunc poteſt eo re- 26
quiſito, vel ſi vellet, eon on requiſito, de cuius
præiudicio agitur, legitimare, Bart in d. §. & quid
ſi tantum ſub n. 14. circa fin. & ibi Iaſ. n. 139. & ſeqq.
l. 2. C. de nat. reſtit. quando legitimat matrimoni-
um vt ex tunc, id eſt, ac ſi à principio fuiſſet legi-
timè contractum, ſiue circa radicem ipſius ma-
trimonij, & non requiritur nouus conſenſus ſed
ſufficit ille primus cum affectu maritali præſti-
tus, Anchar. conſ. 409. n. 4. & ſeq gloſ. in c. non debet
in verb. de cætero & ibi Hoſt. n. 8. & Can. de conſ. & af-
fin. Boer. quæſt. 264 n. 26. Rot farin. 687. n. 8. & 12.
& ſeq. par. 2. Couar. ſup. 4. decret. 2. par. cap. 8. art. 8.
n. 12. Ant. de Roſellis de legit. lib. 2. in princ. à n. 18. vſq;
ad num. 23. Mart. Laud. de legit. n. 87. & plur. ſeqq.
Garc. de benef par. 7. cap. 2. n. 39. & ſeqq. & n. 41. &
ſeqq. & quoad vtrumq; forum proles fit legiti-
ma, Io. And. in c per venerabilem ſub n. 30. hoc tit. ſe-
cus ſi Papa ſimpliciter diſpenſat, quia tunc ſo-
lum ad illa prohibita admittitur, in quibus eſt
diſpenſatum cum tales diſpenſationes ſint o-
dioſæ, c. 1 in fin. de fil. presbit. in 6. Io. And. in d. c. per
venerabilem ſub n. 30. Aliquando Papa † legiti- 27
mat matrimonium vt ex nunc, Pan. in c. per vene-
rabilem n. 22. verſ. ego pro concordia hoc tit. Couar. ſu-
per 4. decret. 2 part. cap 8. art. 8 vt plerumque ſolet
approbare ex maxima cauſa matrimonia in
quibuſdam gradibus à lege diuina prohibitis
contracta, Io. And. in d. c. per venerabilem ſub. n. 30.
verſ. ſi dicat etiam in gradibus. Mandatum Pontifi-
cis † de diſpenſando vt cõiuges maneant in ma- 28
trimonio contracto non obſtante impedimen-
to canonico dirimente, & mandatum de legi-
timando filios iam natos, contenta in eadem
gratia, non cenſentur connexa & dependentia,
ſed æque principalia, & filij non efficiuntur le-
gitimi ob legitimum matrimonium ſubſecu-
rum, quia tempore conceptionis aut natiuitatis
l. nuper in fin. C. de nat. lib. eorum, non poterit

E 5 ſubſi-

Digitized by Google

ſubſiſtere matrimonium obſtante impedimen-
to canonico, *Pan. in c. tanta n.14. hoc tit.* ſed pro-
uenit hæc legitimitas ex approbatione Papæ,
qui ratificando matrimonum de facto contra-
ctum legitimat prolem in figura matrimonij
ſuſceptam, & licet gratia quoad matrimonium
non poſſit habere effectum, debet tamen de-
mandari executioni quoad legitimitatem, in
qua non eſt impedimentum, *Rot. deciſ. 207. par.
1. diuerſ. Felin. in c. ſedes n. 2. de reſcript. qui ponit. re-
gul. & limitat. & ibi Can. c. ſi eo tempore de reſcript. in
6. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gloſſ. 5. §. 9. nu. 57.*
ordinarij ſiue vicarij quibus committuntur di-
ſpenſationes matrimoniales & aliæ, non poſ-
ſunt quicquam accipere pro labore, receptio-
ne, & examinatione teſtium, vel alio quouis ti-
tulo, iuxta decretum in diſpenſationibus ma-
trimonialibus apponi ſolitum, quod pro illa-
rum executione nihil muneris, aut præmij et-
iam ſponte oblati capi poſſit, *Garc. de benef. par. 8
cap. 1. n. 102. vſque ad 118. plures declarat. Concil. Tri-
dent. referent* & ea clauſula non obſtante poſſunt
ſubdelegare. *Garc. de benef. part. 6. cap. 2. §. 1. num.
105.* Matrimonium nullum ex defectu ætatis, †
29 vel ratione metus, conualidatur exſpontanea
poſt legitimam ætatem, aut ceſſationem me-
tus, cohabitatione, vel ſi ſemel carnali copulæ
conſenſum eſt, *c. inſuper qui matrim. accuſ. poſſ. &
ibi gloſſ fin. & Can. c. ad id deſponſ & matrim,* eiſdem
modis conualidatur matrimonium nullum ex
errore conditionis, *c. propoſuit & c. fin. de coniug.
ſeru.* Extra hos caſus Iuſtinianus plures modos
excogitauit legitimandi naturales proprie di-
ctos. *Authen. quib. mod. nat. effic. legit. Auth. quib.
modis nat. effi. ſui Prepoſ. in c. per venerabilem §. quod
autem. n. 17. tradit. 11. modos hoc tit. & ibi Can. Ang.
Peruſ. conſ. 17. per totum.*

Spuriorum vero † ac cæterorum legitimatio
30 conceditur per reſcriptum, pleniſſima eſt quæ
fit per ſubſequens matrimonium, plenior quæ
fit à ſummo Pontifice diſpenſante ſuper radice
matrimonij, & hæc legitimatio, reſtitutiua à
Doctoribus appellatur, *Butr. in c. per venerabilem
n. 16. & ibi Can. hoc tit. Ant. de Roſell. de legitim. lib.
2. tit. legitimationis effectus n. 9. & ſeq.* plena quæ
fit per reſcriptum ſupremi Principis, *Achill. deciſ.
5. hoc tit. in fi. Socin. ſen. in l. gallus §: ſi eius ſub nu. 5.
verſ. quartus caſus & ibi DD. ff de lib. & poſth.* & hæc
legitimatio collatiua appellari poteſt, quia no-
uiter confert ius legitimationis non reſtituen-
do retro, *Prapoſ. in c. per venerabilem §. quod autem
nu. 19. Butr. num. 16. hoc tit. Ant. de Roſell. de legitim.
lib. 2. tit. legitimationis effectus n. 9. 10. & ſeqq.* alia
eſt legitimatio diſpenſatiua, de qua inferius di-
cetur.

Summus Pontifex per reſcriptum legitima-
re poteſt illegitimos in terris eccleſiæ † in qui- 31
bus ſummi Pontificis exercet auctoritatem, &
ſummi Principis exequitur poteſtatem; *c. per ve-
nerabilem §. quod autem in fin. & ibi gloſſ. in verb.
Beati Petri & §. rationibus hoc tit.* in terris & regio-
nibus, † alijs temporali iuriſdictione ſubiectis 32
non poteſt quoad hæreditariam ſucceſſionem,
*Rot. deciſ. vnica hoc tit. in nou. c. per venerabilem hoc
tit. licet Hoſt. ibidem teneat contrarium,* niſi legiti-
maret circa radicem matrimonij, *c. tanta hoc tit.
Pan. in c per venerabilem ſub n. 22. hoc tit. & ex ſuprad.*
aut etiam extra radicem matrimonij ex cauſis
multum arduis, præſertim eos qui præter Ro-
manum Pontificem inter homines ſuperiores
alium non recognoſcunt, qui legitimandi ha-
beat poteſtatem, aut recognoſcentes ſuperio-
rem vel eorum filios de conſenſu ſuperioris,
Pan. in c. per venerabilem n. 25. hoc tit. vel niſi in ſpi-
ritualibus, tunc tamen per quandá conſequen-
tiam intelligitur etiam legitimare quoad alios
honores ſæculares inhærentes perſonæ, puta, vt
poſſit eſſe Iudex vel delegatus, & habere alias
dignitates illegitimis interdictas: videretur ſi-
quidem monſtruoſum, vt qui legitimus ad ſpi-
rituales fieret actiones, circa ſæculares actus il-
legitimus remaneret, ſed non quoad hæredita-
tem, *c. per venerabilem §. quod autem & ibi gloſſ. in
verb. habeat poteſtatem & Pan. nu. 22. & Can. com-
muniter hoc tit.* Ratio eſt, quia primo caſu nulli
fit præiudicium, ſecundo caſu fit, quia aufertur
hæreditas venientibus ab inteſtato, & ſummus
Pontifex in alienis regionibus quoad tempo-
ralia non eſt ordinarius, ſed in eis certis cauſis
inſpectis temporalem exercet iuriſdictionem,
*c. per venerabilem & ibi gloſſ. in verb. certis caſibus no-
tat dictos caſus & Can. hoc tit.* tum quia ius ſucceſ-
ſionis & acquiſitionis bonorum eſt diuerſum
& ſeparatum à iure legitimationis, quod reci-
pit ipſam filiationem, ideoque inductum in v-
no non porrigitur ad aliud, *Bart. in l. ii poteſt nu-
mer. 8. & ibi Iaſ. n. 20. & ſeqq. & DD. communiter
ff. de acq. vel omitt. hared. Dec. in l. ſolet num. 9. ff. de
iuriſd.*

Digitized by Google

iuriſd. omn. Iud. Dec. in l. partum n. 15. C. de collat.
Tiraq. in l. ſi vnquam in verb. donatione largitus num.
317. plures cumulans Rot. deciſ. 505. num. 9. & ſeq.
par. 1. diuerſ. & ſubreptio in vno non inficit ali-
ud. Rot. diuerſ. deciſ. 614. num. 10. & 11. par. 1. Butr.
in c. conſtitutus num. 21. & ibi DD. de reſcript. Felin.
in c. ſedes numer. 2. eod. tit. c. ſi & tempore eod. tit.
in 6.

33 Imperator per reſcriptum legitimat † circa
temporalia in terris ſibi ſubiectis mediate &
immediate, & Reges ac alij Principes, qui reco-
gnoſcunt Imperatorem in Dominum, de iure
non poſſunt legitimare, quia legitimatio, famæ
reſtitutio, interpoſitio auctoritatis in arroga-
tione, & ſimilia ſunt reſeruata Imperatori, Bald.
in l. 1. nu. 1. C. de iure aur. ann. Bald. in l. cum in ad-
optiuus §. quæ in filio ſub. n. 4. C. de adopt. Pan. in c. per
venerabilem n. 10. hoc tit. Roſtaur. Caſtald. in tract.
de Imper. quæſt. 110. In terris eccleſiæ, conſenti-
34 entibus † patre & filio, poteſt non ſubditam le-
gitimare, etiam filium ſacerdotis, quoad bona
vbiq; ſita, Achil. deciſ. 7. hoc tit. infinitos cumulans
gloſſ. in §. fin. in verb. participium Authen. quib. mod.
nat. eff. ſui l. qui in Prouincia §. fin. ff. de rit. nupt. Bald.
in l. etſi contra C. de nupt. Prapoſ. in c. per venerabilem
§. quod autem n. 70. & 81. hoc tit. latè caputaq. deciſ.
35 146. cum 3. deciſ. ſeqq. par. 2. ac filium eius † qui
habet vxorem, quia poteſt Imperator tollere
obſtaculum matrimonij, ne impediat legitima-
tionem, & ſufficit quod talis homo in genere
potuerit habere filios legitimos, Achil. deciſ. 5.
hoc tit. Autheun. quib. mod. nat. effi. ſui § illud verſ. ſi
quis ergo Franc. Aret. in l. ex facto num. 8. & ſeq. ff. de
vulg. & pupill. & ibi DD. Clericum etiam in mi-
36 noribus † conſtitutum legitimare non poteſt,
Achil. deciſ. 8. in princ. hoc tit. Dec. conſ. 150. Marſ.
ſing. 667. Anchar. in c fin. ſub 8. not. verſ. quaro circa
hoc de iud. in 6. & ibi Gemin. & Can. ſed poteſt
cum eo diſpenſare quoad bona patrimonialia;
poteſt enim clericus prorogare iuriſdictionem
voluntariam Iudicis laici, vbi non requiritur
citatio, nec tangitur perſona, quia per iſtam di-
ſpenſationem non ſubijcitur patriæ poteſtati.
Achill. deciſ. 8. n. 2. hoc tit. Couar. ſuper quarto decret.
2. part. c. 8. §. 8. n. 19. in fin. Franc. in c. fin. §. ſi vero ſub
nu. 5. verſ. quid autem ſit ſuper rebus temporalibus de
iud. in 6. & ibi Can.

37 Creatio Comitis Palatini † eſt de reſeruatis
ſummo Principi, Rot. diu. dec. 133. n. 2. p. 1. & deciſ.
253. n. 3. p. 2. c. per venerabilem qui fil. ſint leg. Authen.
quib. mod. nat. effi ſui §. illud l. gallus §. & quid ſi tantũ
ff. de lib. & poſth. ac Comes creatus non poteſt de
iure legitimare, quia facultas legitimandi non
competit iure magiſtratus ſed iure Cæſareo &
reſeruato, & ita inſpiciendæ ſunt facultates cõ-
ceſſę Comitibus, Bart. in l. Imp n. 17. ff. de iuriſ. omni
Iud. Bald. in l. 1. in pr. C de ver. aur. ann. Pariſ. conſ. 12.
n. 131. & ſeq. vol. 2. Rot. diu. dec. 255. p. 2. In conceſſa
legitimandi poteſtate non comprehenditur le-
gitimatio abſentis † vel infantis, niſi in ſpecie 38
Comiti conceſſa fuerit, Curt. ſen. conſ. 19. n. 4. &
5. per l. iubemus C. de emancip. liber. Ang. de Peruſ. in l.
inuiti ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. ad effectũ vt
inuiti vel ignorantes tranſeant in poteſtatẽ pa-
rentum, ſed abſens ac infans maior factus, ha-
bita notitia, legitimationem in abſentia vel in
minore ætate factam poſſunt ratificare, §. illud
tamen à nobis ſancitum verſ. generaliter Authen. quib.
mod. nat. eff. ſui Salicet. in l. iubemus C. de emancip. lib.
etiam poſt mortem patris, Socin. ſen. in l. gallus §.
forſitan n. 6. Iaſ. n. 10. & 11. & DD. ff. de lib. & poſth.
quia propter abſentiam vel infantiam, non eſt
abſolute nulla legitimatio, ſed habet implicitũ
ſtatum validitatis, ac pendet à ratificatione. Dec.
conſ 55. n. 7. Achil. dec. 4. hoc tit. late Greg. 15 deciſ. 41.
per tot. Soc. ſen. in d. §. forſitan n. 5. Imo ſola ſcientia
legitimationis ſufficit ſine contradictione pro
ratificatione. Iaſ. in l. quæ dotis ſub n. 7 ff ſolut. matr.
Couar. in epit. 4. decret. 2. par. c. 8. §. 2. n. 13. Boer. deciſ.
160. Greg. 15. dec. 82. & proximus pubertati pote-
rit legitimationem in infantia factam ratificare
cum ſolemnitatibus; Soc. ſen. in d §. forſitan. ſub. n.
6. verſ ſecunda concl. Item non venit legitimatio
naturalium, † aut ſpuriorum, ſtantibus maſcu- 39
lis legitimis, gloſſ in §. ſi vero in ver. in quib. Authen.
quib. mod. nat. eff. ſui & ibi DD. Iaſ. in l. gallus §. &
quid ſi tantum n. 93. & 104. & ſeqq. ff. de lib. & poſth.
Bald. in l. 2 n. 44. C de ſeruit. & aqu. Bald. in l. cum fil.
ff. de teſtam. mil. Gail. obſ. 142. n. 7. & ſeq. lib. 2. Mynſ.
obſ. 35. cent. 1. niſi expreſſe & in ſpecie conceda-
tur, aut in facultate legitimandi eſſent appoſita
verba legitimandi quoſcunq;, vel, nec non, abſ-
que præiudicio eorum qui ab inteſtato debe-
rent venire, Achill. deciſ. 3. hoc tit. Caſar. deciſ. 9. n.
7. & 8. de teſtam. & tunc eſt neceſſaria citatio fi-
liorum legitimorum, Authen. præterea C. de nat.
liber. niſi in facultate Comitis eſſet appo-
ſita clauſula, citatis vel non citatis illis

de quorum præiudicio agitur, *Mobed. deciſ. 4. hoc tit. in princ. Bald. in l. ita diuus in princ. ff. de adopt. & ibi DD.* & in legitimatione non requiritur cau-
40 ſa publica, † ſed ſufficit cauſa particularis & ho-
neſta, *Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum n. 98. ff. de lib. & poſth. poſt Bart. arg. §. cum autem impubes Inſtit. de adopt. late Mobed. deciſ. 4. hoc tit.* quia legitimatio eſt donum patris, & donum Principis, *Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum n. 105.*

41 Differt legitimatio à diſpenſatione † ſiue le-
gitimatione diſpenſatiua, legitimatio eſt quando quis reſtituitur plene natalibus, *Achil. deciſ. 5. hoc tit. l. 2. C. de iur. aur. ann. Auth. quib. mod. nat. eff. leg. ſit igitur Butr. in c. per venerabilem n. 17. & ſeqq. vbi ponit effectus legitimationis & Can. hoc tit. Iaſ. in rubr. ff. de lib. & poſth. n. 3. 5. & ſeqq. Ant. de Roſell. de legitimit. tit. legitimationis effectus n. 8. & 9. vbi tradit plures formas*, quamuis limitetur ſucceſſio, & apponatur clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato, *Rot. diuerſ. deciſ. 353. n. 3. & ſeq. & deciſ. 355. & deciſ. 661. n. 3. & 4. par. 1. l. ſed ſi hoc §. patronum & §. ſeq. ff. de in ius voc. & ibi Caſt. n. 5. & ſeq. Authen. ſed hodie C de iur. aur. annul. pulchre Hut. Zuccard. in l. poſthumo n. 43. & ſeqq. C. de bon. poſſ. cont. tab. quam prat. lib. poll. Tiraq. in l. ſi vnquam in verb. donatione largitus n. 317. & ſeqq. Gregor. 15. dec. 134. & deciſ. 135. & vtrobique annot. & deciſ. 201. & ibi annot.* etenim cum per reſcriptum ſint effecti legitimi, ex conſequenti ius habent vniuerſale, & ius filiationis & agnationis, *arg. §. per adoptionem Inſtit. de legit. agn. ſucceſſ. & l. qui in adoptionem ff. de adops. Gail. obſ. 140. lib. 2. vbi enumerat reſ. in quibus legitimatus per reſcriptum non ſuccedit.* Validum eſt enim argumentum ab arrogatione ad legitimationem, *Iaſ. in rubr. ff. de lib. & poſth. n. 7. gl. fin. in l. 1. ff. ad municip. & in terminis noſtris Butr. in d. c. per venerabilem nu. 17. & Can.* ac limitatio quæ fit de ſucceſſione, intelligitur in illis caſibus proprie, in quibus limitat, & quatenus de neceſſitate infert, nec vltra extenditur, *Rot. diuerſ. deciſ. 353 n. 5 & ſeqq. & d. deciſ. 355. par. 1. l. 2. & Authen. ibi poſita C de iur. aur. annul. cum ſimilib.* & licet non ſit ſimpliciter ius commune, ſi tamen non eſt alteri præiudicialis, dicitur priuilegium & beneficium Principis in corpore iuris clauſum & fauorabile, *Authen. item ſine legitimis ibi & principis & legis dono C. de nat. lib. Gemin. in c. 1. §. ille vero ſub n. 3 de fil. presbyt. ord. vel non Rot. diuerſ. deciſ. 505. n. 7. & ſeqq. par. 1.* Diſpenſatio vero eſt, quando fit reſtrictio circa ipſam reſtitutionem natalium, & tanquam exorbitans à iure communi eſt ſtrictè intelligenda, *Franc. in c. 1. n. 3. & ſeqq. de fil presbyt. in 6. Decius in c. at ſi clerici §. de adulterijs n. 93. & ſeq. de iud.* Diſpenſatus, quia non eſt plenè legitimus, nec habet ius vniuerſale filiationis, non contra tabulas, nec petit ſupplementum legitimæ, *Iaſ. in rubr. ff. de lib. & poſth. num. 14. & ſeq. Caſtr. in l. 1. n. 5. C. de iur. aur. ann. Caſtr. in l 3. n. 9. C. de collat. Dec. in l. 1. ſub numer. 1. C. de bon. poſſ. contr. tab.*

In legitimatione, aut diſpenſatione etiam
ſpurij, non requiritur citatio † agnatorum, quia 42
eorum præiudicium non eſt conſiderabile, *Pan. in c. per venerabilem n. 29. & ibi Can. communiter hoc tit. Achil. deciſ. 2. hoc tit. infinitos cumulans Gail. obſ. 142. in princ. lib. 2.* tum quia eſt voluntariæ iuriſdictionis, *Prapoſ. in c. per venerabilem §. quod autē ſub n. 72. verſ. quia ſuperius dixi de legitimat. hoc tit.* & ita ſeruat ſtylus Archiuij, quod nullum mandat citari, & nihil aliud curat niſi apponere clauſulam ſine præiudicio venientium ab inteſtato, Imò nec dignatura Papæ procedit iudicialiter citando, ſed attendit ad narratiuam, etſi quid omittitur quod inducat ſubreptionem, remittit ad iudicium contradictorium, & diſpoſitionem iuris, *Rot. diuerſ. deciſ. 569. in princ. & n. 1.*
part. 1. niſi agnatis delata, † aut ab eis adita ſit 43
hæreditas, *arg. l. 2. 4. & fin. ff. de nat. reſtit.* quia tunc legitimatio eſt iuriſdictionis contentioſæ, *Prapoſ. in d. §. quod autem ſub n. 72. in fin. Ant. de Roſell. de legit. lib. 2 in princ. ſub n. 15. Martin. Laudenſis de*
legit. n. 120 & ſeqq. In ea qualitas † illegitimatio- 44
nis debet plenè narrari, *l. 1. ff de nat. reſtit. c. per venerabilem in fin. hoc tit. & ibi Pan. nu. 27. Menoch. de arbitr. iud. caſu 203. in princ. lib. 2. cent. 3.* in genere, non in ſpecie, aut in indiuiduo, *Prapoſ. in d. c. per venerabilem §. quod autem numer. 20. plu-*
res citans & numer. ſeqq. & fieri mentio † de filijs 45
legitimis & naturalibus, ſi adſint, *§ ſi quis vero & ibi Angel. de Peruſ. n. 9. quib. mod. nat. effi. legit. Auth. præterea de nat. lib. Prapoſ. in d. c. per venerabilem §. quod autem poſt n 27. verſ. & licet non requiratur,* &
requiritur legitimandi, † ac eius patris con- 46
ſenſus. *Authen. quib mod. nat. effi. ſui §. illud tamen à nobis verſ. generaliter autem Auth. quib. mod. nat. effi. legit. §. ſed & aliud & ibi Angel. de Perus num. 7. per illum text.*

In cauſa matrimoniali ſiue natiuitatis aut

legi-

47 legitimitatis Iudex † competens eſt Epiſcopus non inferior Prælatus, *Pan. in c. cauſam & 1. n. 1. de*
48 *off. deleg.* coram quo ſi pars † vere paupertatem probauerit, & obtinuerit ſententiam fauorabilem in prima inſtantia, non cogitur extra Prouinciam, nec in ſecunda, nec in tertia inſtantia litigare, niſi pars altera alimenta & expenſas litis velit ſubminiſtrare, *c. cauſæ omnes §. ad hæc ſeſſ. 24. c. 1. §. fin. de conſang. & affin.* quia ſumptus litis & alimẽta ſunt ſubminiſtranda aduerſario collitiganti probata paupertate & præſumptione boni iuris, *l. fin. C. de ord. cognit. l. ſi inſtituta §. fin. ff. de inoff. teſtam pulchre Franc. Aretin. in c. ſi qui teſtium n. 13. & ſeqq. de teſtib. Couarr. pract. quæſt. cap. 6. n. 5. in fin. & n. 6. Creſcent. deciſ. 8 de iud. Gregor. 15. deciſ. 189. & ibi late annot. & deciſ. 524 & deciſ. 534. & deciſ. 545* contra regulam, quod nemo tenetur pecuniam propriam, aut proprios reditus collitiganti in ſumptus litis ſubminiſtrare, *l. Imperatores & ibi DD. ff. de tut. & rat. diſtrah. Greg. 15. deciſ. 263.*

Prohibetur Legatis, Nunciis, exceptis iis qui Legati à latere habent poteſtatem, *c. 1. de off. leg. Gamb. de auct. legat à latere lib. 8. n. 6. & ſeqq.* Gubernatoribus eccleſiaſticis & aliis ne quarumcumque facultatum vigore, Epiſcopis in præfatis cauſis, eorum iuriſdictionem præripiant, aut turbent, alias ipſorum proceſſus ordinationesue nullius ſunt momenti, atque ad damni ſatisfactionem partibus illati tenentur, *d. c. cauſæ omnes §. Legati ſeſſ. 24.* Ex quibus infertur, quod cauſa matrimonialis & legitimitatis aliis quam
49 Epiſcopis † à ſede apoſtolica non poſſit delegari, quia ſpectat eius cognitio ad dignitatem epiſcopalem, *c. accedentibus de exceſſ. Prælat. & ibi Io. And. in princ. in ver. matrimonialibus.* & ita ſeruat ſtylus Curiæ, quamuis iure decretalium poſſit committi cuicunque clerico, ſalua diſpoſitione c. ſtatutum de reſcript. in 6. *Pan. in c. 1. n. 10. de conſ. & affin. c. fraternitatis de frigid. & malef. gloſ. 1. in c. literas de reſtit. ſpol. & ibi Can.* Eſt autem Epi-
50 ſcopus † Iudex competens, non ſolum ſi inter ſponſos aut coniugatos eſt quæſtio, ſed etiam ſi cum filiis eorundem & aliis poſt parentum obitum, quia licet reſpectu filiorum ſufficiat probare merum factum, illa tamen poſſeſſio adhæret rei ſpirituali & matrimonio, *Anchar. in c. lator. n. 3. hoc tit. dixi in princ. tit. de ſponſ. & matrim.* etſi
51 principaliter aditus † fuerit ſuper matrimonio, *Summa in Decretal.* aut natiuitate, poterit iudicare de incidẽti temporali quæſtione, quæ venit acceſſoriè ad cauſam eccleſiaſticam, *c. de prudentia de don. int. vir. & vxor. c. 1 hoc tit. Pan. in c. cauſam quæ & 2. n. 5. hoc tit.* verum non poteſt exequi ſententiam ſuam latam ſuper incidenti temporali, puta cauſa dotis contra laicum, in bonis laici ſibi temporaliter non ſubiecti, ſed laico Iudici executionem demandabit, *Ang. in l. fin. n. 5. C. de iud. Innoc. in c. ſignificaſti de off. deleg. n. 4.* ſi vero quæſtio matrimonialis † aut natiuitatis incidat coram Iudice 52
ſæculari in cauſa petitionis hæreditatis vel alia, tunc non poteſt de ea cognoſcere, ſed debet eã remittere ad Iudicem eccleſiaſticum, cui non poteſt præfigere terminum, infra quem eam expediat, *Pan. in d. c. de prudentia ſub n. 2. de donat. inter vir & c. Anchar. in c. Lator. in 5. not. hoc tit. dixi in tit. de ord. cognit. §. 3. ſi iudex &c.* & eccleſiaſticus poſtquam cognouit de incidenti, non poteſt poſtea cognoſcere de cauſa principali ſæculari, ſed remittit partes ad iudicem ſæcularem, *d. c. lator, & ibi Pan. n. 5. d. c. cauſam quæ & 2. & ibi Pan. n. 5. & Can. hoc tit.* actor quoque contra † quem 53
excipitur de illegitimitate coram Iudice ſæculari poteſt adire Iudicem eccleſiaſticum, ac petere vt præfigat excipienti terminum, intra quẽ teneatur probare ſub pœna ſilentij, ac tunc coram eo non ſeruatur ordo iudiciarius, qualis termini præfixi locum non habet, quando reus principaliter committit cauſam ſuper illegitimitate, ſed tunc ordo iudiciarius eſt ſecundus, *d. c. lator. & ibi pulchre Prapoſ. ſub. n. 7. Zab. in fin. Io. And. n. 2. & 3. Greg. 15. deciſ. 237. n. 4.*

Qui matrimonium accuſare poſſunt vel contra illud teſtificari.

Titulus XVIII.

SVMMARIA.

1 *Sponſalia de futuro contrahenda impediuntur per ſimplicem aſſertionem accuſantis.*
2 *Poſt contracta ſponſalia per ſimplicem aſſertionem, non impeditur matrimonium contrahendum.*
3 *In matrimonij contractu ſufficit ordinaria probatio.*
4 *Ad ſeparandum matrimonium requiruntur probationes & teſtes omni exceptione iuniores.*
5 *Iuramentum neceſſarium contra matrimonium à Iudice non eſt deferendum.*
6 *Semiplene probanti, matrimonium poteſt deferre.*

7 *Eadem diſtinctio ſeruanda eſt in iuramento iudiciali & voluntario, tranſactione & compromiſſo.*

8 *Matrimonium accuſatur ad diuerſos fines quandoq; ad totalem ſeparationem, & ſi ſubeſt, impedimentum, quod coniuges remittere poſſunt, ſoli coniuges admittuntur.*

9 *Si impedimentum prouenit ex peccato, vel inducit peccatum, quilibet admittitur, quibuſdam exceptis.*

10 *Quando agitur de impedimento conſanguinitatis, conſanguinei proferuntur extraneis, & inter extraneos proferuntur antiquiores de vicinia.*

11 *Fratres vxoris inuitis coniugibus admittuntur ad diſceptationem matrimonij.*

12 *Quandoque agitur ad thori ſeparationem propter adulterium & ſoli coniuges admittuntur.*

13 *Quandoque agitur ad pœnam legalem ſiue canonicam ob adulterium, & quilibet admittitur, maritus autem præ cæteris.*

14 *In matrimoniali cauſa admittuntur in teſtes nedum conſanguinei, ſed etiam parentes vtriuſque ſexus tam ſuper conſanguinitate probanda, quam contractu matrimonij probando, quando ſponſa eſt ſuperior vel æqualis ſponſo.*

15 *Vbi ſponſa petit in virum ſe ſuperiorem, teſtimoniū parentum non eſt aliquatenus admittendum.*

16 *Super aliis impedimentis, vt voti, cognationis, ſpiritualis, quilibet admittitur in teſtem.*

17 *Deſiderium victoriæ in totum reycit in teſtem.*

18 *Intereſſe minus principale quam ſecundarium teſtes non repellit, vt ſi erat cuſtos, & virgo erat cognita.*

DICTVM eſt de impedimentis impedientibus ac dirimentibus matrimonium, ad ſeparationes autē & diuortia peruenitur per accuſationes & teſtimonia. Ideo præmittit hanc
1 rubricam, ſponſalia de futuro cōtrahenda † faciliter impediuntur per triplicem aſſertionem accuſantis, cui ſtatur, *c. preterea c. ad diſſoluendum*
2 *verſ. denunciari de deſponſ. impub.* poſt contracta † ſponſalia per ſimplicem aſſertionem nō impediuntur matrimonium contrahendum, niſi fama loci concurrat, *c. cum in tua de ſponſ. & matr. c. ſuper eo de conſang. & affi.* aut impedimentum probetur per vnum teſtem, *c. ſuper eo § ſuper illa & ibi Pan. n. 7. & Can. de teſt.* In contractu matrimonij
3 ſufficit † ordinaria probatio, *Pan. in c. ſuper eo in 3. not. de teſtib. & atteſtatur Dec. conſ. 162. n. 13. & ſeqq.*
Ad ſeparandum † matrimonium contractū re- 4
quiruntur probationes & teſtes omni exceptione maiores, *c. 1. § quocirca de conſang. & affin.* Iuramentum neceſſarium contra † matrimoniū, vt ſi 5
quis iurare paratus ſit, matrimonium non eſſe contractum, à Iudice nulla ratione deferendū
eſt, ſemiplene vero probanti † matrimonium, ſi 6
pro eo in ſupplementum probationis iurare paratus ſit. Iudex conſideratis qualitatibus perſonarum & aliis circumſtantiis, iuramentum neceſſarium poteſt deferre, *c. mulieri & ibi Pan. n. 6. & Can. de iureiur. latè Gail. obſer. 94. lib. 2. Franc.*
Marc. quæſt. 475 par. 2. ſimilis diſtinctio † eſt ſer- 7
uanda in iuramento iudiciali, & voluntario, ac tranſactione, compromiſſo, vt valeant delata & facta pro matrimonio, non autem contra matrimonium; quia non eſt in poteſtate partium diſſoluere matrimonium, *l. 3. & ibi gloſ. in ver. agatur ff. de iureiur. & Bart. n. 2. & DD. communiter latè Gail. obſ. 94. lib. 2 n. 13. & ſeqq. c. fin. & ibi gloſ. in ver. ſacramentum & Can. de tranſact.* eadem ratione ſententia pro matrimonio lata, vbi nullum ſubeſt impedimentum, tranſit in iudicatum, contra matrimonium, aut pro matrimonio, quando ſubeſt perpetuum impedimentum lata, nunquam tranſit in iudicatum, *c. lator. & ibi gloſ. fin. latè Felin. & Can. de ſent. & re iud. l. ait prætor. & ibi gloſſ. in ver. agatur ff. de iureiur.*
Matrimonium accuſatur † ad diuerſos fines, 8
quandoq; ad totalem ſeparationem perpetuo, *c. non debet de conſang. & affin. c. fraternitatis & ibi Pan. in 1. not. c. litera & ibi Pan. in 1. not. de frig. & maleſ.* & ſi ſubeſt impedimentū, quod coniuges remittere poſſunt, vt frigiditatis, arctationis, erroris conditionis, ſoli coniuges admittuntur, extraneorum enim non intereſt, vnde eis inuitis poſſunt ſimul morari, *c. conſultationi c. laudabilem § quod ſi ambo de frig. & maleſ. c. propoſuit, c. fin. de coniug. ſer.* ſi vero impedimentum prouenit † ex pec- 9
cato, vel inducit peccatum, vt conſanguinitatis & affinitatis &c. tunc quilibet admittitur, *d. c. tuæ nos de cogn. ſpiritual.* etiam perpetuo, exceptis abſente, qui per ſcripturam matrimonium accuſare non poteſt, *c. à nobis hoc tit.* eo qui accuſat matrimonium propter quæſtum, *c. ſignificante hoc tit.* ac eo qui tempore denunciationis ſiue bannimentorum tacuit; niſi denunciationem probabiliter ignorauerit, vel iuret de nouo didiciſſe,

Digitized by Google

677

eiſſe, & quod non obiit malitioſe, *c. fin. hoc tit.*
iſta enim accuſatio nulla longinquitate anno-
rum tollitur, quia diuturnitas temporis nō mi-
nuit peccatum, ſed auget, tantoq; ſunt grauiora
crimina, quanto diutius infelicem animam de-
tinent alligatam, *c. non debet in fin. de conſang. & affi.*
10 Conſanguinei præferūtur extraneis, † quando
agitur de impedimento conſanguinitatis, *c. vi-
detur hoc tit. l. de tutela. C. de in integ. reſtit. min. 35.
quaeſt. 6. in ſumma & ibi gloſ. & c. 1. 2. & ſeq.* ſi pro-
genies tota defecerit, inter extraneos præferū-
tur antiquiores de vicinia, & maturiores ac ve-
raciores, *c. 1 in fin 35. quaeſt. 6.* Vxori agenti ad
diſſolutionem matrimonij contra maritum,
qui tuetur matrimonium, debet maritus ſub-
miniſtrare alimenta, *Pan. in c. ex parte n. 10. de ac-
cuſ. Surd. de alim. tit. 1. quaeſt. 118. Menoch. de præ-
ſumpt. quaeſt. 35. n. 18. plures cumulans Greg. 15. de-
ciſ. 534. & ibi annot.* etiamſi habeat vnde viuat,
11 *Mynſ. obſ. 64. cent. 1.* ac fratres vxoris, † inuitis
coniugibus, admitti debent ad diſceptationem
matrimonij propter timorem colluſionis, & in-
iuriam quæ etiam fratres tangit, præſertim ſi
pro intereſſe proprio comparent, & non tan-
quam coniunctæ perſonæ, *Specul. in §. debet ſub
n. 5. hoc tit. arg. l. hac autem ff. ex quibus cauſ. in poſſ.
eat. Achil. deciſ. 1. hoc tit.* vt enim quilibet de po-
pulo admittitur ad impediendum & accuſan-
dum matrimonium, ita quilibet admitti debet
ad reintegrandum matrimonium iniuſte ſepa-
ratum, vel ſeparandum quoad vinculum, *Pan. in
c. tenor. n. 7. de re iud.* Quando agitur ad thori
12 † ſeparationem propter adulterium, ſoli coniu-
ges admittuntur, quorum & non extraneorum
intereſt, *c. tua §. ſi vero de procurat. c. quemadmo-
dum de iureiur. c. per venerabilem §. præterea rex ipſe
qui fil. ſint legit. & ibi Can.* cognitioque eius ſpe-
ctat ad iudicem eccleſiaſticum priuatiue quoad
laicum, *c. tua de procur. Pan. in c. cum ſit generale
n. 23. de for. compet. & ibi Can.* Quando agitur ad
13 pœnam † legalem ſiue canonicam infligendam
ob adulterium, quilibet admittitur, quod cri-
men ſit publicum, *c. tuæ in princ. de procur. & ibi
poſt gloſſ. Can. §. Item lex Iulia Inſt. de adult.* mari-
tus autē præ cæteris ſine metu calumniæ, & ex
præſumptione violenta intra ſexaginta dies vti-
les iure mariti, poſtea iure extranei, *l. iure mariti
& l. quamuis adulterij C. hoc tit. gloſ. 1. & 2. in c. tua
de procurat. & ibi Can. c. maritus de adult.* & patri
vxoris præfertur, *l. 2. §. fin. & l. ſeq. ff. de adult.*
eiuſque cognitio eſt mixti fori iuxta qualitatem
pœnæ, ad quam concluditur in libello, *Pan. in c.
cum ſit generale n. 23. de for. compet. & ibi pulchra add.
Rom. ſing 674.*

Quiſquis idoneus eſt ad accuſandum matri-
monium, eſt etiam idoneus teſtis in cauſa matri-
moniali, *Pan. poſt Innoc. in rubric. huius tit. circa fin.*
Admittuntur in teſtes † nedū conſanguinei, ſed 14
etiam parentes vtriuſq; ſexus, tam ſuper cōſan-
guinitate probando, ſiue agatur ad coniungen-
dum, ſiue dirimendum matrimonium, quā de
contractu matrimonij probanda, quia præſu-
muntur ſcire ſuam genealogiā, & in huiuſmodi
contractibus conſanguinei & parētes ſolent in-
teruenire, *c. videtur h. tit.* quando ſponſa eſt ſupe-
rior ſpōſo, vel æqualis ſpōſo, niſi appareat quod
aliter affectet illud matrimonium, vel ex circū-
ſtantiis eorum teſtimonium ſuſpectū appareat
arbitrio Iudicis, *Pan. in d. c. videtur n. 6. & ibi Boich.
& Can. c. ſuper eo & 2. & ibi Pan. n. 1. & n. 8. de teſtib.*
vbi ſponſa petit † in virum ſe ſuperiorem diui- 15
tiis, nobilitate, potentia, aut honore, teſtimo-
nium parentum eſt ſuſpectum, nec aliquatenus
admittendum, *c. ſuper eo & 2. in princ. de teſtib. & ibi
Can.* ſiue quæratur de conſanguinitate, ſiue de
contractu matrimonij, *Pan. in d. c. videtur ſub n.
6. hoc tit.* niſi concurrunt circumſtantiæ propter
quas iudicaretur non ſuſpectum, vt puta, quan-
do nobilis diligebat multum plebeam fœmi-
nam, quam habere nō poterat niſi cum ea con-
traheret, & parentes ſint honeſti, *Pan. in d. c. ſuper
eo & 2. n. 8. & ibi Butr. ſub n. 9. & Can. communiter
pulchrè Caeſar. dec. 2. n. 14. & deciſ. 3. 4 & 5. de ſponſ. &
mat.* Super alio impedimento † vt voti, cogna- 16
tionis ſpiritualis, quilibet admittitur in teſtem
arbitrio Iudicis, qui in dubio ſtare debet pro
matrimonio etiam clandeſtino, quia eſt fauo-
rabile, *c. videtur in fin. & ibi Boich. n. 2. & Can. h. tit.
c. fin. de re iud. latè Caeſ. dec. 5. de ſponſ. & mat.* plura e-
nim ſpecialia ſunt conſtituta in matrimonio e-
numerata à Boich. in d. c. videtur n. 4. hoc tit.
à me ſuis locis annotata, Deſiderium victoriæ
† in cauſa matrimoniali in totum reijcit teſtem, 17
*Par. conſ. 15. n. 30. vol. 2. Caeſar. deciſ. 3. n. 12. de teſtib.
arg. l. fin. ff. de teſtib. & c. fin. eod. titul. in 6.* niſi
reddat bonam rationem, *Caeſar. deciſ. 4. n. 6. &
deciſ. 13. n. 9. de teſtib. c. cum cauſam & ibi poſt gloſſ.
in verb. de cauſis Pan. & Can. de teſtib. c. ſi habes & ibi*

poſt gloſſ. in verb. idonei Can. 24. *queſt.* 3. Intereſſe
18 minus principale † quam ſecundarium teſtes nõ
repellit, vt fierat cuſtos, & virgo erat cognita,
quia iniuria afficiuntur conſanguinei non famuli,
Caſ. deciſ. 13. *ſub n.* 9. *de teſtib. l.* 6. *Cornelia & ibi gloſ. in verb. eorum Bart. & DD. ff. de iniur. l. vnica in princ. C. de rap. virg. &c. & ibi Bald. n.* 5. *& DD.*

De diuortiis.
Titulus XIX.

SVMMARIA.

1 *Diuortium eſt viri à muliere, vel mulieris à viro legitima ſeparatio.*

2 *Vxor pendente lite diuortij eſt alenda à viro & debet habere ſumptus litis.*

3 *Diuortij cauſa enumerata in titulis ff. & codicis hodie non obtinent, & iure canonico tres ſunt cauſæ legitimæ, propter quas matrimonij conſummati ſit diuortium quoad thorum & mutuam ſeruitutem, iniuncta vtriq; continentia prima & fornicatio ſpiritualis ſiue hæreſis.*

4 *2. Magna viri ſæuitia.*

5 *3. Fornicatio ſiue adulterium.*

6 *Excipiuntur à tertia cauſa ſeptem caſus hic enumerati.*

7 *Diuortij ſententiam fert ſolus epiſcopus.*

8 *Super parentela notoria & manifeſta ex officio inquirit.*

9 *Coniuges non poſſunt ſe ſeparare abſque iudicio eccleſiæ etiam ob notoriam & publicam parentelam.*

Excipe quia propter fornicationem ſpiritualem in qua pertinaciter perſiſtit, licitum eſt innocenti redire propria auctoritate.

10 *Fornicatio carnalis ſemel commiſſa ſufficit ad diuortium.*

11 *Innocens poteſt fornicantẽ inuitam ſibi reconciliare.*

12 *Probatur confeſſione fornicantis, cui ſtatur in ſeparatione quoad thorum.*

13 *Impedimenta matrimonium dirimentia confeſſione coniugum non probantur.*

PROBATO impedimento dirimente, aut a-
1 dulterio, fit diuortium, quod eſt viri † à muliere, vel mulieris à viro legitima ſeparatio, non enim homo ſeparat, quos pœna damnat, quos reatus accuſat, quos maleficium coarctat, *c. quos Deus* 23 *qu.* 2. Dicitur à diuerſitate mentiũ, quia hi, qui matrimonium diſtrahunt, in partes diuerſas eunt, *l.* 1. *ff. de diuort.* vxor pendente lite diuortij, etiamſi ipſa accuſat matrimonium ex aliqua cauſa cõſanguinitatis vel affinitatis, interim eſt alenda à marito & debet habere ſumptus litis, *Pan. in c. ex parte num.* 10. *& ibi Felin. circa fin. & Can. de accuſat. Menoch. de præſumpt. q.* 35. [illegible] 1. *n.* 19. *Afflict. deciſ.* 152. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 118. *per totam Gregor.* 15. *deciſ.* 534. *& ibi annot.* De impedimentis dirimentibus vinculum matrimonij ſub ſuis titulis, de diſſolutione matrimonij quoad vinculum per ſponſæ vel ſponſi de præſenti ingreſſum in monaſterium, ſupra de conuerſ. coniug. nec non per dimiſſionem infidelis nolentis ad fidem conuerſo cohabitare, dictum eſt ſu-
pra de conuerſ. infid. Cauſæ diuortij † enume- 3
ratæ in titulis ff. de diuort. & C. de repud. &c. hodie non obtinẽt, quia iure canonico tres ſunt cauſæ legitimæ, propter quas matrimonij legitimi & conſummati fit diuortium, non quoad fœdus ſeu vinculum matrimoniale, *c. per venerabilem* §. *videbatur*, §. *præterea rex ipſe in fin. qui fil. ſint legit.* ſed quoad thorum & mutuam ſeruitutem, iniuncta vtrique continentia, *d. c. ex literis hoc tit. c. licite c. fieri c. placuit* 32. *quæſt.* 7. *c. tua nos de ſureiur. c. ſignificaſti hoc tit.* 1. eſt fornicatio ſpiritualis ſiue hæreſis, *c. quæſiuit c. quanto* §. *ſi vero al-
ter hoc tit.* 2. Magna viri † ſæuitia, aduerſus 4
quam mulieri caueri idoneè non poterit, *c literas* §. *fin. c. ex tranſmiſſa de reſtit. ſpoliat. & vtrobique
Can.* 3. Fornicatio ſiue † adulterium, 32. *quæſt.* 5
7. *in ſumma & c.* 1. *&* 2. *& per totum*, de quo maritus poteſt accuſare vxorem, licet tempore adulterij & ante illud denegauerit ſibi prouidere de neceſſariis, debuit enim vxor agere cõtra virum & petere alimenta, *Pan. in c. ex literis in* 3. *not. hoc
tit.* excipe à tertia cauſa ſeptem † caſus, 1. eſt, 6
quando is qui agit ad diuortium, de fornicatione conuincitur, *c. ſi. de adult.* 32. *quæſt.* 6. *in ſumma & c* 1. imo ſi poſt ſeparationem auctoritate eccleſiæ factam, innocens non continet, debet matrimonium reintegrari, *c. ex literis hoc tit. c. fin. & ibi gloſſ. mag. de adult. & ibi Pan. n.* 3. *& ſeq.* officio Iudicis, facta hinc inde adulterij etiam poſt ſententiam commiſſi compenſatione, quia ſententia ſuper diuortio quoad thorum non in toto tranſit in rem iudicatam, *Pan. in d. c. ex literis n.* 21. etiamſi iuraſſent ſe vlterius non repetituros, *c. tua nos de iureiur.* 2. quando vir

Digitized by Google

vir vxorem proſtituit *c. diſcretionem* §. *quod ſi de eo*
qui cogn. conſang vxor. &c. 3. quando mulier cre-
dẽs maritum mortuum nupſit alteri, quam ma-
ritus rediens tenetur recipere ſine fornicationis
exceptione, *c. cum per bellicam & cc. ſeqq. 33. quæſt. 1.*
& 2. 4. Si quis falſo ſimulans ſe maritum, le-
ctum vxoris intrauit & eam cognouit, *c. in le-*
ctum 34. quæſt. 1. & 2. 5. ſi mulier fuerit oppreſſa
c. propoſito 32. quæſt. 5. vi abſoluta, & non condi-
tionata *c. ex litteris hoc tit.* 6. quando maritus re-
conciliat ſibi vxorem adulteram, *c. ſi quis vxorem*
& c. ſeq. 32. quæſt. 1. 7. quando paganus repudiata
prima vxore, cum ſecũda contraxit, & conuer-
titur ad fidem, poſt baptiſmum adhærebit pri-
mæ repudiatæ ſi ad fidem conuerti voluerit, et-
iamſi illa cum alio contraxiſſet, ſecus ſi fuiſſet
fornicata *c. gaudemus* §. *qui autem* & §. *ſeq. & ibi*
7 *Pan. n. 8. & ſeqq. hoc tit.* Sententiam diuortii † fert
ſolus epiſcopus, ad cuius notitiam tantum ſpe-
ctant cauſæ matrimoniales ex diſpoſitione Cõ-
cilii Tridentini. *c. cauſæ omnes* §. *ad hæc ſeſſ. 24.* Su-
8 per impedimento parentelæ † notoriæ & publi-
cæ ſiue manifeſtæ, aut de qua fama eſt in loco, e-
piſcopus ex officio inquirit, & compellit, vt
quicunque veritatem ſciret, perhibeat teſtimo-
nium, & illicitè contracta matrimonia adhibita
grauitate poteſt diſſoluere, *c. porro* §. *fin. & ibi poſt*
gloſ. in verb. ſeu publica Can. hoc tit. c. notificamus &
cc. ſeqq. 35. quæſt. 6. imo quilibet tenetur eam de-
nunciare eccleſiæ, *c. tua de cogn. ſpirit.* Coniuges
9 vero non poſſunt † ſe ſeparare abſq; iudicio ec-
cleſiæ, etiam ob notoriam & publicam paren-
telam, non ſolum quando diſſolutio tendit ad
ſubſtantiam vinculi, *c. porro hoc tit. & ibi Butr. in 1.*
not. & n. 12. & Can. ſed etiam quando agitur de
diſſolutione reſpectu mutuæ ſeruitutis & coha-
bitationis, *cap. litteras & ibi gloſ. in verb. diuerſis &*
Can. de reſtit. ſpol. Butr. in d. c. porro n. 12. Pan. in c. tua
nos & 2. n. 1. & 2. de iureiur. Nauar. in c. diuortium de
pœnit. diſt. 1. Greg. 15. deciſ. 294. non enim poteſt ſa-
cramentum reſcindi ex ſola opinione coniugũ,
ideoque coniunx poteſt compelli per excom-
municationem ad recipiendum coniugem in-
cautè dimiſſam, *c. porro in princ. hoc tit.* propter ſpi-
ritualem fornicationem, in qua pertinaciter
perſiſtit, licitum eſt innocenti recedere propria
auctoritate, *c. de illa hoc tit. c. idololatria c. non ſolum*
28. quæſt. 1. nec compellitur per eccleſiam redire
ad perſeuerantem in infidelitatis errore, *c. non*
ſolum 28 quæſt. 1. ſed ei, cum reuerſus fuerit reddi-
tur, ſiue propria auctoritate receſſerit, ſiue iudi-
cio eccleſiæ fuerit abſoluta, & ſi reuerti noluc-
rit, per eccleſiam compellitur, *d. c. de illa hoc tit.*
gloſ. fin. in c. fin. de conuerſ. coniug & ibi Dd. quia per
pœnitentiam eſt ſanatus, *c. cum renunciatur & c.*
ſeq. 32. quæſt. 1. niſi receſſerit iudicio eccleſiæ &
velit intrare religionem, quo caſu non compel-
litur redire ad conuerſam. *c. fin. de conuerſ. coniug.*
Carnalis fornicatio ſemel commiſſa † ſufficit 10
ad diuortium, & non requiritur perſeuerantia,
propter quam nõ licet recedere propria aucto-
ritate, ſed tantum auctoritate eccleſiæ, & pen-
dente iudicio interim alteruter, iure quod habet
in altero, priuari non poterit, *c. 2. vt lite pendente*
&c. ac poteſt innocens, ſi vult, † reconciliare ſibi 11
fornicantem inuitam, etiamſi fuerit ſeparata iu-
dicio eccleſiæ, *Pan. in c. ex litteris in fi. hoc tit.* ſed nõ
cogitur, *d. c. de benedicto 31. quæſt. 1.* quia ſententia
lata fuit in fauorem non delinquẽtis, *c. gaudemus*
de conuerſ. coniug. Pan. in d. c. ex litteris n. 12. hoc tit.
arg l. vnica §. *accedit verſ. neq; enim & ibi gloſ. allegat.*
concord. C. de rei vx. act. Ratio diuerſitatis eſt, tum
quod in fornicatione carnali anima & corpus
polluitur, in ſpirituali anima tantum, *cap. non 28.*
quæſt. 1. tum quia ſi maritus cognoſceret vxorem
poſt carnalem fornicationem, poſtea ea mortua
propter defectum ſacramenti non poteſt pro-
moueri ad ordines, & ſic præiudicium ei fieret
ſi cogeretur, *c. ſi cuius vxorem & ibi gloſ. in ver. ad-*
mitti c. ſi Laici 34. diſt. Præterea carnalis fornica-
tio probatur confeſſione † fornicãtis facta in iu- 12
dicio, cui ſtatur in ſeparatione quoad thorum,
c. ex litteris & ibi Pan. n. 2. hoc tit. Impedimenta ve-
ro dirimentia † matrimonium confeſſione con- 13
iugum non probantur, *c. ſuper eo de eo qui cogn. con-*
ſang. vxor &c. & ibi gloſ. 1. & Can. quia in fornica-
tione agitur de confitentis ſolius præiudicio,
qui perdit quod prius habebat in coniuge, *c. diſ-*
cretionem §. *fin. de eo qui cogn. conſ. vxor. & c. quidam*
de conuerſ. coniug. & innocens in fornicante reti-
net, quia peccata ſuos tenent auctores, *l. ſancimus*
C. de pœnit. ſecundo caſu vero confeſſio non fit
principaliter contra confitentem, ſed pro ſe &
contra matrimonium ad cuius ſeparationem a-
git, *gloſ. 1. in d. c. ſuper eo de eo qui cogn. conſ. vxor &c.*
quod recipit indiſſolubilitatem à ſolo Deo, *c.*
quos Deus 33. quæſt. 2. c. 1. 35. quæſt. 10. Sententia in
cauſa matrimonii non tranſit in rem iudicatam

& reuocatur, quandocunq; error detectus fuerit, *c. lator de re iud. & ibi gloſ. in verb. permanere Gail. obſ. 112. lib. 2.*

De donationibus inter virum & vxorem & dote poſt diuortium reſtituenda.

Titulus XX.

SVMMARIA.

1 *Donatio propter nuptias non eſt ſine matrimonio prout nec dos, ſed matrimonium ſine ea & dote celebrari poteſt.*

2 *Introducta eſt vt mulieribus magis ſit cautum pro dote & ob alias ſex cauſas hic explicatas.*

3 *Fructus rerum donatarum propter nuptias percipit maritus & ſunt mariti pro ſuſtentandis oneribus matrimonii.*

4 *Dos diuiditur in profectitiam & aduentitiam, profectitia dicitur quæ à patre vel à paterno auo profecta eſt de bonis vel facto eius.*

5 *Aduentitia eſt quæ datur ab extraneo, vel quæ non proficiſcitur à patre tanquam patre.*

6 *Profectitia redit ad patrem ſi erat in poteſtate filia, quando filia præmortua eſt in matrimonio.*

7 *Præmortuo marito dos communis eſt patri & filiæ.*

8 *Si filia fuerit emancipata, dos ſine ſtipulatione expreſſa ad patrem non reuertitur.*

9 *Pro dote aduentitia actio competit filiæ etiam inuito patre & præmortua filia in matrimonio tranſit ad filios hæredes.*

10 *Dos alia eſt æſtimata, alia inæſtimata.*

11 *In dote inæſtimata maritus præſtat dolum, culpam, ac diligentiam.*

12 *Æſtimatio fit dupliciter vt ſciatur an res dotalis ſit facta deterior, & res ipſa eſt in dote.*

13 *Aut æſtimatio facit emptionem quod in dubio præſumitur & periculum rerum dotalium pertinet ad maritum.*

14 *De dote actio ceſſa extraneo per mulierem an gaudeat priuilegiis.*

15 *Acconcium quando ſit reſtituendum.*

16 *Donatio propter nuptias adæquata eſt doti.*

17 *Ex conſuetudine vel nulla fit donatio vel alia forma vel minor, & nulla etiam donatione facta dos conſtituta tenet.*

18 *Pro donatione propter nuptias conſequenda vxor habet ius tacitæ hypothecæ ſed non ius prælationis.*

19 *Paraphernalia ſunt bona quæ habet mulier præter dotem.*

20 *Quæ ſi maritus permittente vxore adminiſtret & nomina ſeu fœnoratitias cautiones marito dederit, ex ſola traditione Inſtrumentorum, maritus cenſetur conſtitutus procurator ad exigendum nulla ratihabitione ab eo exigenda.*

21 *Si alias res extra dotem marito dederit non ſiunt mariti, ac fructus ex eis etiam voluntate mulieris perceptos tenetur reſtituere, ſi extent conſumptos, ſi fuerint induſtriales lucratur, naturales magnos tenetur reſtituere.*

22 *Aut non conſtat de volũtate mulieris tacita aut expreſſa, quod marito adminiſtrationẽ permiſerit & cogitur marit⁹ indiſtincte omnes fruct⁹ reſtituere.*

23 *Ex parapherno in pecunia numerata fructus mulieri non debentur.*

24 *Receptitia bona vxoris ſunt, quæ dum dos daretur ex bonis ſuis ſibi retinuit nec voluit eſſe in mariti poteſtate.*

25 *Donatio quæ conſtante matrimonio inter coniuges fit ex qua alter eſt locupletior & pauperior, alter efficitur firmitatem non habet.*

26 *Confirmatur obitu donatoris quando non excedit legitimam quantitatem.*

27 *Aut ſpecialiter per donatorem in vltima voluntate.*

28 *Quibus caſibus obitu donatoris non conualeſcat.*

29 *Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri principaliter ſuper diuortio, & ſi ſententiam diuortii ferat, debet pronunciare dotem reſtitui.*

30 *Item matrimonio prius ſeparato poteſt principaliter adiri ſuper reſtitutione dotis.*

31 *Dos ad quem redeat aut cui applicetur ſeparato matrimonio.*

DIVORTIO facto, aut dos & donatio propter nuptias reſtituuntur, aut fiſco applicantur, *c. 1. & 2. hoc tit. §. ſi aduerſus Inſtit. de nupt.* de quibus ſubiungit, omiſſis eis quæ in Inſtit. Imp. tit. de donat. §. pen. traduntur de donatione propter nuptias, ea variis nominibus nominatur, Antipherna ab anti, quod eſt cõtra, & pherna, id eſt dos, quaſi contra dotem donatio, *l. cum multa C. de donat. propter nupt. & ibi gloſ. in ver. antipherna.* ſponſalitia largitas, *Authen eo decurſum C. de donat. propter nupt Authen. ſiue à me C. ad SC. Velleian.* dotalitium, *c. plerumq; hoc tit. & ibi gloſ. pen. & Can.* non eſt † ſine matrimonio, prout nec dos, ſed matrimonium ſine ea & dote celebrari poteſt, *l. cum multa verſ. quare enim C. de donat. propter* 1
nupt. l. 3. ff. de iur. dot. introducta eſt, vltra hypothecam & priuilegiũ prælationis, omnibus creditoribus ſiue tacitam ſiue expreſſam hypothe-

cam

eam tempore anteriorem habentibus iuxta obſ.
Mynſ.13.cent.4. ex C.aſſiduis C. qui potior.in
pign.habear, explicata per Couar.var.reſol.lib.
2 1.cap.6.vt mulieribus magis cautum † ſit de do-
te,vt ſcilicet dote à marito malè conſumpta,vel
ſoluto matrimonio vxor habeat vnde damnum
acceptum reſarciat,*d.l.cum multa verſ.fin.in princ.
C.de donat ante nupt.c.nuper in fin.hoc tit.* tranſit e-
nim dominium rei donatæ propter nuptias ipſo
iure in vxorem,ita vt ei rei vẽdicatio competat,
Authen.permiſſa C.de donat.ante nupt. 2.maritus rẽ
immobilem , aut etiam mobilem quæ ſeruari
poteſt,ſiue à ſe ſiue ab alio pro ſe datam propter
nuptias,nõ poteſt alienare neq; obligare, etiam
conſentiente vxore , niſi & ſecũdo poſt bienniũ
profiteatur,& aliæ res iure ſint, ex quibus vxori
conſuli poſſit,*Authen.ſiue à me C.ad SC.Velleian.&
ibi Bart & Dd.* non ſolum tempore contractus,
ſed etiam tempore quo vxor agit, aut agere po-
teſt,*Pan.in c.peruenit in 1.not.de empt.& vend.& ibi
Can.* abſq; his enim, neq; ſi frequenter cõſentiat
lædetur,& alienatio ſiue obligatio quantum ad
mulierem pro non ſcripta & pro non dicta ha-
betur,*Auth.ſiue à me C.ad SC.Velleian.*res vero do-
talis immobilis etiam ſeruata prædicta firma d.
Authen.ſiue à me,non poteſt alienari, *Bart.poſt
gloſ.in verb.& multo magis in d. Authen ſiue à me n.1.*
3.marito committente adulterium vxor lucra-
tur donationem propter nuptias , ſicut vir pro-
pter adulterium vxoris,dotem, *c.plerumq; hoc tit.
& ibi Pan n.6.* 4.quando maritus vergit ad ino-
piam vel incipit male vti ſubſtantia ſua, etiã cõ-
ſtãte matrimonio,vxor agere poteſt tam ad do-
tem quam donationẽ propter nuptias, *l.vbi ad-
huc cum authen ibi poſita C.de iur.dot.l.ſi conſtante &
ibi Bart.& Dd.ff ſolut.matr.Pan.in c pen.n.12.hoc tit.
Gail.obſ.83.cum duabus ſeqq.obſ. lib.2.* ſed maritus
euitat reſtitutionem dotis, quæ cõſiſtit in pecu-
nia,per ſatisdationem qualem dare poteſt de ea
conſeruanda,vel mercatori dos committitur,vt
de parte honeſti lucri,non certę quantitatis,pu-
ta videntur decem annua pro quolibet cente-
nario,*gloſ.addit.in §.de illa in verb.& ideo Inſtit.de
ſociet.Pan in c.per veſtras n.8.in fin.hoc tit.* maritus
onera matrimonii poſſit ſuſtinere arbitrio Iudi-
cis,in alternatiuis enim iuris optio datur Iudici,
niſi verba dirigãtur ad partem, *c.per veſtras & ibi
Pan.n.14.hoc tit.*poteſtque pecunia deponi apud
mercatorem ex pacto,vt capitale ſit ſaluũ & de
lucro ſoluatur certa pars vti dictum eſt, *§.de illa
in fin.Inſt.de ſociet.Rot.diuerſ.deciſ.763.à n.17.vſq; ad
finem par.1.Couar.var.reſol.lib.3.c.2.vbi ponit tres cõ-
cluſiones tom.2.*vel cum eo fieri pactum de aſſecu-
ratione ſummæ dotis, recepta aliqua competẽti
mercede,*Rota Farinac.deciſ.304.par.2.tom.1.n.7.
& ſeqq vſq; ad fin.Dec.conſ.7.l.hoc iure §.labeo ff.de
donat.& ibi poſt gloſ.Bart.& Dd.Couar.var.reſol.lib.
3.c.2.n.5.Lupus in c.nauiganti in præfat.n.11.de vſur.*
& ratio adminiſtrationis pecuniæ datæ ad tra-
ficandum,ſolum peti poterit in fine anni.*l.nemi-
nem.C.de ſuſcept.& arcar.lib.10. Ram ſing.121.& ibi
addit plures cumulans Iaſ.in §.ſequens n.43.Inſt.de act.
Cap.Tholoſ.deciſ.447.* 5.fortius ius habet mulier
in rebus ſibi donatis propter nuptias pro dote
recuperanda,quam in aliis rebus mariti, quia in
his vxor poteſt renunciare vnico conſenſit iuri
hypothecarum,*l.etiam l.iubemus C.ad SC.Velleian.*
in rebus donatis propter nuptias non poteſt,ſed
requiritur ſecũdus cõſenſus mulieris poſt bien-
nium vti dictum eſt,*Pan.in c.peruenit n.9.circa fin.
de empt.& vend.* 6.pactum quod fit de lucranda
dote extenditur in fauorem mulieris ad dona-
tionem propter nuptias, de qua lucranda nihil
dictum eſt , vt ſicuti maritus ex pacto lucratur
dotem pręmortua vxore,ita vxor lucratur illam
donationem præmortuo viro, *l.cum multa § fin
autem donatio C.de donat.ante nupt.c.fin.in fine & ibi
Pan.n.12.hoc tit.* etiam in donatione propter nu-
ptias,& dote promiſſa ac nondum ſoluta, *l.cum
poſt §.ſed is de quo ff de adm.& peric.tut.& ibi gloſ.in
ver.habet dotem Gail.obſ.79.lib.2.* fructus rerum
donatarum propter nuptias percipit †.maritus, 3
& ſunt mariti pro ſuſtinendis oneribus matri-
monii,*l.vbi adhuc & ibi gloſ.in verb.ad ſuſtentatio-
nem C.de iur.dot.& Dd.*

Dos à muliere,vel eius patre,vel quouis alio,
marito vel eius patri propter onera matrimonii
datur,vt perpetuo ſit penes eum,*l.1.l.cum pater l.
promittendo ff.de iur.dot.* data in primo matrimo-
nio,in ſecundo cenſetur repetita,*l.dotẽ l.diuus ſe-
uerus ff.de iur.dot.* prædium nõ dicitur dotale, aut
res pro dote aſſignata dotalis niſi ſecuta tradi-
tione , *l.de diuiſione ff.ſol.matr.l.dotale §.1.ff.de
fund.dotal.gloſ.in l.1.§.vniuerſ.ff pro dot.Gail.obſ.79.
lib.2.nu.9.* diuiditur in profectitiam † & aduen- 4
titiam. Profectitia dicitur quæ à patre vel
à paterno Auo profecta eſt de bonis vel facto
eius, *l.profectitia digeſt.de iur.dotal.* etiamſi

Digitized by Google

conſtituta ſit pro filia emancipata, quia non ius
poteſtatis, ſed parentis nomen dotem profecti-
tiam facit, *d. l. profectitia § ſi pater pro filia emancipa-
ta Mynſ. obſ. 32. cent. 5.* Aduentitia eſt † quæ datur
5 ab extraneo, vel quæ non proficiſcitur à patre
tanquam à patre, vt ſi extraneus dederit patri, vt
daret in dotem pro filia, vel pater debebat filiæ
& eius voluntate dedit in dotem viro, *d. l. profe-
ctitia § ſi quis certam & § ſeqq.* Profectitia redit ad
6 † patrem diſſoluto matrimonio, ſi erat in pote-
ſtate filia iure poteſtatis, *l. conſtitutus C. de bon. qua
lib &c.* vel tacitæ ſtipulationis duobus concurrē-
tibus, quod dotans ſit de aſcendentibus pater-
nis, & habeat in poteſtate, non iure ſucceſſio-
nis, *l. vnica § accedit C. de rei vxor. act. & ibi gloſ. &
Dd.* quando filia præmortua eſt in matrimonio
etiam extantibus liberis: *l. dot. à patre & ibi gloſ.
mag & Dd. C ſolut. matr. quemad. Bart. in l. poſt dotem
n. 29. ff. ſolut. matr.* præmortuo marito dos † com-
7 munis eſt patri & filiæ, & non ſolum in exigen-
da, ſed etiam in ſoluenda dote vtriuſq; volun-
tas exquiritur, nec alter alterius conditionē de-
teriorem facere poteſt, *l. filiæ C. ſolut. matr. l. 2. §.
quod ſi in patris & l. 3. ff. ſolut. matr.* ſed ſi pecunia ad
patrem peruenerit, actio de dote vtriuſq; tolli-
tur, *l. 3. in fine ff. ſolut. matr.* quia videtur filiā patri
conſentire niſi euidenter contradicat, *l. 2. § vo-
luntatem ff ſolut. matr.* nec patri licet, filia denuo
nubente, dotem diminuere, niſi forſan ſubſtan-
tia eius decreſcat aliqua fortuita clade: *Authent.
ſed quamuis C. de rei vxor. act.* ſi filia fuerit emanci-
8 pata, † dos ſine ſtipulatione expreſſa ad patrem
non reuertitur cum ipſa mulier videatur ſtipula-
ri cum ab extraneo datur, extraneus autem di-
citur qui eam non habet in poteſtate, *d. § accedit
C. de rei vxor. act.* tum quia per emancipationem
conſolidatur actio dotis filiæ, *l. vnica § videamus
C. de rei vxor. act. l. 2. § 1. ff. ſolut matr.* ergo ſi con-
ſolidatur iam quæſita patri, multo magis impe-
ditur acquiri poſt emancipationem, *Bald in l.
profectitia § ſi pater pro filia emancipata ff. de iur. dot.*
9 Pro dote aduentitia, actio competit † filiæ et-
iam inuito patre, *Bart in l. poſt dotem n. 25. ff ſolut.
matr.* & diſſoluto matrimonio redit ad filiam,
c. 1 & 2. & c. fin. § ſane hoc tit. & definit eſſe dotalis
poſtquam eſt reuerſa in poteſtatem mulieris, &
poteſt alienari, *Bald in l. 1 n. 1. C. ſine cenſ. vel reliquis
l. aliam ff de nouat.* præmortua vero filia in matri-
monio tranſit ad filios hæredes, *Authen. in ſucceſ-
ſione C. de ſuis & legit. lib. l. quod ſcitis C. de bon. qua lib.
Bart. in d. l. poſt dotem n. 26. ff ſolut. matr.*

Altera diuiſio eſt, quod dos alia eſt æſtimata,
† alia inæſtimata. In re dotali inæſtimata mari- 10
tus, † ac pater mariti dotem accipiens, præſtat 11
dolum ac culpam, qui ſui cauſa dotem accipit,
l. in rebus 1. & ibi gloſ. 1. & l. in rebus la. 2. ff. de iur. dot.
ac diligentiam qualem ſuis rebus adhibere ſo-
let, *l. ſi conſtante § ſi maritus ff. ſolut. matr. & ibi gloſ.
in ver. culpanda l. in rebus 1. & ibi gloſ. 1. ff de iur. dot.* de
caſu fortuito non tenetur, ſed res melior & de-
terior fit mulieri, *l. plerumq; in princ. ff de iur. dot. l.
cum poſt § fin. in fine ff. de iur. dot.* fructus eius, non
tamen partus ancillæ, *l. plerumq; § ſi ſerui ff. de iur.
dot.* cedunt marito pro oneribus matrimonii, *l.
pro oneribus C. de iur. dot. d. l. plerumque § ſi ſeru.* æſti-
matio fit dupliciter † vt ſciatur an res dotalis fa- 12
cta ſit deterior, & res ipſa eſt in dote, non æſti-
matio, ſed ſi eſt deteriorata etiam vſu mulieris
*l. æſtimata ff ſolut. matr. d. l. plerumque in princ. ff. ſolut.
matr.* debet reſtitui pretio taxato, nec vltra quic-
quam peti poteſt, & tenetur maritus de dolo,
culpa, & diligentia, non de caſu fortuito, *l. ſi inter
vir & vxor & ibi gloſ. fin. Bald. & Dd. C. de iur. dot. l.
cum poſt § cum res in dotem ff de iur. dot. l. æſtimatio ff.
ſolut. matr. l. 1. C. ſolut. matr.* aut æſtimatio facit
emptionem, † quod in dubio præſumitur, quā- 13
uis res dotales mulier in vſu habeat, *l. cum poſt §.
fin. verſ. pen ff. de iur. dot. gloſ. 1. in l. ſi inter vir. C. de iur.
dot. & ibi Dd. l. cum fundus ff. locat. l. quoties C de iur.
dot. Greg 15 deciſ. 573 n. 4. & 5 & ibi late annot.* pe-
riculumque rerum dotalium ad maritum perti-
net, etiamſi mulier eas attriuerit, *l. plerumque ff. de
iure dot.* & mulier tenetur actione ex empto, vt
præſtet quæ præſtanda ſunt, *l. cum dotem C. de iure
dot. l. ex conuentione C. de pact. l. quoties ff. de iure dot.*
ſed in caſu reſtitutionis repetitur actione de do-
te; quia non ſimplex venditio fit, ſed dotis cau-
ſa, *l. quoties § quæ ſententia ff. de iur. dot. gloſ. 1. in d. l.
cum dotem & ibi Bald. n. 4. C. de iur. dot.* tum quia
breui manu mulier videtur recepiſſe pretium,
& ſic ſublata eſt actio ex vendito, & ipſum in
dotem conuertiſſe. *l. ſane videndum ff. de iur. dot.
arg l. ſingularia ff ſi cert pet.* Quando mulier ceſſit
actionem de dote † alteri, quo caſu eſt vtilis, & 14
is eam intentet, non habet amplius illa priuile-
gia quæ habuiſſet ſi intentata fuiſſet directa per
ipſam mulierem, *Bald in l. 1. n. 6. C. de priuil. fiſci
Ioſ. in l. cum fundus § ſeruum tamen n. 15. ff. ſi cert. pet.
Mynſing.*

Mynſing.obſer.3.cent.3.vbi cumulat priuilegia actionis
15 de dote. Acconcium † ſiue præparamentum ſepa-
ratim à dote datum non eſt reſtituendum, l.ſi ego
§.fin. & ibi gloſ.in ver. commiſſe de iur. dot. theſ.dec.
195.n.6. ſed reſtituendum eſt quando eſt datum
ſimul cum dote, ita vt conſtituat vnicam ſum-
mam cum dote. Pariſ.conſ.95.n.15. vol.2. Card.Se-
raph.deciſ.126.& deciſ.132.l.inter ſocerum §.cum in-
ter patrem & ibi gloſ in verb. ſeparabitur ff.de pact.dot.
Theſaur.195.
16 Donatio propter nuptias adæquata † eſt do-
ti, ſicuti enim dos ante & poſt matrimonium
conſtitui, ac poſtea augeri poteſt, ita quoq; hæc
donatio, §.eſt & aliud Inſtit.de donat.l.ſi conſtante l.
cum multa C de donat.ante nupt. In eis quoque con-
ſtituendis & augendis ſeruanda eſt æqualitas
quantitatis & æſtimationis, & dilationis præ-
ſtationis, Authen.ſed iam neceſſe, auth. dos data C. de
don. ante nupt. Authen. æqualitas cum auth.ſeq.C.de
pact.conuent.Gail.obſ.78 lib.2. ſi quidem vir ære
alieno non impeditur, in qualibet re procedit
augmentum, at ſi debitor ſit, res immobiles o-
mnino incremento dotis proficiunt. ſi vero mu-
lier immobilis ſubſtantiæ domina, res mobiles
in augmentum dederit, in hac parte dotis nullo
vtetur aduerſus alios creditores priuilegio. Au-
then.ſed iam neceſſe C.de don.ante nupt. Præterea in
lucris nuptialibus æqualitas ſeruari debet, vt
quantam partem vir lucretur de dote, tantam v-
xor de donatione propter nuptias, l.ex more &
authen. æqualitas iuncta gloſ.in verb.lucris C.de pact.
conuent. vnde & pars quæ nihil intulit, nihil quo-
que capit, quæ vero minus dedit quam ſe datu-
rum promiſit, tantum dumtaxat recipit quan-
tum intulit, d. Authen.æqualitas cum authen.ſeq.C.de
pact.conuent. diſparibus pactis ſuper lucro initis,
maior lucri pars ad minorem deducitur, vt eo
modo vterque minorem partem lucretur, l.lege
Leonis C.de pact.conuent. Hodie ex conſuetudine,
17 vel nulla fit donatio, † vel alia forma vel minor,
& nulla etiam donatione facta dos conſtituta
tenet, & præallegata authen. æqualitas & ſeq.
per conſuetudinem ſunt ſublatæ, gloſ.fin.in d. au-
then.æqualitat.& ibi Dd. In conſequenda dona-
18 tione propter nuptias † vxor habet ius tacitæ
hypothecæ in bonis mariti, ſed non Ius præla-
tionis, l.vbi adhuc C.de iure dotium & ibi gl. in verbo
ſuppoſitas l.ſi conſtante §.intra C. de donat.ante nupt.
Couar.var. lib.1.cap.7. ſub n.1. Mynſ.obſ. 4.cent.5.
Summa in Decretal.

Paraphernalia † ſunt bona, quæ habet mulier 19
præter dotem, dicta à para quod eſt iuxta &
pherna quod eſt dos, l.fin. in princ. C.de pact.con-
uent.l.ſi ego ſcia §.dotis cauſa ff de iur. dot. l.pen.ff. ad
leg.falcid. & ſi maritus permittēte † vxore hæc ad- 20
miniſtrat, ſiquidē nomina, id eſt ſe nō fœnorati-
tias cautiones marito dederit, actiones omninò
apud vxorem remanent, ex ſola vero traditione
inſtrumentorum, maritus cenſetur conſtitutus
procurator ad exigendum, ac licentia ei data
eaſdem actiones mouendi apud competentes
Iudices nulla ratihabitione ab eo exigenda, po-
teſt eorum vſuras circa ſe & vxorem expendere,
pecunias autem ſortis quas exegerit tenetur ſer-
uare mulieri, vel in cauſas ad quas ipſa voluerit
diſtribuere, pro his habet mulier tacitam hypo-
thecam contra res mariti, l.vbi adhuc C.de iure dot.
& ibi gl.in verbo ſuppoſitas l. fin. C.de pactis con. Iaſ.in
§.fuerat.n.41.Inſtit.de act. Mynſ.obſ.4.cent.5. ſed nō
ius prælationis gl. in l.ſi ego in verbo ſed conduct.ff.de
iure dot. Couarr.lib.1.variar. reſ.c.7. ſub n.1. Mynſ.
obſ.4.cent.5. ex quo pecunias ille exegit, ſi ab ini-
tio in dotali Inſtrumento hypothecæ pro his
nominatim à marito ſcriptæ non ſint, quibus
mulier ad ſuam cautelam contenta eſſe debet,
quia ſibi præcauit; teneturq; maritus circa no-
mina & cautiones, dum apud eum remanent,
& dolum & diligentiam præſtare qualem circa
ſuas res habere inuenitur, ne ex eius malignita-
te, vel deſidia aliqua accedat mulieri iactura: l.
fin.C.de pact.conuent.& ibi Dd. quod ſi alias res ex-
tra dotem † marito dederit, quarum libellum ex 21
vſu vulgari Romano ſolet marito offerre, vt is
ſubſcribat, quaſi acceperit, & velut chyrogra-
phum eius retinet, non fiunt mariti, quia hoc
non agitur inter virum & vxorem, vt dominium
earum ad eum transferatur, l.ſi ego ſcia §.plane §.
verum ff.de iure dot. fructusq; ex eis etiam volun-
tate mulieris perceptor tenetur reſtituere ſi ex-
tant, conſumptos, ſi fuerint induſtriales, lucra-
tur, naturales magnos tenetur reſtituere, l pen.&
ibi Bart.ff.ad leg.falcid.l.ſi ſtipulata & ibi gloſ.in verb.
factus eſt ff. de donat. int. vir. & vxor. gloſ. in l.fin.in
verb.circa ſe C.de pact.conuent. in quantum factus
eſt locupletior, paruos non tenetur reſtituere, l.
ſi id quod §.ſi quas ſerui & l. verū ff.de donat.int.vir.&
vxor. Ratio diuerſitatis eſt quia in exigendo &
agendo ex nominibus & cautionibus fœnora-
titiis labor eſt, qualis non fit in fructibus. gloſ.in

d.l fin.in verb.circa ſe C.de pact.conuent. Aut non cō-
22 ſtat de voluntate † expreſſa vel tacita mulieris
quod marito adminiſtrationē paraphernalium
permiſerit, & cogitur maritus indiſtinctè omnes
fructus reſtituere, *l.pen. ff.ad leg falcid & ibi Alex. & Dd.Theſaur.deciſ.* 187.*n* 4.*in vtramq; partem*, ex
23 parapherno in pecunia numerata † ſeparatim à
dote promiſſo mulieri, non debentur ipſi fructus, & ſi qui fortè ſoluti fuerint, cōputantur in
ſortē principalē, quia pecunia ſterilis eſt & nullos parit fructus, *l.indeb.C.de vſur. Greg.* 15. *dec.* 80.
24 Præterea habet vxor bona receptitia, † quæ
dum dos daretur ex bonis ſuis ſibi retinuit, neq;
voluit eſſe in mariti poteſtate, in quibus maritus generalis Curatoris officio fungi non poteſt, vnius rei, aut actionis procurator eſſe poteſt, §.*iidem reſcripſerunt Inſtit.de excuſ.tut.vel curat. & ibi Mynſ.Bald in l.ſi quis §.Iulianus n.*4.*& ibi Bart. ff.de proc.Gail.obſ.*133.*li.*2.*pulchre Mynſ obſ.*53.*cent.*3.
25 Donatio quæ conſtante matrimonio † inter
coniuges fit ex qua alter locupletior, & pauperior alter efficitur, firmitatem non habet, niſi
26 donatoris obitu † confirmetur ſi traditio interueniat vel quaſi, *c.fin.in princ.hoc tit.& ibi Pan.n.*7. *& Can.l.donatio l.ſi maritus* 1. *C.de donat.inter vir.& vxor Mynſ.obſ.*33.*cent.*2. quando quantitatem legitimam non excedit, vel eam excedens actis
fuerit intimata, nam amplioris quantitatis donatio minime intimata, per ſilentium eius qui
donauit, non confirmatur, aut ſpecialiter eas in
27 vltima † voluntate donans confirmauerit ſine
vlla diſtinctione, ita tamen vt ſi quidem vltra
lege finitam quantitatem expoſita, minimè actis inſinuata fuerit, ſpecialis eius confirmatio
ex eo tempore vim habeat, ex quo eadem donatio confirmata eſt, ſi vero vel non amplior ſit
donatio, vel cum amplior eſſet, in actis inſinuata ſit, tunc & ſilentium donantis & ſpecialis cōfirmatio ad illud tempus refertur, quo donatio
conſcripta eſt, *l.antepen.C.de don.int.vir.& vxor.* quantum ad commodum poſſeſſionis, medii
temporis fructus, & partus, & vt de damno dato in re non teneatur, *l cum pater §. pater filia ff de leg.*2.*l ſi mortis cauſ.int.vir.& vxor. ff.de donat.cauſ. mort.* non quantum ad dominium, *arg.l.filia C. famil.erciſ Bald in d.l.pen.C.de donat.int.vir.& vxor.* quia nec initio dominium transferri poteſt, *l.à marito C.de donat.inter vir.& vxor.* Non conuale-
28 ſcit donatio † obitu donantis ſi diuortium interceſſerit, vel prior perſona quæ liberalitatem
accepit rebus humanis fuerit exempta, vel ab eo
qui donauit fuerit reuocata, *l.à marito C.de donat. inter vir.&c.c.fin.& ibi gloſ.in ver.tacite vel expreſſe hoc tit.* vel res donata à donante fuerit ſpecialiter
alteri obligata, donata, vendita, vel alio quolibet modo alienata, *l.ſi maritus la.*2.*C.de donat.inter vir.& vxor.* Quicquid acquiſiuit vxor conſtante matrimonio, id præſumitur eam acquiſiuiſſe ex bonis mariti, vt mala ſuſpicio turpis
quæſtus euitetur & ideo talia bona ſunt mariti
& hæredum eius, *l.Quintus ff.de don.int.vir.& vxo. l.etiam C.eod.c.ſignificauit hoc tit. Mynſ.obſ.*92.*cent.* 2. Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri principaliter
† ſuper diuortio & ſeparatione matrimonii, & 29
ſi ſententiam diuortii ferat, debet pronunciare
dotem reſtitui, etiamſi de cauſa matrimoniali
cognoſcat ex delegatione Summi Pontificis,
quia Iudex eccleſiaſticus iudicat de cauſa temporali laicorum, ſi venit acceſſorie ad cauſam
eccleſiaſticam, ac etiam de incidente quæſtione
temporali, *c.prudentia hoc tit.& ibi Pan.n.*2. nam
regulariter qui cognoſcit de principali debet
cognoſcere de acceſſorio, *c.preterea c.prudentia §. ſexto in fine c.ſuſpicionis de off.deleg l.*2.*ff.de iuriſd.omn. Iud.* etiamſi alias cognoſcere non poſſet, *l.quoties C.de iud.l.fin.C.vbi & apud quem.c.pen.de in integ reſtit.* Item matrimonio prius ſeparato † poteſt Iu- 30
dex eccleſiaſticus principaliter adiri ſuper reſtitutione dotis, *c.*2 *& ibi Pan.n.*2.*hoc tit.Pan.poſt Innoc.in c.*3.*n.*7.*hoc tit.* quia ratione connexitatis
ampliatur iuriſdictio, *c.quanto de iud.* ſeparato itaq; matrimonio † dos redit ad vxorem ſiue pa- 31
trem dotantem, *l.dos à patre C.ſol.matr.l.*2.*ff.ſol. matr.c.*1.*c.*2.*& c.fin.§.ſane hoc tit.* donatio vero
propter nuptias ad maritum, ſi ſit facta ſeparatio quoad thorum & mutuam ſeruitutem ex alio capite quam adulterii, *c.*2.*c.nuper in fine & c. fin.§.ſane hoc tit.* ſi ſeparatio matrimonii fiat ex
eo quod contractum fuit contra leges aut canones, *Pan.in c.& ſi neceſſe n.*10.*hoc tit.* aut contraxerunt per verba de præſenti illud ſcienter, &
habet locum confiſcatio dotis, & donationis
propter nuptias, & multo fortius ſi illud ſcienter conſummarunt in his qui ſuperiorem recognoſcunt, §.*ſi aduerſus ea in fin.& ibi gloſ.& Dd.Inſtit.de nupt.Pan.in c.& ſi neceſſe ſub n.*9.*hoc tit.* vbi
deeſt ſuperior de iure vel de facto, recurrendum
eſt ad Summum Pontificem ex generali poteſtate quam recipit à Deo, non vt vendicet ſibi
pœnam

Digitized by Google

pœnam à lege impoſitam, ſed vt Iuſtitiam faciat, qui poteſt ſi velit prouidere propter bonũ pacis, vel faciliorem diſſolutionem matrimonii, vt dos vel donatio facta pro conſeruatione illiciti matrimonii reſtituantur, *c. & ſi neceſſe & ibi Pan.n.8.& ſeqq.hoc tit.* Aut contraxerunt ignoranter, & attentis qualitatibus ignorantiæ fit reſtitutio hinc inde dotis & donationis, & non applicantur fiſco, quia amittere dotem vel donationem propter nuptias eſt perdere propriũ patrimonium. *Pulchre Bart in l.auunculo n. 4. ff. de condict.ſine cauſ. & ibi Dd. Anchar. in c. & ſi neceſſe n. 8.hoc tit.& ibi Can.*

De ſecundis Nuptiis. Titulus XXI.

SVMMARIA.

1 *Nuptiæ ſecundæ approbantur ab eccleſia ac tertia & vlteriores.*

2 *Non benedicuntur & ratio.*

3 *Sacerdotis benedicentis ſecundas nuptias pœna.*

4 *Pœna mulieri impoſita in odium ſecundi matrimonii aut propter feſtinationem ſunt ſublata.*

5 *Pœna quæ apponuntur mulieri tranſeunti ad ſecundas nuptias poſt annum luctus non ſunt ſublata.*

6 *Sunt communes vtrique coniugi.*

7 *Coniux tranſiens ad ſecunda vota non poteſt vllo liberalitatis titulo in ſecundam coniugem transferre plus quam reliquerit vni ex filiis primi matrimonii cui minus reliquit & quod vltra reliquit pro non ſcripto habetur, & explicatur l. hac edictali C.de ſec.nupt.*

8 *Coniuges ad ſecunda vota tranſeuntes quicquid titulo lucratiuo de prioris coniugis bonis cõſecuti ſunt, obnoxii ſunt liberis prioris matrimonii cõſeruare.*

9 *Dubitans de morte coniugis non poteſt tranſire ad ſecundas nuptias.*

DIVORTIO facto ſolent homines tranſire ad ſecundas nuptias, ideo ſubiicitur hic titulus. Secundæ nuptiæ approbantur ab eccle-
1 ſia, † ac etiam tertiæ & vlteriores, *c.aperiant 31.q.*
2 *1.* non benedicuntur, † *c.1. hoc tit.* imo ſi vnus ex Coniugibus fuerit alias benedictus, non debet de nouo benedici, *c.vir autem hoc tit.* quia benedictio ſemel habita durat, & qui tranſit ad ſecundas nuptias communicat ſocio vel ſociæ eam benedictionem, *arg.c.quod in dubiis de conſecrat.eccleſ.vel altar.* ſacerdos benedicens ſecundas
3 nuptias † punitur ſuſpenſione ab officio & beneficio, non ipſo facto, ſed per ſententiam, vel alia arbitraria pœna, attentis circumſtantiis & loci conſuetudine à qua poteſt abſolui per epiſcopum, *c.1.& ibi Pan.n.4.& ſeqq.hoc tit. Menoch. de arbitr.iud.cent.5.caſ.417.* Pœnæ mulieri impoſitæ † per leges in odium ſecundi matrimonii, 4
ſeu propter feſtinationem, vt quia contraxit nuptias intra annum luctus, *l.1.& authen.ibi poſitis & l.2.C.de ſecund.nupt.l.liberorum §.1.ff. de iis qui not.infam.* ſunt ſublata, *c.ſuper illa c fin.hoc tit.* nam cum mulier mortuo viro ſuo ab eius lege ſit ſoluta, & nubendi cui vult in domino tantum habeat facultatem, non debet ſuſtinere iacturam ſi conceſſa ſibi ab apoſtolo vtatur poteſtate, *c. fin.hoc tit.* viri vero vxores lugere iure ciuili non compelluntur, & ſponſi nullus eſt luctus, *l.vxores ff.de iis qui not. infam.* Pœnæ † quæ apponuntur 5
mulieri tranſeunti ad ſecundas nuptias poſt annum luctus non ſunt ſublatæ, *l. fœmina cum authen.& ll.ſeqq C de ſec.nupt. Gail.obſ.98.lib.2.* quia non ſunt appoſitæ in odium matrimonii ſed fauore liberorum, *Bart.in l.liberorum n.2.ff.de iis qui not.infam.Pan.in c.fin.n.3.hoc tit. & ibi Anchar.n.9. & 10.* tum quia ſunt communes † vtrique con- 6
iugi, *l generaliter cum authen. ibi poſitis C.de ſecund. nupt.* Ideo coniunx tranſiens ad ſecunda vota non poteſt vllo liberalitatis † titulo, vllo pacto, 7
vel relicto in ſecundam coniugem transferre plus, quam reliquerit vni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquit, & quod vltra reliquit, pro non ſcripto habetur, *l.hac edictali C. de ſecund. nupt.* quæ lex nõ mutat titulum inſtitutionis nouercæ aut vitrici, neque etiam mutat portionem ſiue bona eis relicta, ſed ſolum reuocat tãquam non ſcriptum illud plus relictum nouercæ aut vitrico, quod eſt vltra illud minus, quod filio prioris matrimonii eſt relictum, *d.l.hac edictali §. fin vero plus Angel. de Peruſ. in Authen. de non eligendo ſecund.nup.n.13.Rot.diuerſ.432.in princ.& deciſ.712. per totum par.1.* dum tamen relictũ fuerit vſq; ad legitimã, nam filio cui minus relictum eſt legitima, cum poſſit agere ad ſupplementũ legitimæ, videtur relicta legitima, & per conſequens coniunx ſecundi matrimonii debet habere quantũ valet legitima filii, ſiue filius egerit ad ſupplemẽtum legitimæ, ſiue non, quia ſuppletio à lege fit ipſo iure, *Dec. in l. humanitatis ſub n.7.verſ.ſecundo quia de ſupplemento & ibi Franc. Aretin. ſub numero 5. verſ. pro iſta quæſtione & Dd. Cod. de impub & aliis ſubſt. Mohed. deciſ.1. de teſtam. Put. deciſ. 1. libro 2.* ſi diſpo-

ſi diſpoſitioni d. l. hac edictali contrahens ſe-
cũdas nuptias contraueniat. Rota ſeruat quod
filii primi matrimonii conſequantur legitimam
iure naturæ ſibi debitam, & reliquum hæredita-
tis inter eos & vitricum ſeu nouercam diuida-
tur, *Rot. deciſ. 432. n. 1. & deciſ. 596. n. 1. par. 1. diuerſ.
Creſcent. deciſ. 4. de teſtam. poſt relatas quatuor opinio-
nes Rot. diuerſ. deciſ. 756. par. 3. lib. 3. plures cumulans
late Franc. Marc. quæſt. 23. & tribus ſeqq. par. 2.* ne
nouercalibus delinimentis, filii iniuria & da-
mno afficiantur, *l. 4. C. de inoff. teſtam.* ſi vero reli-
ctum ſit filio primi matrimonii pro eo & toto
quod petere poſſet ratione legitimæ, tunc reli-
ctum ſecundo coniugi transfertur in filium,
Crauett. conſ. 193. n. 13. Rot. diuerſ. deciſ. 596. n. 3. par. 1.
ſed tranſiens ad ſecundas nuptias non prohibe-
tur plus relinquere filiis natis ex ſecundo matri-
monio quam filiis primi, dummodo hos non
fraudet legitima, *Paul. de Caſtro in auth. vnde ſi pa-
rens n. 2. C. de inoff. teſtam. Dec. conſ. 245. per tot. Cra-
uett. conſ. 193. n. 11. Rot. diuerſ. deciſ. 432. n. 7. par. 1.
Franc. Marc. quæſt. 23. par. 7. Greg. 15. deciſ. 173. & de-
ciſ. 443.* Præterea coniuges ad ſecunda vota
8 tranſeuntes † quicquid titulo lucratiuo de prio-
ris coniugis bonis conſecuti ſunt, obnoxii ſunt
liberis prioris matrimonii conſeruare, *l. fœminæ
cum authen. ibi & l. generaliter cum authen. ibi C. de ſe-
cund. nupt. Mynſing. obſer. 24. cent. 5. per totum.* Mater
quæ per tranſitum ad ſecunda vota perdidit tu-
telam, etiamſi teſtamento data ſit tutrix, illam
poſt mortem ſecundi mariti indiſtincte reaſſu-
mere vetatur. *Cyn. in Auth. vt matri & auiæ in 8.
quæſt. C. quando mul. off. tut. fungi pot. Bald. in §. nos
autem ſub n. 48. Inſtit. de Attil. tut. Mynſ. obſ. 83. cent.
3.* Dubitans de morte † coniugis poteſt tranſire 9
ad ſecundas nuptias iure ciuili poſtquam con-
iugem per quinquennium expectauit, *l. vxores §.
ſi autem ff. de diuort.* Iure Canonico non poteſt
contrahere ſecundas nuptias, donec ei conſtat
quod ex hac vita migrauit coniunx eius, *c. 2. hoc
tit. & ibi Can.* Quod ſi ſecundum matrimonium
bona fide contraxerit, & ſuperueniat dubietas
de morte prioris coniugis, ei cum quo contra-
xit debitum non deneget poſtulanti, quod à ſe
nullatenus nouerit exigendum; ſi de prioris vita
conſtiterit, ſtatim relictis adulterinis complexi-
bus ad priorem coniugem reuertatur, *c. 2.
§. ſi vero & §. ſeq. hoc tit. &
ibi Can.*

IOAN. HONORII VAN AXEL SVMMÆ DECRETALIVM.

Liber Quintus.

De Accuſationibus, Inquiſitionibus & Denunciationibus.

Titulus I.

SVMMARIA.

1 ACCVSATIO eſt criminis alicuius hominis apud iudicem competentem inſcriptione interueniente, legitima facta delatio ad vindictam publicam.

2 ACCVSARE quilibet poteſt, niſi prohibeatur.

3 Exceptio de illegitimitate accuſatoris eſt dilatoria.

4 Prohibetur accuſare criminaliter, laicus clericũ.

5 Clerici ſacerdotem accuſare non poſſunt, qui ad eundem non poſſunt honorem promoueri

6 Monachi Abbatem ſuum accuſare poſſunt, alios non poſſunt.

7 Familiares vel ſerui alicuius domus, eum cuius familiaritati vel dominio inhærent.

8 Alimentatus à teneræ ætate, ſuum alimentatorem, frater fratrem.

9 Accuſatus ſuum accuſatorem de pari vel minore crimine non poteſt accuſare, de maiore poteſt.

10 Inimici capitales illiſque cohabitantes.

11 Et plures alij remiſſiue.

Quando plures ſimul veniunt ad vnum accuſandum, quid iuris ſit.

12 ACCVSARI poſſunt omnes paucis exceptis.

13 Semel accuſato & abſoluto, qualis exceptio eſt peremptoria.

14 Abſente.

15 Magiſtratu temporali niſi circa officium delinquat, & alij plures remiſſiue.

16 IN ACCVSATIONE proceditur oblato libello, & quid debeat continere.

17 In ea non admittitur procurator, nec ad agendum, nec defendendum.

18 Accuſato & accuſatore comparentibus vterque ex vinculis cauſam dicit arbitrio iudicis.

19 Si accuſatus citatur, non comparet lite non conteſtata, vtroque iure annotantur eius bona.

20 Si lis eſt conteſtata, & liquet de cauſa in maioribus criminibus, in quibus imponitur pœna corporis afflictiua, nunquam fertur definitiua contra reum abſentem, in minoribus vero quæ pœnam relegationis vel aliam imponunt, fertur definitiua.

21 Accuſator poſt productam accuſationem ante citationem accuſati impune deſiſtit.

22 Si accuſator poſt citationem accuſati ante litem conteſtatã non comparet, quomodo ſit procedẽdũ.

23 Si accuſator accuſationem conteſtatus fuerit, & intra ſtatutum tempus accuſationem perſequi ſuperſederit citra abolitionem, quomodo puniatur.

24 CRIMINALIVM cauſarũ iudices ſunt epiſcopi.

25 Qui dum exercent iuriſdictionalia ex diſpoſitione iuris communis, tam in ciuilibus quam in criminalibus tenentur conuocare ſua capitula, & eorum requirere conſilium vel conſenſum.

26 Quando capitula cathedralium vel collegiatarũ eccleſiarum ſunt exempta à iuriſdictionẽ epiſcoporum, & ſunt ſedi apoſtolicæ immediate ſubiecta [illegible] decretalium epiſcopus capitulo certum term[illegible] præfigit ad correctionem faciendam.

27 Ex decretis Concilij Tridentini quando extra viſitationem ex officio proceditur, vel ad petitionem alicuius, contra obtinentem dignitatem vel canonicatum capitulum initio cuiuslibet anni eligit ex capitulo duos.

28 Qui vero non obtinent dignitates, nec ſunt de capitulo, ij omnes in cauſis eccleſiaſticis epiſcopo ſubijciuntur.

29 Quando vniuerſum capitulum delinquit, epiſcopus ſolus procedit abſque conſilio & conſenſu duorum de capitulo.

30 Regularis exemptus extra clauſtra delinquens, à quo ſit puniendus.

31 Clerici ſæculares exempti de eorum criminibus & delictis, à quo puniantur.

32 Si capitula ſiue religioſi aut clerici ſæculares ſint

Digitized by Google

exempti à ſuo ordinario, & immediate alteri quam ſummo pontifici ſubijciuntur, puta metropolitano, an decreta Conc. Trid. locum habeant.

33 ACCVSATIONIS *multiplices ſunt effectus, primo accuſatus non poteſt promoueri ad eccleſiaſticas vel ſeculares dignitates.*

34 *2. Quando ex eodem facto, vel ex duobus factis inuicem contingentibus, ab actore mouetur cauſa ciuilis, & ante litem in ea conteſtatam, vel antequam liquet, & concluſum ſit in cauſa ciuili, aequeprincipaliter accuſatio criminalis intentatur à conuento, tunc criminalis facit ſilere ciuilem ratione praeiudicij.*

35 *3. Accuſatus pendente accuſatione ab alio ſuper eodem crimine non poteſt deferri.*

36 *4. Iudex in criminalibus tantum non poteſt abſoluere reum à crimine eundemque condemnare ciuiliter ad rei reſtitutionem, ſed quando conſtat ſibi de delicto, poteſt reum condemnare ex officio ad reſtitutionem rei ſimiliter emiſſa ſententia in cauſa criminali.*

37 *5. Accuſatus antequam reus factus eſt, vel accuſatio ſit conteſtata, poteſt accuſatorem ſuum reaccuſare, quando perſequitur ſuam aut ſuorum iniuriam, aut de crimine maiori, non pari vel minori, ſed poſtquam reus factus, non poteſt reaccuſare, etiam de maiori, niſi crimen, quod ſecundo infertur, ſit maius & praeiudiciale ad primum.*

38 APPELLATIONIS *cauſa in criminalibus à ſententia Epiſcopi vel ipſius Vicarij generalis à ſede apoſtolica committenda eſt metropolitano ſeu illius vicario, aut vnus ex vicinioribus epiſcopis ſeu illorum vicarijs, non autem inferioribus iudicibus.*

39 ACCVSATIONIS *pœna iure canonico eſt capitis diminutio, ſiue depoſitio ab ordine vel degradatio.*

40 ACCVSATIO *criminalis tollitur ſpacio viginti annorum.*

41 INQVISITIO *eſt alicuius criminis praecedente clamoſa diffamatione, & quaſi denunciante, fama ex bono & aequo à iudice competente facta inueſtigatio.*

42 PRAELATI *quilibet inquirunt cõtra ſuos ſubditos.*

43 INQVISITIO *quaedam eſt generaliſſima.*

44 *Quaedam eſt generalis.*

45 *Quaedam ſpecialis, quae fit contra certam perſonam, & haec poteſt fieri dupliciter ex debito officij ad peccatum euitandum.*

46 *Item fit de crimine ad vindictam publicam, ſiue pœnam imponendam, quam ſemper debet praecedere infamia, & eſt iudicium ordinarium.*

47 *2. In ea requiritur, vt ſuper infamia cognoſcatur inquiſito excipiente.*

48 *3. Quod inquiſitus citetur, & ſi comparet, iuris ordo ſeruandus eſt in deciſorijs, non praeparatorijs.*

49 *4. Quod epiſcopus conuocet canonicos cathredalis eccleſiae.*

50 *5. Quod copia capitulorum inquiſitionis tradatur inquiſito, ſi petierit antequam iudex incipiat inquirere de veritate criminis.*

51 *6. Dicta & nomina teſtium ſunt inquiſito publicanda, nec non exceptiones & replicationes legitimae ſunt admittenda.*

52 *Contra inquiſitum ſi contumax fuerit, iudex teſtes recipit lite non conteſtata, & per ſententiam punit.*

53 *Inquiſitionis ſpecialis introducta effectus eſt idem qui accuſationis.*

54 *Inquiſito, crimine probato pœna imponitur ſecundum perſonae merita, & qualitatem exceſſus diſcretione iudicantis moderanda.*

55 *Officium iudicis ad inquirendum praeſcribitur viginti annis.*

56 ACCVSATVS *vel inquiſitus de crimine, & ob vrgentia iudicia tortus, ſi crimen non ſit confeſſus, an debeat abſolui definitiue, & ei ex tali abſolutione competat exceptio peremptoria rei iudicatae.*

57 DENVNCIATIO *eſt criminis alicuius apud iudicem ſine inſcriptione legitima facta, delatio ad pœnitentiam peragendam, vel ad pœnam legitimam imponendam, vel ad vtrumq;.*

58 *Quadruplex eſt, euangelica, iudicialis, canonica, regularis.*

59 IN EVANGELICA *denunciatione ſex requiruntur, & quomodo ea probentur.*

60 *Quilibet poteſt denunciare euangelicè, & quinam ad eam teneantur ex praecepto.*

61 *Denunciari poteſt quilibet perſeuerans in crimine.*

62 *Denunciatus repellit denunciantem per obiectum criminis.*

63 *In ea non ſeruatur ordo iuris.*

64 *Effectus eſt, vt peccator pœniteat.*

65 IVDICIALIS *denunciatio alia eſt publica, alia eſt priuata.*

Publica eſt, quando iudex ex officio ſuo nulla monitione praecedente ad denunciationem ſuorum offici-

officialium procedit citra ſolemnia accuſationum.

66 *Denunciatores conſtitui poſſunt ab iis, qui habent merum & mixtum imperium.*

67 *Ipſis incumbit neceſſitas probandi parte citata, ea quæ denunciarunt, nec citra periculum ſui.*

68 *Inquiſitionis proceſſus in quibus differat à proceſſu denunciationis.*

69 *Denunciationis publicæ effectus eſt idem, qui accuſationis.*

70 *Priuata iudicialis denunciatio competit leſo propter ſuum intereſſe, in foro ſeculari expeditur nulla præmiſſa monitione, ſiue fiat ab illo, qui non poteſt agere, ſiue proponatur condictio certi, vel ſine cauſa per l. ſi & me & Titium ff. ſi cert. pet. cuius remedium eſt ſubſidiarium.*

71 *In foro eccleſiaſtico requiritur in ea bina monitio.*

72 *In ea denuncians non compellitur exceptione criminis.*

73 *Iudex eccleſiaſticus in quibus caſibus admittit denunciationem priuatam.*

74 *Denunciatus poteſt excipere, quod poteſt haberi regreſſus ad iudicem ſecularem.*

75 *Et allegare iuſtam cauſam quare contra conſcientiam non teneat.*

76 *In ea ſeruatur ordo iuris.*

77 CANONICA *denunciatio alia eſt ſpecialis, alia generalis, ſpecialis competit ei ſoli, cuius intereſt habere bonum prælatum aut ſubditum.*

78 *Requirit præcedentem infamiam ac monitionem.*

79 *Denuncians repellitur exceptione criminis.*

80 *Generalis vel publica eſt, quando de impedimentis matrimonij, vel delictis perpetrandis, vel perpetratis, quæ recipiunt augmentum propter multiplicationem actuum aut continuationem iniuria agitur.*

81 *Non requirit monitionem præcedentem.*
Quilibet eam facit.

82 *Ordo iuris in vtraque tam generali quam ſpeciali eſt ſeruandus, ac manifeſta requiruntur probationes.*

83 *In vtraque poteſt interuenire procurator.*

84 *Tendunt ad finem corrigendi.*

85 REGVLARIS *denunciatio eſt, quæ expeditur ſecundum diuerſas religioſorum conſtitutiones de plano & ſimpliciter.*

86 EXCIPITVR *ſæpius de crimine, & eſt conſiderandum ad quem finem tendat exceptio criminoſa, quando obijcitur, vt ab accuſatione vel teſtificatione aliquis repellatur, non eſt neceſſaria inſcriptio.*

87 *Quando opponitur, vt quis à promotione officij vel beneficij excludatur, ſi ante confirmationem crimen obijcitur, excipiens non tenetur ſe inſcribere.*

88 *Si poſt confirmationem obijcitur, cum ordinandus fuerit aliquis, aut etiam conſecrandus, excipiens aſtringitur ad pœnam extraordinariam ſecundum arbitrium iudicis diſcreti.*

89 *Criminoſus non admittatur ad excipiendum de crimine.*

90 *Notorium crimen non indiget aliquo proponente accuſationem, aut aliqua probatione, ſed ſententia tantum in iudicio publicatur dato termino ad ſe defendendum.*

IN LIBRO quinto compilator tractat de criminibus, & pœnis eorũ,
ſuper quibus proceditur quandoq;
per accuſationem, quandoque per
inquiſitionem, quandoque per denunciationem,
ideo ſubijcitur titulus de accu-
ſationibus. Accuſatio † eſt criminis alicuius 1
hominis apud Iudicem competentẽ inſcriptio-
ne interueniente, legitima facta delatio ad vin-
dictam publicam, *Felin in rubr. huius tit. n. 3.* Qui-
libet poteſt accuſare † niſi prohibeatur, *Inſtit. de* 2
publ. iud. in fi. princ. l. qui accuſare ff. de accuſ. exceptio
de illegitimitate accuſatoris † eſt dilatoria, & 3
proponenda eſt ante litem conteſtatam, ſeu an-
tequam nomen accuſati receptũ ſit inter reos,
*c. 1 & ibi Pan. n. 1. & 3. Felin. n. 2. hoc tit l ſi maritus §.
lex Iulia verſ. præſcriptiones ff. de adult. c. exhibita de
iud.* poſtea proponi non poteſt, niſi ab eo qui i-
gnorauit hanc exceptionem ſibi competere, *c.
paſtoralis de except. c. ſi quis epiſcoporum §. exceptio &
ibi gloſſ. mag. 3. quæſt. 6. dictum eſt ſupra tit. de ex-
cept.* Prohibetur accuſare criminaliter laicus † 4
clericum, *c. cum P Manconella & ibi gloſſ in verb lai-
cus & Can. hoc tit.* etiamſi eſſet patronus eccleſiæ,
*Pan. in d. c. cũ P. Manconella n. 6. 2. qu 7. in ſumma &
ibi gloſ.* quia laicus præſumitur ex odio accuſare
clericum, *c. nullus c. laico c. laicos c. laici 2. quæſt. 7.* &
debet clericum reuereri tanquam patrem, *c. ſa-
cerdotes & 1. & c. oues 2. quæſt. 7.* Imo laicus ciuiliter
non poteſt accuſare clericum, quia laicorum
non intereſt intromittere ſe de clericis, *Pan. in c.*

Digitized by Google

illa n.5. hoc tit. late Felin. in c. ex parte n.6. & ſeqq. de
teſtib. & atteſt. vbi limitat quatuor modis & ibi Pan.
n.5. excipe patronum eccleſiæ, & parochianos,
qui de crimine ciuiliter agere poſſunt contra
Prælatum, vt priuetur eccleſia, quia eorum in-
tereſt habere bonum Prælatum, c. Maximinianus
& ibi gl. in ver. querelam 81. diſt. c. filijs 16. qu. 7. Felin.
in d.c. ex parte n.8. de teſtib. &c. & ibi Pan. ſub n. 5.
Pan. in d. c. illa n.5. hoc tit. fallit regula principalis
quando laicus proſequitur ſuam vel ſuorum in-
iuriam, c. de cætero de teſtib. &c. & in criminib. ex-
ceptis ſimoniæ, c. tanta de ſim. c. ſane 15. quæſt. 3. c. ſi
quenquam C. de epiſc. & cleric. hæreſis, c. ſacerdotes
2. quæſt. 7. læſæ maieſtatis, l. famoſi ff. ad leg. Iul. ma-
ieſt. c. inprimis §. de perſona Ianuarij 2. quæſt. 1. gloſſ. in
c. cum P. Manconella in verb. laicus & ibi Pan. n.6. &
Can. defraudatæ annonæ, c. prohibetur §. mulie-
rem & ibi gloſſ. in ver. ad annonam 2. quæſt. 1. ſacrile-
gij, c. inprimis §. de perſona Ianuarij 2. quæſt. 1. in
quibus & conſimilibus criminibus laici bonæ
famæ admittuntur; laici malæ famæ & perſo-
næ viles, ita demum admittuntur, ſi clericus ſu-
per iſto crimine ſit infamatus, c. inprimis §. ſi quis
in hoc genus verſ. quod autem dicitur 2. quæſt. 1. & ibi
gloſ. in verb. crimine c. tanta c. per tuas de ſimon gloſſ. in
c. cum P. Manconella in verb. laicus hoc tit. approbata,
ibidem per Pan. ſub n.6. & Can.

Clerici accuſare ſacerdotes † criminaliter nõ
5 poſſunt, qui ad eundem nõ debent, nec poſſunt
honorem promoueri, c. beati c. ipſi apoſtoli c. ſa-
cerdotes & 2. quæſt. 7. nam in accuſatione crimi-
nali, pari paſſu ambulant accuſatio, teſtimoniũ,
ordo, gloſſ. in d. c. apoſtoli, Monachi Abbatem †
6 ſuum accuſare poſſunt, alios non poſſunt accu-
ſare, c. nullus monachus 2. quæſt. 7. c. ex parte tua h. tit.

Familiares vel ſerui † cuiuslibet domus cu-
7 iuſcunq; criminis delatores atque accuſatores
contra eum cuius familiaritati vel dominio in-
hærent in ipſa expoſitione criminum, atq; accu-
ſationis exordio, vltore gladio feriuntur, vocem
enim funeſtam intercidi oportet potius quam
audiri, l. ſen. & l. fin. C. qui accuſ. non poſſ. c. ſi. §. ſi quis
8 3. qu. 11. alimentatus † à tenera ætate ſuum ali-
mentatorem, & frater fratrem de cauſa capitali
non accuſat, l. ſi magnum l. iniquum C. de iis qui ac-
9 cuſ. non poſſ. accuſatus ſuum † accuſatorẽ de pari
crimine, aut minore, nõ poteſt accuſare, niſi ſuã
ſuorumq; iniuriam exequatur, ita tamen, vt &
ipſe inſcriptionẽ contra accuſatorẽ etiam pen-
dente accuſatione deponere poſſit, de maiori
poteſt. l. 1. l. neganda C. de iis qui accuſ. non poſſ. quia
non relatione criminis, ſed innocẽtia reus pur-
gandus eſt, l. is qui reus ff. de public. iud. & ibi pulchrè
Bald. repellũtur quoq; ab excuſatione inimici † 10
capitales, illiſq; cohabitantes, c. repellantur & ibi
Pan. n.4. & 5. h.t. etiamſi inimicitia cauſata ſit
culpa ipſius accuſati, argum. l. nec timorem ff. de eo
quod met. cauſ. geſt. erit c. veniens & 2. & ibi gloſſ. fin.
de ſponſ. Pan. in d. c. repellantur ſub. n.5. hoc tit. dum-
modo accuſati abſit malitia, l. 1. §. in cauſa verſ.
cum quis latrones ff. de quæſti. nec attendi debet an
proceſſerit iuſta cauſa vel iniuſta, ſed an potue-
rit prouocare animum ad inimicitiam, l. 1. & i-
bi Bart. ff. de iis quib. vt indig. leg. auf. Pan. in c. me-
minimus n. 8. hoc tit. Pan. in c. 1. n.2. de iud. quæ-
nam inimicitiæ graues & capitales cenſeantur,
relinquitur arbitrio Iudicis, c. cum oporteat & ibi
gloſſ. in verb. inimicos hoc tit. l. licet & ibi gloſſ & DD.
in verb. capitales ff. de arbitr. Præterea prohiben-
tur accuſare † enumerati in l. qui accuſare ff. de 11
accuſat. & in c. prohibentur 2. quæſt. 1. & per
Oenotomum & DD. Inſtit. de public. iud. in
in princ. n. 6. & ſine accuſatore nemo da-
mnari debet, c. de manifeſta 2. quæſt. 1. l. reſcripto
§. ſi quis accuſatorem ff. de mun. & honor. gloſſ. 1. in l.
3. C. de iis qui accuſ. non poſſ. C. fin. ff. de priuat. de-
lict. Capra concluſ. 74. c. nihil. 2. quæſt. 1. Quando
plures ſimul veniunt ad vnum accuſandum an-
te nomen accuſati receptum inter reos, l. reos l.
qui de crimine acc. ſi plurium intereſt principaliter,
vt filiorum de homicidio patris, plures ad accu-
ſandum admittuntur, l. 3. §. ſi ad plures ff. de ſepul.
viol. Bart. in l. ſi plures ff. h. tit. Quod ſi nullius prin-
cipaliter intereſt Iudex, exceptione oppoſita eli-
get vnum, qui accuſet cauſa cognita, æſtimatis
accuſatorum perſonis, d. l. ſi plures & ibi Bart.
quod ſi non fuerit exceptum, procedit accuſa-
tio plurium, l. ſi accuſatoribus C. de accuſat. & ibi
poſt gloſſ. 1. DD. Bart. in d. l. ſi plures.

Accuſari poſſunt omnes † paucis exceptis, l. 12
hos accuſare ff. h.t. in qua enumerantur perſonæ quæ ac-
cuſari non poſſ. ſemel accuſato, l. ſi cui §. 1. ff. h.t. c. de
his h. tit & ibi gl. mag. & Can. qualis exceptio † cõ- 13
tra accuſationem ſecũdo loco propoſitã ab ab-
ſoluto in prima, eſt peremptoria, quia de delicto
vnius hominis ſæpius quæri nõ debet, l. licet §. ſi.
in fin. ff. nautæ caup. ſtab. &c. Pan. in c. de his poſt gl. h.t.
vbi ponit duas fall. Bar. in d. l. ſi cui. §. 1. ff. h.t. & ibi DD.
abſentes,

Digitized by Google

14 abſente, † contra quem in cauſa capitali non
poteſt procedi, niſi per annotationem bono-
rum, & ſi ad condemnationem eſt proceſſum,
ſententia eſt nulla, *c. accuſatorum 2. quæſt. 8. l. ab-
ſentem C. de accuſat. c. abſens 3. quæſt. 9.* Magiſtratu
15 † temporali, niſi circa officium delinquat, *Au-
then. vt Iudex ſine quoque ſuffragio §. illud & 2.* etſi a-
lias accuſaretur admittitur accuſatio, ſed dif-
fertur examinatio vſque ad finem honoris da-
ta cautione de iudicio ſiſtendi, *l. ſi adulterium §.
fin. in fine ff. de adult. gl. in l. hos accuſare in verb. ma-
giſtratum populi ff. hoc tit. & DD.* & alij enumerati
per Oenot. tit. de pub. iud. in Inſtit. n. 7. & ibi
DD. Bannitus pro vno delicto de alio delicto
accuſari poteſt, verum citatus ad perſonaliter
comparendum, poteſt petere ſibi concedi ſal-
uum conductum à Principe, Senatu, vel Iudi-
ce, ad hoc vt poſſit comparere & ſe defendere.
*Bart. in l. is qui reus n. 12. per illum text. ff. de pub. iud.
Iul. clar. lib. 5. § fin. pract. crimin. quæſt. 16. n. 4. &
quæſt 32 n. 12.* inceditur in accuſatione oblato
16 † libello, qui continere debet nomina accu-
ſantis & accuſati, crimen, locum commiſſi cri-
minis, locum loci, annum, menſem, ſed non di-
em vel horam, inſcriptionem ad pœnam talio-
nis, & ſubſcriptionem accuſatoris, *l. libellorum
ff. hoc tit c. ſuper his hoc tit. & ibi gloſſ. in ver. oportet
inſcribi & Pan. & Can. c. poſt ſcripta §. libellorum 2.
quæſt. 8. latè Oenot. Inſtit. de public. iud. in princ. nu.
10. gloſſ. in c. tua in ver. in lege ciuili de procurat. &
ibi Hoſt. n. 4. c. nullus. §. inſcriptio 4. quæſt. 4. & ibi
text. ponit. 4. caſus in quibus inſcriptio non eſſe neceſſa-
ria.* & ſi non apponatur locus ſeu tempus tunc
libellus eſt ipſo iure ineptus & Iudicium nul-
lum, etiamſi non opponatur, *l. libellorum 5. quod ſi
libelli & ibi Bart. ff de accuſ. Mynſ. pulchre diſtinguens
obſ. 22. cent. 2.* præterea accuſator debet dare fi-
deiuſſionem de exercenda accuſatione, *l. qui cri-
men C. de ijs qui accuſ. non poſſ. l. ſi cui in fin. princ. &
ibi gloſſ. mag. & add. hoc tit.* petente accuſato diem
certam exprimi, quia forte intendit probare
quod eo die erat in alio loco remoto à loco de-
licti, cogitur accuſator diem ſpecificare arbi-
trio Iudicis: *Bart. in l. is qui reus ſub n. 10 ff. de publ.
iud. Clar. lib. 5. § fin. pract. crim. quæſt. 12. n. 13. Caſ.
deciſ. 1. n. 6. hoc tit. Mynſ. obſ 40 cent. 2.* in ea non
17 admittitur procurator † nec ad agendũ nec de-
fendendum, niſi ad allegandum cauſas abſen-
tiæ ſeu alias exceptiones non tangentes crimẽ,

*c. veniens & ibi gl. 1. mag. quæ ponit fall. & DD. h. tit.
c. abſ. 3. quæſt. 9. c. in criminalibus 5. quæſt. 3. l. pen. § 1.
ff. de publ. iud. & ibi DD.* Accuſato & accuſatore † 18
cõparentibus, vterq; ex vinculis cauſam dicunt
arbitrio Iudicis, *l. 1. ff. de cuſtod. & exhib. reor. c. 6. §.
in omnib. ſeſſ. 25. Mynſ. obſ. 69. cent. 5.* in quibus de-
tineri debent, donec cognitio veritatis reperi-
tur celebrata; *c. quiſquis 2. quæſt. 8. c. fin. 3. quæſt. 9. l.
nullus in fin. C. de exhib. reis & ibi Bald. & DD.* quod
ſi accuſatus legitime citatus non † comparet, li- 19
te non conteſtata vtroq; iure ciuili & canonico
annotantur eius bona, & clericus, ſi Iudici vide-
bitur, priuatur ſuis beneficijs, *c. quamuis §. in cau-
ſis & § ſeq. ſeſſ. 25. quod diuerſas contumaciæ pœnas re-
linquit in arbitrio iud.* nec alterius proceditur, *l. 1.
ff. de requir. reis & l. abſentem ff. de pœn.* poſt annum
ſi non redierit, bona in fiſcum coguntur, *l. ſi quis
reum ff. de requi. reis* nec ſuper bonis aut beneficijs
auditus, ſed bene auditur ſuper crimine, *l. 2. C. de
req. reis l. pen. & fin. ff eod. Bell. 3. quæſt. 9. in ſumma n. 3*
is qui reum criminis, pro quo ſatis dedit nõ ex-
hibuerit, pœna pecuniaria plectitur, ſi dolo nõ
exhibet extra ordinẽ damnatur, ſed ſi neq; cau-
tione neq; decreto præſidis quantitas certa cõ-
prehenſa eſt, ac nec cõſuetudo oſtenditur, quæ
certam formam habeat, Iudex de modo pecu-
niæ quam inferri oporteat, ſtatuet: *l. ſi quis reum
ff. de cuſt. reor.* ſi lis eſt conteſtata † & liquet de
cauſa in maioribus criminibus in quibus impo- 20
nitur pœna corporis afflictiua, nunquam proce-
ditur aut fertur definitiua contra abſentem, *l.
annus ff. de requirent reis & ibi DD. Gemin. 3. qu. 9. in
ſum. n. 4 Prapoſ. n. 3.* quia ſententia eſſet fruſtra-
toria, & non poſſet habere excuſationem, cum
ea ſit facienda in perſonam. In minoribus verò
quæ pœnam relegationis, damnũ exiſtimatio-
nis, aut pœnas pecuniarias continent, procedi-
tur & fertur ſententia contra abſentem. *l. abſen-
tem ff. de pœnis Gemin. 3. q. 9. in ſumma n. 4. Prapoſ. n.
3. licet ibi gl. mag. & poſt eam Archid. aliter diſtinguant
& Goffr. in ſumm. tit. de dol. & contem. ſub n. 8. verſ. in
criminal.* Accuſator ante litem conteſtatã † poſt
productam accuſationem ante citationem ac- 21
cuſari impunè deſiſtit. *Bald. in l. 1. nu. 4. C. vt crim.
quæſt. intr. cert. temp. ſerm. Bart. in l. quæritum ff. ad
Turp. Pan. in c. licet ſub n. 6. h. t. Butr. in fin. & Can. qui
latius diſting.* quod ſi accuſator poſt † citationem
accuſatiante litem cõteſtatã nõ comparet, edi-
cto citandus eſt per interualla triginta dierũ ſi-

cut in cauſa ciuili, vt veniat ad cauſam peragen-
dam, & ſi non affuerit non ſolum extra ordinē
æſtimatione Iudicis puniendus eſt, ſed etiam
ſumptus quos in eam rem, & circa ipſum iter ad
litem vocatus fecerit, dependere cogetur, *l. qui
crimen C. de ijs qui accuſ. non poſſ. & ibi gl. in ver. edicto
admonendi & ibi Bald. nu. 16. in fine l. abſentem ff. de
pœn.* vel certa perficiendæ accuſationis tempora
Iudex ſtatuit, intra quæ ſi agere ſuperſederit, re-
nunciare cauſæ intelligitur, *l. ſi ea C. de ijs qui ac-
cuſ. non poſſ.* nam, licet cauſæ criminales etiā mi-
xtæ, *Hoſt. in c. tuæ n. 6 poſt gl. fin. de proc. per l. Pap. §. ſi
quis ff. de inoff. teſta.* omnimodo intra duos annos
à conteſtatione litis connumerandos finiri, nec
vlla alia occaſione ad ampliora produci poſſint
tempora, *l. fin. C. vt intra certum tempus crim. ff gl. 1.
in fin. in c. de cauſ. de off. de leg. & ibi Can.* excluſa ſpe
reſtitutionis in integrum, *l. auxilium ff. de minor.
25. annis l. abolitionem & ibi Bald. C. de adult. Odd. de
reſt. in integ. par. 2. q. 89. art. 3.* tamen & prius poteſt
Iudex feſtinare, & ſtatuere recitius tempus ad
teſtes producendos & alia facienda, vltra quod
non audiatur accuſator, *gloſſ. 1. in l. ſi ea C. de ijs qui
accuſ. non poſſ. & ibi Bald. nu. 10. c. licet & ibi gl. ſuper
verb. trium menſ. & Can. de prob.* Quiſquis accuſa-
tor reum in iudicio de crimine publico ſub in-
ſcriptione detulerit & litem conteſtatus fuerit
23 ſi intra ſtatutū tempus † accuſationem cęptam
ſine iuſta cauſa cognitæ veritatis ex nouiter de-
ductis per accuſatum, *l. deſtitiſſe ff. de iud.* perſequi
ſuperſederit citra abditionē, vel vltima die ad-
eſſe neglexerit, quarta bonorum omnium par-
te mulctatur, & infamia, *l. 1. C. vt intra certū tem-
pus crim. quæſt. term.* ac etiam tenetur Senatuscō-
ſulto Turpiliano, *l. 1. C. ad ſen. C. Turpil. & ibi gl. 1.
l. ab accuſat. §. deſtitiſſe ff. ad Turp.* quo pœna quinq;
librarum auri in deſiſtentem ſtatuitur, *l. 3. verſ.
fin. ff de prauar.* & infamia, ac etiam pœna ex-
traordinaria, & à fideiuſſore dato de proſequē-
da lite quantitas promiſſa exigitur, *l. 2. C. ad ſen.
C. Turpil. l. qui crimen C. qui accuſ. non poſſ. gl. in 3. in
verb. deſtituiſſe ff. de prauar. & ibi DD.* & agere am-
plius & accuſare prohibetur, *l. qui deſtit. ff. ad Turp.*
Abolitio priuatim à præſidibus poſtulari & im-
petrari ſolet, item pro tribunali, non de plano;
ſi plura crimina idem eidem intulerit, ſingulo-
rum debet abolitionem petere, alioquin prout
quid omiſerit, eius nomine Senatusconſulti
pœnam patietur, *c. ſi quem §. ſi quis autem 2. quæſt. 3.*
l. 1. in fine princ. ff. ad Turpill. Is qui libello, aut Prin-
cipi aut Iudici dato publicum crimē falſi ſe ob-
iecturum minatus eſt, ſi non obiecerit, Turpi-
liano non tenetur, *l. quæſitum ff. ad Turpill. & ibi
gloſſ. fin. & DD. c. licet hoc tit.* ſed perpetuum ſilen-
tium ei imponitur, *d. c. licet hoc t.* Deſiſtens à pri-
uato crimine intentato vel extraordinario non
punitur Turpiliano, ſed alias Iudicis officio, *l. ſi
quis repetere §. ſi ſtellio natus l. in priuatis ff. ad Turpil.*
Secundum canones omne crimen quaſi pub-
licum cenſetur, vnde per tranſactionem ſiue
gratiam à lite recedere non licet. *gl. in c. 1. in verb.
gratiam circa med. de colluſ. deteg. & ibi Can.*

Criminales cauſæ non Decani, Archidiaco-
ni, aut aliorum inferiorum iudicio etiam viſi-
tando, ſed Epiſcopi † tantum examini & iuriſ- 24
dictioni ex decretis Concilij Tridentini relin-
quuntur, *c. cauſa omnes §. ad hæc ſeſſ. 24.* prout iure
decretorum ſtatutum erat, *c. viſit. ante fin. 16. q. 2.*
Legati quoq; de latere, Nuncij, Gubernatores
aut alij quarumcumq; facultatum vigore con-
tra clericos aliaſue perſonas eccleſiaſticas, niſi
Epiſcopo prius requiſito, eoq; negligente, poſ-
ſunt procedere, alias eorum proceſſus, ordina-
tioneſue nullius momenti ſint, atq; ad damni
ſatisfactionem partibus illati tenentur, *d. c. cauſa
omnes §. legati ſeſſ. 24.* Tenentur autem Epiſcopi † 25
ex diſpoſitione iuris communis quando exer-
cent iuriſdictionalia tam in ciuilibus quàm e-
tiam in criminalibus conuocare ſua capitula, *c. ſi
quid 86. diſt. c. ſi autem 15. quæſt. 7. c. qualiter & quan-
do & 2. hoc tit.* & eorum requirere conſilium vel
conſenſum, *c. ex litteris de diuort. 1. Epiſcopus 15. quæſt.
7. Pan. in c. qualiter & quando & 2. n. 6. hoc tit.* de
iure enim communi iuriſdictio ſpectat ad Epi-
ſcopum & Capitulum, *Mohed. dec. 7. de præſcript. c.
Epiſcopus nullius 15. quæſt. 7. c. nouit. & c. ſeq. de his quæ
fiunt à Prælat. c. ſcitote verſ. vnde non oportet ibi ſacer-
dotes & Epiſc. 6. quæſt. 3.* Capitulum tamen non
eſt particeps eiuſdem officij æquè principaliter
cum Epiſcopo, quia Canonici ſunt tanquam
membra, Epiſcopus caput, *c. nouit de his quæ fi. à
Prælat.* & cum Epiſcopus eſt negligens in cor-
rectione ſubditorum, non deuoluitur ius cor-
rigendi vel puniendi ad Capitulum, *c. irrefraga-
bili §. exceſſus & ibi gloſſ. in verb. per capitulum circa
finem verſ. hoc tamen verum & Can. de off. ord.* ſed
vel recurrendum eſt ad ſummum Pontificem,
vel Metropolitanum, qui compellit Epiſco-
pum.

Digitized by Google

pum ad ſuum officium debite exercendum, *di-
ctum eſt ſupra tit. de off. ord. §. metropolitanus ſiue Ar-
chiepiſcopus.* An vero procedere debeat cum con-
ſilio vel conſenſu capituli, in iure eſt contro-
uerſum, *latè Achil. de off. ord. deciſ. 2. Put. deciſ. 92.
li. 3. Felin. in c. irrefragabili. n. 3. citans authores & gloſſ.
in vtramque partem, tam pro conſilio, quàm conſenſu
de off. ord. gloſſ. in c. ex pœnitentibus in verb. perdidit
circa medium & ibi Can. Oldrod. conſil. 251. num. 2.*
Communior concluſio eſt, in arduis requiri
conſenſum, in cæteris conſilium Capituli, et-
iam ad cognoſcendum & condemnandum v-
num de capitulo, omiſſo conſilio delinquentis,
eiuſq; conſanguineorum, *c. irrefragabili §. exceſ-
ſus & ibi gloſſ. in ver. per Capitulum in fin. & Can. de
off. ord. Card. Seraph. deciſ. 1213. n. 3. Mohed. deciſ. 2. de
for. compet.* cumq; materia ſit valde dubia, con-
ſuetudo declarans certum modum proceden-
di, eſt interpretatiua & non requirit aliquam
temporis præſcriptionem: *Rot. diuerſ. dec. 615. p. 1.
Put. deciſ. 203 lib. 1. & deciſ. 92. lib. 3. plures vtrobique
citant Crauett. conſ. 101. n. 4. dictum eſt ſupra tit. de
conſuet. c. 3. de conſuet. in 6. & ibi poſt gloſſ. Can. Pan.
in c. 1 n. 2. de exceſſ Prala. & ibi Can.* quæ procedunt
in Capitulis non habentibus exemptionem,
*Rot. diuerſ. deciſ. 743. n. 8. par. 1. & deciſ. 305. & deciſ.
308. par. 2. per c. 4. ſeſſ. 6. arg c. 4. ſeſſ. 14. in ver. qui-
buſcunque exemptionib.* & in ijs eccleſijs in quibus
Epiſcopi, aut eorum Vicarij, ex conſtitutioni-
bus vel priuilegijs aut cõſuetudinibus ſiue con-
cordijs ſeu quocunque alio iure maiorem non
habent poteſtatem, auctoritatẽ aut iuriſdictio-
nem, quàm decreto c. 6. ſeſſ. 25. comprehen-
ſum ſit, *d. c. 6. §. fin. ſeſſ. 25.* Quando verò Capi-
26 tula Cathedralium † vel Collegiatarum Eccle-
ſiarum ſunt exempta, aut habent conſuetudi-
nes, vel ſententias, aut iuramenta, vel concor-
dias, vel ſtatuta, quorum vigore ſunt exempta,
id eſt immunia & libera à viſitatione & iuriſdi-
ctione Epiſcoporum, *latè Rota deciſ. 743. per to-
tam & n. 9. quæ ſingula c. 4. ſeſſ. 6. & c. 6. ſeſſ. 25. verba
& clauſulas examinat.* & ſunt ſedi Apoſtolicæ im-
mediatè ſubiecta, iure decretalium poteſt Epi-
ſcopus certũ terminũ capitulo præfigere ad cor-
rectionem faciendã, quo elapſo, ipſe Epiſcopus
corrigit appellatione poſtpoſita: *c. irrefrag. §. exc.
c. de off. ord.* Ex decretis Cõc. Trid. † quando extra
27 viſitationẽ proceditur, ex officio, vel ad petitio-
nẽ alicuius, contra obtinentem dignitatem, vel
Canonicum, Capitulum initio cuiuslibet anni
eligit ex Capitulo duos, de quorum Conſilio
& aſſenſu Epiſcopus ſeu eius Vicarius in leui-
bus & grauibus delictis, *Card. Seraph. deciſ. 710.
d. c. 6. in princ. ibi ex officio iuncta l. leuia ff. de accuſ.
& d. c. 6. §. in omnibus autem caſibus*, tam in for-
mando proceſſum, quàm in cæteris omnibus
actibus vſque ad finem cauſæ incluſiue, coram
Notario tamen Epiſcopi, & in eius domo aut
conſueto tribunali procedere tenetur, vnum
tamen eſt vtriuſque votum, poteſtq; alter Epi-
ſcopo accedere: ſi ambo diſcordes in aliquo
actu, ſeu interlocutoria, vel definitiua ſenten-
tia fuerint ab Epiſcopo, intra ſex dierum ſpati-
um cum Epiſcopo tertium eligunt, & ſi in ele-
ctione tertij etiam diſcordent, ad viciniorem
Epiſcopum electio deuoluitur, & iuxta eam
partem, cum qua tertius conueniet, articulus
in quo erat diſcordia terminatur, alias proceſ-
ſus & inde ſecuta nulla ſunt, nulloſque produ-
cunt iuris effectus, *c. 6 ſeſſ. 25. §. quod ſi ambo in fin.*
& ita iſti duo electi à Capitulo ꝓpter immedia-
tã ſedis Apoſtolicæ ſubiectionẽ, locorũ diſtan-
tiam, & moræ periculũ, *Anchar. in c. fi. n. 11. & 12. de
ſtat. monach.* ſunt participes eiuſdẽ officij cum E-
piſcopo, cõtra regulã c. Epiſcopus nullius 15. q. 7
c. ſi quid vero 86. diſt. c. ex litteris de diuort. In
criminibus ex incõtinẽtia ꝓuenientib. de quib.
dictũ eſt in tit. de vit. & hon. cle. & in atrociorib.
delictis depoſitionem aut degradationem re-
quirentib. vbi de fuga timetur, & ne iudiciũ elu-
datur, opus eſt perſonali detentione, poteſt ini-
tio ſolus Epiſcopus ad ſummariã informationẽ
& neceſſariã detentionẽ procedere, in reliquis
ſeruato ordine præmiſſo, *d. c. 6. §. in crim. ſeſſ. 25.*
Qui vero nõ obtinent dignitates, † nec ſunt de 28
Capitulo, ij omnes in cauſis eccleſiaſticis Epi-
ſcopo ſubijciũtur, nõ obſtãtibus quo ad ſupra-
dicta priuilegijs etiã ex fundatione cõpetentib.
nec nõ cõſuetudinibus etiã immemorabilibus,
ſententijs, iuramentis, concordijs, quæ tantum
ſuos obligant auctores, exceptis cõcordijs à ſe-
de Apoſtolica cũ cauſæ agnitione confirmatis, *c.
cõſt. de relig. dom. Ser. dec. 475. atteſt. ita pluries deciſum*
& ſaluis in omnibus priuilegijs quæ vniuerſita-
tib. ſtudiorũ generaliũ ſeu earũ perſonis ſunt cõ-
ceſſa, *d. c. 6. §. qui vero nõ obtin.* dictusq; canõ Cõc.
Tr. intelligitur etiã de futuris cõcordijs, & iura-
mẽtis, *Cæſ. dec. 2. de iureiur. l. ſi mihi & tibi §. in leg. ver.*

Digitized by Google

nam & eum ff de legat.1.& ibi Bart.& Bald. quia E-
piſcopus in ſua vita tenetur ſeruare iuramentũ,
dato quod eſſet contra diſpoſitionẽ iuris com-
munis. *Caſar.dec.1.per totam & dec.2.n.8.de iureiur.*
Card.Seraph.deciſ.460.n.6.& 7.c.ad noſtem & t.
de iureiur.& ibi Felin circa fin.verſ.& per hoc apparere
exiſtimo & Can.c.cum veniſſent & ibi poſt gl. in ver.
29 *abiuraſſe Can.de iniſt.* Quando vniuerſum † capi-
tulum deliquit, Epiſcopus ſolus procedit abſq;
conſilio & conſenſu duorum de capitulo & pu-
nit, *c.capitula ſeſſ.6.iuncto c.6.ſeſſ.25.* modo deli-
ctum non ſit in perſonam Epiſcopi, vel in con-
temptum eius, vel vbi Epiſcopus habeat inter-
eſſe: ex quo enim Epiſcopus ſe aduerſarium cõ-
ſtituit capitulo nõ debet eſſe Iudex in facto ſuo,
l.vnica C.ne quis in ſua cauſ.iud.c.1.4.quaeſt.4.c con-
querente & ibi poſt gloſſ.in verb.ſi ita eſt & verb.volue-
ris Can.de reſtit.ſpol. ſed iuriſdictio contra capitu-
lum deuoluitur ad proximum ſuperiorem, tan-
quam à ſummo Pontifice delegatum, *c.irrefra-*
30 *gabili §.caeterum de off ord.* Regularis exemptus, †
quando intra clauſtra monaſterij degit, & extra
ea notorie delinquit, vt populo ſcandalo ſit, E-
piſcopus ſuperiori delinquentis certum tempus
præfigit, intra quod ipſum ſeuere puniat, ac de
punitione ſe certiorem faciat, quo decurſo de-
linquens ab Epiſcopo puniri poteſt, & ſuperior
monitus à ſuo ſuperiore officio priuatur, *c.regu-*
laris ſeſſ.25 de regul.& monial. Clemens 8. conſt. edita
7.Cal. Martij 1595. incip. ſuſcepti muneris, ſi extra
conuentum ſine mandato ſuperioris in ſcriptis
obtento repertus fuerit, ab ordinarijs locorum
tanquam deſertos ſui inſtituti punitur, *c.prohibet*
ſeſſ.25.de reg.& monial & coram eis ratione deli-
cti ſortitur forum, *c.1.de priuil.in 6.* Is qui ex man-
dato ſuperioris etiã ad vniuerſitates cauſa ſtu-
diorum mittitur, & extra conuentum habitat,
iuriſdictioni ordinarij ſubijcitur, *c.prohibet in fin.*
ſeſſ.25.de reg.& monial. etſi deliquerit, prætextu
priuilegij ſui ordinis tutus non cenſetur, quo-
minus ab ordinario loci tanquam ſedis apoſto-
licæ delegato puniatur, *c.eccleſiarum ſeſſ.6.* Secu-
31 lares clerici † quicunq; qualitercunq; exempti,
non cenſentur tuti perſonalis, *d.c.eccleſiar.ſeſſ.6.*
aut cuiuſuis priuilegij prætextu, quominus ab
eccleſiarum Prælatis in eccleſijs ſuis reſidenti-
bus, quorũ iuriſdictioni alias ſubeſſent, de eorũ
exceſſibus, criminibus & delictis, quoties &
quando opus fuerit, etiã extra viſitationẽ tan-
quam ad hoc ſedis Apoſtolicæ delegatis corrigi
& caſtigari poſſint, quibuſcunque exemptio-
nibus, declarationibus, conſuetudinibus, ſen-
tentijs, iuramentis, concordijs, quæ tantũ ſuos
obligant auctores ipſis clericis & eorum con-
ſanguineis, capellanis, familiaribus, procurato-
ribus, & alijs quibuslibet, ipſorum exemptorũ
contemplatione & intuitu, minimè ſuffragan-
tibus, *c.omnes ſeſſ.14.* Prædicta locum habent in
exemptis ſedi apoſtolicæ immediatè ſubiectis;
in alijs autem ſiue capitulis ſiue Religioſis aut
clericis ſæcularibus, qui eximuntur à ſuo ordi-
nario, & immediate alteri quam ſummo Pon-
tifici ſubijciuntur, puta ſuo metropolitano, de-
creta Concilij Tridentini locum habere nõ vi-
dentur, *clem. attendentes de ſtat.monach.& ibi Vital.*
n.12.c.vnico § fin.de ſtat.regul.in 6.qui duo textus po-
nunt iſtam diſtinctionem c.ad abolendam § fin.de hære-
dit. quia tunc de iure non ſpectat iuriſdictio aut
correctio ad Papam, vnde eam demandare nõ
cenſetur, *Zab.in clem.vnic.n.6.de ſuppl.negl. Prælat.*
Vital in clem.attendentes §.igit.n.3.& 4.de ſtat.mo-
nach.& Can. tum quia quando à Papa, vel aucto-
ritate Papæ aliquod onus imponitur exemptis,
videtur intellexiſſe de exemptis ſibi immediate
ſubiectis, & non de alijs, *clem. attendentes §.hoc i-*
gitur & ibi Vital.n.23.& 9 de ſtat.monach.c.ad abo-
lendam §.fin.de hæred. comprobatur ex verbis c.4.
ſeſſ.6. quod conceptum eſt negatiuè & copula-
tiuè, videlicet capitula nullis exemptionibus
tueri ſe poſſint quominus à ſuis Epiſcopis & a-
lijs maioribus Prælatis viſitari, corrigi poſſint,
ideoque requirit vt neutrum factum ſit, *l.ſi quis*
ita ff.de verb.oblig.Pan.in c.2.ſub n.7.de reſcript. ac ex
aliis d.c.4. verbis, etiam auctoritate Apoſtoli-
ca, & d.c.6. ſeſſ.25. ſe referentis ad d.c.4. ac et-
iam ex verb. c 4.ſeſſ.14. tanquam ad hoc ſedis
Apoſtolicæ delegati, vbi Concilium Tridenti-
num prorogat iuriſdictionem Prælatorum
contra immediatè ſedi Apoſtolicæ ſubiectos,
quam ipſi volentes prorogare non poſſunt, ob-
ſtante iure Canonico, *Pan.in c.cum temp.in 5.not.*
de arb.& ibi Can.Creſc.dec.3.de for.comp. ac ſtylo no-
torio Curiæ, quo cõtra exemptos non ſolet de-
putari ordinarius loci, *Pan.in.c.ex par.ſub nu.5.de*
priu.& ib.Can.cle fin.§ fin.de priu. & conſuetudo
tribuens iuriſdictionem capitulo in Canonicos
eſt iure communi approbata, *c.irrefragabili §.ex-*
ceſſus & ibi Can.de off ord.c.cum extinguit de for.comp.

Multi-

33 Multiplices ſunt effectus † accuſationis, primus eſt quod accuſatus pendente accuſatione non poteſt promoueri ad Eccleſiaſticas vel ſæculares dignitates, maximè quando eam præceſſit infamia, *c. competens & ibi Pan. num.* 4. *hoc tit. l. reus ff. de muner. & honor. c. tantis Daniel* 81. *diſt. l. reum criminis, C. de procur. gloſſ.* 1. *in c. fin. de teſtib. Nauar. conſ.* 6. *&* 7. *hoc tit. Garc. de benef. par.* 7. *cap.* 8. *num.* 6. nec teſtis eſſe poteſt, *l. in teſtibus, ff. de teſtib.* nec procuratot, *d. l. reum. C. de procur.* nec nomen militiæ dare, *l. fin. ff. de re milit.* niſi poſt annum, *l. reus. §. fin. ff. de muner. & honor. in rubr. & nig. C. de reis poſt lib.* 10. ſed non priuatur honoribus & dignitatibus obtentis. *l. libertus §. in quæſtionibus, ff. de muneri b.* Secundus eſt quan-
34 do ex eodem facto, † vel ex duobus factis ſe inuicem contingentibus, ſiue connexis, ab auctore mouetur cauſa ciuilis, & ante litem in ea conteſtatam, vel antequam liquet & concluſum eſt in cauſa ciuili, *Bald in l.* 1. *num.* 7. *& ſeq. C. qui accuſ. non poſſ. qui recenſet vtramq; opinionem.* non incidenter per viam exceptionis, quia tunc terminari debet cum quæſtione ciuili, *l. cum ciuilis C. de ord. iud.* ſed æquè principaliter accuſatio criminalis intentatur à conuento, criminalis facit ſilere ciuilem ratione præiudicij, quando criminalis abſorbet ciuilem, id eſt, ſententia in criminali lata patit exceptionem rei iudicatæ, aut facit præiudicium in ciuili, *l.* 1. *C. qui accuſ. non poſſ. l. fin. C. de ord. iud. & ibi Paul. de Caſtro poſt gloſſ. in verb. de crimine gloſſ.* 1 *in l. interdum in fin. & ibi DD. ff. de publ. iud. Albetic. in l fin. num.* 11. *C. quand. ciuil. act. crimin. præiud. Rot. deciſ.* 206. *num.* 1 *par.* 2. *plures cumulans.* vt ſi ab vxore contra maritum proponatur actio ex ſtipulatu pro repetitione dotis, & à marito conuento quæſtio adulterij, *l. adulterij C. de adult.* aut ab actore rei vendicatio, à reo conuento accuſatio de vi, *l. ſi de vi ff. de iud.* vel ab actore ciuilis ex teſtamento, inſtrumento, vel ſententia, à reo criminalis de falſitate teſtamenti, inſtrumenti, vel ſententiæ, *l diuus Pius §. diuus Adrian. & ibi Bart. in* 1. *not. & DD. & l. ſi teſtamentum ff. de petit hæred. Caſtrenſ. in l. fi. num.* 2. *de ord. iud. l. ex initio C. de falſo.* niſi accuſatio falſi objiciatur cauſa morandæ ſolutionis, quia debitor ad ſolutionem compellitur ſalua executione criminis, *l. ſatis. C. de falſ.* aut accuſatio falſi intentata ſit contra teſtes; quia ad hoc, vt accuſatio falſi intentata præiudicet ciuili, requiritur quod ſit intentata contra ipſam partē, vel contra teſtes, ac etiam contra ipſam partem, & non contra teſtes tantum, *Bart. in l. ſi teſtamentum num.* 3. *ff. de petit. hered. Bald. in l. fin. num.* 13. *de fid. inſtrum.* quodque ius totius cauſæ conſiſtat in illis teſtibus accuſatis de falſo. *Afflict. deciſ.* 220. *Rolan. conſ.* 13. *volum.* 3. *Rot. diuerſ. deciſ.* 206. *par.* 2. Præterea criminalis facit ſilere ciuilem, quando ab actore ciuilis, & à tertio, puta fiſco criminalis mouetur, quæ eſt præiudicialis ciuili, vt accuſatio hæreſis à fiſco contra petentem fructus ſui Canonicatus à capitulo, *latè Put. deciſ.* 93. *lib.* 1. *per l. minorem ff. de iud. & ibi not. per gloſ & Bart. & Bald. & ideo Put. ibidem in fin. dixit quod tit. reformando commiſſio.* poſt litem autem in cauſa ciuili conteſtatam, vel ſi de ea liquet, aut ſi in ea ſit concluſum, quæſtione ciuili terminata ſit indagatio criminis. *l. damus & ibi gloſſ. in verb. quæſtione C. de falſ. l. qui prior ff. de iud. l.* 1. *C. de appell. ſecundum* 3. *intellect. gloſſ. l. interdum ff. de public. iud.* Quando vero criminis quæſtio non abſorbet ciuilem, vt ſi agis contra me ad pecuniam, ego te accuſo de homicidio, tunc criminalis ratione maioritatis non facit ſilere ciuilem, *Paul. de Caſt. poſt Iaſ Butrig. Bald. & alios in l. fin. num.* 2. *C. de ord. cognit. licet Cyn. & Salicet. in d. l. fin. C. de ord. iud. atteſtentur communiter Doctores tenere. quod criminalis ratione maioritatis faciat ſilere ciuilem.* quia accuſatus pendente accuſatione non perdit regulariter adminiſtrationem bonorum ſuorum quouſque ſit condemnatus, & bona ſua publicata, & poteſt agere contra ſuos debitores, & Creditoribus ſuis ſoluere, alioquin plerique innocentium neceſſario ſumptu egebunt, *l. reo criminis cum l. ſeq. ff. de ſolut. l. auffertur §. in reatu ff. de iur. fiſci l. quod ſi forte §. ſunt quædam verſ. quid ergo & l. quamuis. §.* 1. *ff. de ſolut.* niſi ſit contumax & bona fuerint annotata, ne fuga eius inſtruatur. *l. fin. in fin. ff. de requir. reis.* Tertius eſt effectus, de crimine in accuſationem deductus, pēdente accuſatione, † ab alio ſuper eodē crimine 35
non poteſt deferri, *l. qui de crimine C. hoc tit. l. hi tamen §. ab alio delatum, ff. hoc tit.* ne reus in plures diſtinguatur aduerſarios, *l. ne in plures ff. de exercit aut l. ſi plures ff. de accuſ.* & ſæpius de eiuſdem admiſſo quæratur, *l. pen. in fin. ff. naut. caup. ſtab.* proceditque, etiamſi de crimine agi cœptum ſit ad priuationem, quia accuſatio eſt, licet mixta, *c. tua & ibi gloſſ. & Can. de procur. c. per tuas. &* 1. *in*

Digitized by Google

fin. de ſimon. Rot. diuerſ. deciſ. 138. *num.* 5. *par.* 2. iſtaque exceptio contra accuſationem ſecundo loco propoſitam eſt dilatoria, impediens proceſſum, & in initio eſt proponenda. *Bart. in l. Senatus num* 2. *ff. hoc tit. Alber. in l. qui de crimine nu.* 1. *& ibi DD. C. hoc tit.* Quartus eſt Iudex in crimi-
36 nalibus tantum, † non poteſt abſoluere reum à crimine, eundemq; condemnare ciuiliter ad rei reſtitutionem, quia partes expreſſè aut tacitè non poſſunt prorogare iuriſdictionem Iudicis criminalis tantum, ad ciuilem, *l. ſolemus, §. latrunculator. & ibi Paul. de Caſtr. & DD. ff. de iud. Latè Creſcent. deciſ.* 5. *de iud. Rot. diuerſ. deciſ.* 445. *numero* 7. *par.* 1. ſed quando conſtat ſibi de delicto, incidenter reum condemnandum eſſe ad rei reſtitutionem, poſt reum condemnare ex officio & quadam æquitate ad reſtitutionem rei ciuiliter, omiſſa ſententia in cauſa criminali, quæ eo ipſo per huiuſmodi ſententiam ſublata cenſetur, eo quod reus in periculum maioris pœnæ deductus eſt, *l. interdum la.* 2. *§. qui furem ff. de furt. l.* 4. *§. ſi dicantur. ff. fin. regund. Bald. in l.* 2. *num.* 28. *verſ. vnum quæro C. de eden. Bart. in l. ſi quis ad ſe fundum num.* 8. *& ibi Salicet. & DD. C. ad leg. Iul. de rei publ.* quando autem fert ſententiam ſuper pœna non poteſt in eadem ſententia delinquentem condemnare ad reſtitutionem rei ſubtractæ, raptæ, vel inuaſæ, *Cyn. in l. ſi quis ad ſe fundum numer.* 10. *C. ad leg. Iul. de reipubl. l. interdum. ff. de publ. iud. Anchar. in c.* 2. *verſ. iuxta prædicta quæro de homicid. in* 6. & peracta accuſatione, poteſt intentari ciuilis ad rei reſtitutionem. *l.* 1. *C. quand. ciuil. act. præiud. crimin. l.* 2. *§.* 1. *ff. de vi bo. rapt. §. liberum autem & Inſtit. de leg. Aquil. & ibi gloſ. & DD.* Quintus
37 effectus eſt, accuſatus † antequam reus factus eſt, ſiue antequam nomen eius ſit receptum inter reos, id eſt, antequam Iudex propoſitis exceptionibus dilatorijs pronunciet eſſe ſuper accuſatione procedendum, vel accuſatio ſit conteſtata, *Bart. in l. is qui reus, numero* 3. *&* 4. *ff. de public. iud.* poteſt accuſatorem reaccuſare, quando proſequitur ſuam aut ſuorum iniuriam, aut de crimine maiori non pari vel minori, 3. *quæſt. xi. in ſumma & ibi gloſſ. mag. c. neganda primo & ſecundo l. neganda C. de ijs qui accuſ. non poſſ.* vt ſi accuſatus de fornicatione, de adulterio, aut ſimonia accuſatorem ſuum, qui prior inſcriptionem depoſuit, impetere voluerit, *c. non eſt §. huic autem, & c. prius* 3. *quæſt. xi.* poſtquam reus factus eſt reaccuſare non poteſt etiam de maiori, quia non relationes criminum, ſed innocentia purgare ſe debet, *l. is qui reus ff. de public. iud.* niſi crimen, quod ſecundo infertur ſit maius & præiudiciale ad primum, *l. prima, C. de ijs qui accuſ. non poſſ.* vt ſi accuſatus à te de furto ſerui tui reaccuſet te de homicidio eiuſdem ſerui; quia condemnatoria lata in ſecundo crimine, eo ipſo eſt impoſitum ſilentium ſuper primo, & abſolutoria lata ſuper ſecundo poteſt procedi ſuper primo, *d. l.* 1. *C. de ijs qui accuſ. non poſſ. & ibi DD. Bart. in d. l. is qui reus.* aut hæc exceptio, quod reus accuſet ſuum accuſatorem, fuerit omiſſa, quia ſi de eo accuſans non exceperit, tenet proceſſus. *gloſſ. in l. reum C. de procur. Bart. in l. is qui reus n.* 5. *ff. de publ. iud.*

Cauſa appellationis † à ſententia Epiſcopi, 38
vel ipſius in ſpiritualibus Vicarij generalis, vbi appellationi locus fuerit, ſi Apoſtolica authoritate in partibus eam committi contigerit, Metropolitano ſeu illius etiam Vicario in ſpiritualibus generali, aut ſi ille aliqua de cauſa ſuſpectus foret, vel vltra duas legales dietas diſtet, ſeu ab ipſo appellatum fuerit, vni ex vicinoribus Epiſcopis ſeu illorum Vicarijs, non autē inferioribus Iudicibus committenda eſt, *c. à ſententia ſeſſ.* 13. ac reus appellans coram Iudice ad quem appellauit, acta primæ inſtantiæ tenetur omnino producere, & Iudex appellationis niſi illis viſis ad illius abſolutionem minimè poteſt procedere. Is autem à quo appellatum fuit, intra triginta dies, acta ipſa poſtulanti gratis debet exhibere, alioqui abſque illis cauſa appellationis huiuſmodi terminatur. *c. reus ſeſſ.* 13.

Pœna accuſationis † varia eſt iure ciuili iu- 39
xta varietatem delictorum, *§. publica & §§. ſeqq. Inſtit. de public. iud.* iure Canonico eſt capitis diminutio, ſiue depoſitio ab ordine, & degradatio, quando delictum eſt graue, *c. qualiter & quando &* 2. *§ verum hoc tit. & ibi gloſſ. in ver. forma & Panorm.* 10. 11. *&* 12. *not. c. inuentum* 16. *quæſt.* 7. *& ibi gloſſ. & Can.* & infamia non ex omni crimine, ſed ex eo, quod iudicij publici cauſam habeat, vel ex crimine priua-

Digitized by Google

ro, quod ex ea actione ſit, quæ etiam in iudicio
priuato infamiam condemnato imponat, *l. infamem ff de public. iud. & ibi gloſſ. mag. & DD.* quando agitur ad amotionem ab adminiſtratione
cauſa non cenſetur criminalis, ſed ciuilis. *d. c. per tuas & 2. §. tales de ſimon.*
40 Accuſatio criminalis † tollitur ſpatio viginti annorum. *l. querela C. de falſ. & ibi gloſſ. mag. & DD. ponunt fallent.*
41 Inquiſitio eſt alicuius criminis † præcedente
clamoroſa diffamatione, ac quaſi denunciante fama ex bono & æquo à Iudice competente
facta inueſtigatio, *c. fin. de coll. deteg. c. qualiter & quando & 2. §. ex quibus §. ſed cum ſuper hoc tit.*
42 Inquirunt quilibet Prælati † contra ſuos ſubditos, ne ſanguis ſubditorum in die iudicij exquiratur de eorum manibus, *c. irrefragibili de off. ord. c. fin. de reg. iur.* ac poteſt inquiſitio ſpecialis &
generalis à Sede Apoſtolica delegari Abbatibus, *c. qualiter & quando primo, hoc tit.* ac etiam
monachis, *c. cum dilecti hoc tit.* ſed hodie ſeruandum eſt c. ſtatutum de reſcript. in ſexto. Quæ-
43 dam eſt † generaliſſima, vt quando Prælatus
quolibet anno, & ex decretis Concilij Tridentini quolibet triennio inquirit ſuper ſtatu totius Prouinciæ, in qua non eſt neceſſe infamiam præcedere, *c. ſicut olim hoc tit. quoniam quidem* 81. *diſtinct. c. Romana de cenſibus in 6. c. prouincialia ſeſſ.* 24. Quædam eſt generalis,
44 † quando inquiritur ſuper ſtatu diœceſis, ciuitatis, caſtri, vel alicuius loci, quæ non exigit
infamiam præcedentem, *Panorm. in c. cum dilecti in 2. not. hoc tit. Zab. in c. per tuas & 10. verſ. quaro, an Pralato infamato de ſimon.* ac tenetur Prælatus eam facere quotannis, vel ſi non poteſt
propter amplitudinem diœceſis, totã biennio
complere, *c. 1. & ibi gloſſ. in ver. ſecundũ quod canones cenſent de off. ord. & ibi Can. l. congruit de off. praſid. c. patriarcha ſeſſ.* 24. In his generalibus inquiſitionibus, Inquiſitores ab inquiſitis recipiunt
iuramentum ſub duplici forma, videlicet, vt
iurent quod ſuper his quæ ſciunt vel credunt
in Eccleſia ſua eſſe reformanda, tam in capite
quam in membris, exceptis occultis criminibus, meram & plenam dicant inquiſitoribus
veritatem, *c. qualiter & quando & primo in fine hoc tit.* aut quod ad interrogata veraciter reſpondebunt: *c. cum dilecti hoc tit.* inter quas
formas magna eſt differentia, quia confeſſio facta præcedente iuramento de dicenda
mera & plena veritate, non recipit excuſationes ex poſt facto, cum ſecundum iuramentum nec veritatem tacere, nec admiſcere debuerit falſitatem. Confeſſio facta ſub ſecunda, recipit excuſationes, quæ confeſſionem
non perimant, ſed exponant; *d. c. cum dilecti hoc tit.* ſub eiſdem formis iuramentum exigi
poſſunt in inquiſitione ſpeciali inſtituta contra
certam perſonam, *c. cum dilecti in princ. ibi quia de Agathenſ. Epiſcopo per frequentem clamorem multa ſibi fuerant inſinuata ſiniſtra hoc tit.* Iuramenta, promiſſiones, obligationes, ac interdictum
à Superiore factum ſubditis, aut alijs quibuſuis perſonis, etiam ſub cenſuris, ne ſtatum locorum, perſonarum & rerum ipſorum exponant inquiſitoribus, nullius penitus ſunt firmitatis, nec quiſquis eis quomodolibet obligatur,
c. quia plerīq; de off. ord. in 6. vel extorta relaxari
poſſunt, *c. olim. hoc tit.* Quædã eſt ſpecialis † quæ 45
fit contra certam perſonam, & hæc poteſt fieri
dupliciter, ex debito officij ad peccatum euitandum, vt ne matrimonium contrahatur propter impedimentum, *c. cum inhibitio in fine princ. de clandeſt. deſponſ.* ne quis promoueatur ad Prælaturam, aut confirmetur eius electio, *c. poſtquam c. nihil de elect. c. de elect. in 6 c. 1. ſeſſ.* 24. quod
reſtituantur vſuræ, quando debitores propter iuramentum impediuntur eas repetere,
c. ad noſtram & 2. de iureiur. c. tuas de vſur. aut
quando de crimine inquiritur ad imponendam
pœnitentiam; *c. nouit. de iudic.* & iſtis caſibus non requiritur diffamatio præcedens: *Pan. in c. qualiter & quando & 2. num. 11. hoc tit. iuribus allegat.* Item fit inquiſitio contra certam perſonam de crimine ad vindictam † publicam, ſiue
pœnam imponendam, vel ad amotionẽ ab adminiſtratione, quam ſemper debet primo procedere infamia, *c. qualiter & quando & 2. § ex quib. & §. ſed cum ſuper hoc tit. & ibi Anchar. n. 6. & Can. com.* eſt iudicium ordinarium tam iure canonico, *c. inquiſitionis & c. qualiter & quando & 2. §. ad corrigendos in fin. ibi formam iudicij hoc tit. Pan. in rub. tit. de iud. n. 3 Franc. in c. dilecto, n. 8. & 9. de ſent. excom. in 6. & Can.* quam iure ciuili, *Bart. in l. 2. § ex publ. n. 6. & ſeqq. cont. gloſ. & Dyn. ibid. ff. de adult. vbi ponit quinq; reg. & add. ibid. in verb. 5. reg. ponit ſextã.*
2. in

Digitized by Google

47 2, in ea requiritur vt ſuper infamia † cognoſca-
tur, inquiſito excipiente, *c. cum oporteat §. inqui-
ſitionis §. 3. verſ. ad hæc, hoc tit.* quia propter infa-
miam ortam, non prouidis & honeſtis viris, ſed
à maleuolis & maledicis, *c. cum oporteat §. diſ-
cret. verſ. mandamus c. qualiter & quando, & 2. §. ex
quibus hoc tit.* aut propter paucorum dicta, quis
non reputatur infamatus, cuius apud bonos &
graues læſa opinio non exiſtit, *c. inquiſitionis §.
fin. hoc tit.* & dictum vnius facile ſequitur mul-
titudo, *c. cum in iuuentute §. vnde nos de purgat. Can.*
quia deferens clamor, & denuncians, fama eſt
loco accuſatoris, quæ ſufficit quando contra
ſæculares clericos inquiritur: *d. c. qualiter &
quando & 2. in princ. & §. 1. & §. ad corrigendos, &
d. c. inquiſitionis §. tertia & vtrobiq. Can.* contra ſę-
culares Prælatos oportet, quod ſit talis & tanta
quod ſine ſcandalo & periculo non poſſit tole-
rari aut diſſimulari, *d. c. qualiter & quando & 2.
§. licet autem & §. ſeq.* quia non poſſunt omni-
bus complacere, cum ex officio ſuo teneantur
non ſolum arguere, ſed etiam increpare, qui et-
iam interdum ſuſpendere, nonnunquam vero
ligare, frequenter odium multorum incurrunt,
& inſidias patiuntur, ideoque non ſolum falſæ,
ſed etiam malignæ contra eos criminationi per
diligentem cautelam ianua eſt præcludenda:
d. §. licet autem, & §. ſeq. Contra Abbates vel
Priores Conuentuales ſeruanda eſt diſpoſitio,
d. c. qualiter & quando & 2. licet non ad vngu-
em, quia regulares perſonæ, cum cauſa requi-
rit, facilius & liberius à ſuis poſſunt adminiſtra-
tionibus amoueri. *d. c. qualiter & quando & 2. §.
fin. & ibi Can. c. per tuas & 1. §. tales verſ. & vtiq. de
ſimon.* Contra regulares inferiores non ſerua-
tur ordo, d. c. qualiter & quando & 1. quia poſ-
ſunt remoueri ad libitum ab adminiſtratione,
c. cum ad monaſterium §. vale de ſtat. monach. niſi a-
geretur ad depoſitionem ab ordine, incarcera-
tionem, aut aliam huiuſmodi pœnam, quod
tunc agatur de præiudicio grauiſſimo & deli-
cto, cum ex genere pœnæ arguatur maioritas
delicti, quia debet pœna commenſurari deli-
cto: *c. non afferamus 24. quæſt. 3. Authen. vt fratrum
filij §. quia vero.* Si inquiſitus non exceperit, quod
de crimine non ſit diffamatus, tenet inquiſitio-
nis proceſſus, non præcedente diffamatione, *c.
fin. hoc tit. in 6.* Tertiò requiritur quod inquiſitus
48 citetur, † & ſi comparet, iuris ordo in inquiſi-
tione facienda eſt ſeruandus, in deciſorijs, non
in præparatorijs. *c. ad petitionem & ibi gloſ. in ver.
non ſeruatum, c. qualiter & quando & 2. §. debet igi-
tur præſens eſſe, & ibi gloſſ. hoc tit. & vtrobiq. DD.*
Quartò, quod Epiſcopus † conuocet Canoni- 49
cos Cathedralis Eccleſiæ, *c. ſi quid 86. diſt.* Quin-
tò quod copia † capitulorum inquiſitionis tra- 50
datur ipſi inquiſito, ſi petierit, antequam Iudex
incipiat inquirere de veritate criminis: *d. c. qua-
liter & quando & 2. §. debet igitur Franc. in c. 1. num.
3. hoc tit. in 6. vbi limitat tribus mod.* contra quæ ca-
pitula inquiſitus poteſt excipere de non facta le-
gitima ſpecificatione perſonarum, loci, tempo-
ris, aliarumque circumſtantiarum, ſiue agatur
ad pœnam, ſiue ad remotionem ab adminiſtra-
tione: & eſt notandum, quod ſpecificatis per-
ſonis ſemper debet fieri ſpecificatio loci, &
temporis, aliarumque circumſtantiarum, *Socin.
ſen. in c. qualiter & quando & 2. num. 842. & 851.
& ſeqq. hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 773. par. 1.* quia in
hiſce ſat ratio ob quam perſonæ non ſunt ſpe-
cificandæ, quę eſt quod fama poteſt eſſe gene-
ralis & non ſpecialis, & ne infamentur perſo-
næ, cum inquiſitio fiat ad hoc vt niteat fama
bonorum, ſi exprimerentur perſonæ, cum qui-
bus dicuntur crimina commiſſa, inquiſitio cõ-
ſequeretur contrarium effectum, quod fieret
ad aliorum diffamationem, *Innoc. in c. accepimus,
num. 1. de purgat. can. Card. num. 9. Pan. & Can.*
quod ſi ab inquiſito non fuerit petita copia ca-
pitulorum, validus & proceſſus inquiſitionis,
etiamſi huiuſmodi copia tradita non fuerit, *c. 1.
in fi. & c. 2. & ibi Franc. num. 1. hoc tit. in 6.* Sextò
dicta & nomina † teſtium, vt quid, & à quo ſit 51
dictum appareat, ſunt inquiſito publicanda,
necnon exceptiones & replicationes legitimæ
ſunt admittendæ; ne per ſuppreſſionem nomi-
num infamandi, per exceptionum verò exclu-
ſionem deponendi, falſum audacia præbeatur.
d. c. qualiter & quando & 2. §. debet igitur hoc tit.
Confeſſus crimen non poteſt confeſſionem ſu-
am eo prætextu reuocare, quod diffamatio non
præceſſerit, aut inquiſitionis capitula non ha-
buerit: *c. ad petitionem hoc tit. c. 1 hoc tit. in 6.* ſi ve-
rò inquiſitus fuerit contumax, † Iudex contra 52
eum teſtes recipit lite non conteſtata, *c. quoniam
§. ſunt & alij vt lit. non conteſt.* & per ſententiam
punit, *c. veritatis de dol. & contum.* Inquiſitores
qualibet occaſione debitum inquiſitionis ordi-
nem

Digitized by Google

nem prætermittentes, poſſunt ſe cautè & pru-
denter corrigere, & adhuc ipſum tempore op-
portuno obſeruare, ne naſcantur iniuriæ vnde
iura naſcuntur, *c. qualiter & quando & t. hoc tit.*
quoniam ex his quæ inordinatè ſunt acta, non
poteſt ordinabiliter quicquam agi, *c. forte c. neq;
enim 14. quaſt. 5. c. non eſt putanda 1. quaſt. 1.* Effectus
53 introductæ inquiſitionis † ſpecialis eſt, idē qui
accuſationis, quia inquiſitionē debet præcede-
re infamia, *turb. ſupra alleg.* præterea Prælato in-
quiſito de diſpēſatione, interim omnis penitus
interdicitur alienandi poteſtas. *c. fin. hoc tit.*

54 Crimine probato, † inquiſito ſecundū per-
ſonæ merita, & qualitatem exceſſus, pœna im-
ponitur diſcretione iudicandis moderanda; niſi
tale ſit crimen quod ordinis ſuſcepti executio-
nem, aut retentionem beneficij etiam poſt per-
actam pœnitentiam impediret, puta ſi homici-
dium commiſiſſet, aut adeptus eſſet ordinē, vel
beneficium vitio ſimoniæ, quo caſu imponen-
da eſt pœna ordinaria depoſitionis ab ordine
aut priuationis beneficij, *c. inquiſitionis hoc tit. &
ibi Can.* Inquiſitio ſiue officium Iudicis ad inqui-
55 rendum præſcribitur † viginti annis, *Bart. & Sal.
n. 3. in l. querela cont. gloſſ. 1. C. de falſ. prædicta gloſſ.
facit gloſſ. in l. ſicut in ver. proſecutione C. de præſcript.
30. vel 40. annor.* de iure Canonico de falſo agi
poteſt perpetuo, etiam vtiq; ad centum annos
in cauſis matrimonialib. & ſpiritualibus, in qui-
bus nunquam tranſit ſententia in rem iudica-
tam, ſi Eccleſia reperiatur decepta. *c. loci §. 1. & c.
ſeq. 35. quaſt. 9. Alber. in d. l. querela n. 3. C. de falſ.*

56 Accuſatus vel inquiſitus † de crimine & ob
vrgentia indicia tortus ſi crimen nō ſit confeſ-
ſus, ac verè & euidenter conſtat de eius inno-
centia, vt quia conſtat alium crimē commiſiſſe,
abſoluitur definitiuè nec poteſt amplius aduer-
ſus ipſum inquiri aut ab eodem vel alio accuſari
ſeu alio modo procedi, quia ſibi competit exce-
ptio peremptoria rei iudicatæ. *l. fin. C. de cuſt. reo-
rum l. ſi is cui §. iiſdem ex ibi Bart. ff. de accuſ.* Si verò
conſtat de delicto, & non de perſona delinquē-
tis, quia tamen propter torturā quam ſuſtinuit
purgaſſe cenſetur, indicia abſolui debet ab in-
quiſitione & proceſſu, *Bart. in l. fin. in princ. ff. de
quaſt.* & ſi noua ſuperueniant indicia contra i-
pſum rurſus procedi poterit, quia ei non com-
petit exceptio peremptoria rei iudicatæ ex tali
abſolutione. *Bald. in l. ſi qui ſub num. 3. & ibi Sali-
cet. C. de adult. Mynſing. obſeru. 12. cent. 5.*

Denunciatio † eſt criminis alicuius apud Iu- 57
dicem ſine inſcriptione legitime facta delatio
ad pœnitentiam peragendam, vel ad legitimam
pœnam imponendam, vel ad vtrumq;, *c. 2. c. ſu-
per hoc tit c nocuit de iudic.* quadruplex eſt, † Euan- 58
gelica quæ tendit tantum ad correctionem, iu-
dicialis, canonica, & regularis, de quibus or-
dine videndum eſt.

In denunciatione Euangelica † plura requi- 59
runtur, primo quod denunciandus ſit frater, id
eſt, Chriſtianus, *c. ad menſam 11. quaſt. 3.* infideles
non poſſunt denunciari, niſi peccent contra ius
naturę aut leges in moralibus, quo caſu Papa in
eis habet iuriſdictionem. *Innoc. in c. quod ſuper his
de voto.* Secundo quod procedat ſecreta moni-
tio, in qua denuncians debet oſtendere pecca-
tum ſuum mortale denunciato, monendo &
obſecrando quod deſiſtat, ne reſultet inimici-
tia, non præmiſſa monitione. Tertiò, quod
peccatum non ſit omninò publicum, neque et-
iam occultum: *c. præcipuè in fi. & ibi gloſſ. fi. 12.
quaſt. 3.* ſed quod poſſit probari ad minus per
duos teſtes, nam ſi vnus ſolus teſtis eſſet non
poſſet denunciari ad agendam pœnitentiam,
ſoli denunciatori ſuper crimine non datur fides
etiamſi eſſet Epiſcopus, *c. ſi tantū & c. ſeq. 6. quaſt.
2.* & omnino occulta ſunt in Dei iudicio, *c. ſi o-
mnia 6. quaſt. 1.* Quartò, quòd ſi non deſiſtat, vel
ſe emendet, adhibeat teſtes, qui ſciunt, & cum
quibus poteſt eum conuincere, & coram illis
faciat ſecundam monitionem. Quintò, quod
ſi ſecundo monitus ſe non corrigat, denunciet
Prælato. Sextò, quod denuncians probet deli-
ctum, & ſe obſeruaſſe formam in denuncian-
do, *c. nouit. & ibi Pan. n. 2 & 3. de iudic. & ibi Can.
c. ſi peccauerit 2. quaſt 1. & ibi Archid. & Prapoſ num.
30. & 38. & Can. Bart. ſuper conſtit. ad reprimendum
in verb. denunciationem n. 5. & ſeqq.* Prima monitio
probatur per monentem tantum. Secunda per
monentem & vnum teſtem. *c. in omni de teſtib. &
ibi Can. Anchar. in c. nouit. nu. 19.* Quilibet poteſt
denunciare Euangelicè, † etiam mulieres, infa- 60
mes, criminoſi, dummodo non perſeuerent in
crimine, quia non refert quis nunciet, dum-
modo anima ſaluetur, *c. tua nos de cogn. ſpirit. c. ſi
peccauerit 2. quaſt. 1. c. in omni de teſtib.* ex opinione
aliquorum quilibet ad eam tenetur ex præce-
pto, quia verba euāgelica ſunt imperatiui modi

Pan.in c.nouit.n.34.& ſeqq de iud. & ibid. Ant.de But.
Archi.in d.c.ſi peccauerit n.4 & ibid. Prapoſ.n.& ſeqq.
4. Alij tenent quod nullus ad illã obligetur, niſi
ſicut ad alia opera pia, præter quam is ad quem
ſpectat ratione curæ, vel officij, vt Curatus, Pręlatus,
paterfamilias, maritus, Rector prouinciæ,
*c. duo iſta 23. quaeſt.4. & ibi gloſſ. in verb. Epiſcopo
& Can. c.quemadmodum §. fin. in fine & ibi Can.
de iureiur. Io. And. in c. nouit poſt num. 6. de iud.*
61 Quilibet quoq; denunciari † poteſt perſeuerãs
in crimine, ne libera ei præbeatur facultas peccandi
propter impunitatem, *c. quemadmodum.
§. fin. verſ. cum ſcriptura de iureiur.* & poteſt de-
62 nunciatus denunciantem † repellere per obiectum
criminis, etiamſi ſuam iniuriam perſequatur,
quia non mouetur bono zelo ad corruptionem
alterius, qui non eſt correptus, *gloſſ.
fin.in d. c.nouit.de iudic. c.infames in fin. § item Euangelio
& c. qui ſine peccato & c. iudicet 3. quaeſt.7. c. præ-*
63 *terea §. huiuſmodi de teſtib.cog.* in ea non ſeruatur †
iuris ordo, *Panorm. in c.nouit.nu.44. in fin. & ſeq.
& num. 55. & ſeqq. vbi ponit differentias inter Euangelicam
& iudicialem priuatam denunciationem de iud.*
64 effectus eius † eſt, vt peccator pœniteat, & ſi
correctionem contempſerit, per diſtrictionem
Eccleſiaſticam coercetur, non vt beneficio, vel
officio priuetur, niſi retento ordine beneficio,
vel rebus pœnitere non poſſit. *gloſſ. in c.tua nos de
cogn. ſpirit. Anch in d.c.nouit.n.19. & ibi Boich. n.4.
Decius n.128. & 132. & ſeqq.*
65 Iudicialis denunciatio, † alia eſt publica, alia
eſt priuata. Publica dicitur quando Iudex ex
officio ſuo nulla monitione præcedente, ad
denunciationem ſuorum officialium procedit,
citra ſolemnia accuſationum, *l. ea quidem C. hoc
tit. & ibi Bald. num. 42. l. 1. & ibi gloſſ. in ver. ſolicitudinis
C. de cuſt. reor. l. 1. §. fin. verſ. & ſane ff. de*
66 *off. præf. vrb.* quales conſtitui poſſunt † ab eis,
qui habet merum vel mixtum imperium, *l. 1.
C. de curioſit. lib. 12. facit lex magis §. ne tamen ff. de
rebus eorum qua ſub tut. c. praterea de teſtibus cogn.
& ibi Can. c. ſicut olim hoc tit. & ibi gloſſ. mag. &
Can. d. l. 1. §. fin. verſ. & ſanè ff. de off. præf. vrb.*
faciunt præſumptionem quantum ad inquirendum,
*l. diuus la. 2. ff. de cuſtod. reor. gloſſ. in l. ea
quidem in ver. citra ſolemnia C. hoc tit. & ibi Bald.
ſub num. 38. verſ. id quod vero dicuntur.* repelluntur
exceptione criminis, vel infamiæ, *c. cum oporteat
c. cum dilectus hoc tit. c. praterea §. huiuſmodi
de teſtib. cog. & ibi Can. c. cum in tua in fine de ſponſal.
c. cum dilectus filius c. ſicut olim hoc tit.* ac ipſis
incumbit neceſſitas † probandi, *l. ab accuſatio-* 67
*ne verſ. nunciatores ff. ad Turpil. l. 1. C. de curioſ. lib.
12* parte citata ea, quæ denunciarunt; quia per
negationem res poteſt effici dubia, ac aduerſus
notorium poteſt competere iuſta defenſio.
Bald. in l. ea quidem num. 43. C. hoc tit. nec citra
periculum ſui: nam Iudex eos punit, ſi malignè
inſontibus calumnias nexuiſſe conſtiterit
in exemplum, ne quid aliud poſtea tale facere
moliantur: *l. 1. C. de curioſ. lib. 12 l. diuus la. c. 2.
in fin. ff. de cuſtod. reor. l. ea quidem l. ſingul. C. de accuſat.*
ſi parum prudenter non exquiſitis argumentis
denunciauerint, Iudex ſimpliciter denotat
denunciatores minus retuliſſe: ſi vero diligenter
& fideliter hoc fecerint eos collaudat.
*l. diuus la. 2. verſ. & ibi diligenter & verſ. ſeq. ff. de cuſt.
reor.* In denunciatione, quoad præparationem
cauſæ, non eſt neceſſarius ordo iuris, quia denuncians
ſe non inſcribit, *l. ea quidem C. de accuſ.
c. ſuper his hoc tit.* in deciſorijs requiritur ordo iuris,
quia officiali non creditur, vt dictum eſt,
iuribus ſupra allegatis. Diuerſus eſt † proceſſus in- 69
quiſitionis, qui fit ex mero Iudicis officio, ab
illo qui fit alio denunciante. Quando Iudex
procedit ex mero Iudicis officio ad inquiſitionem
generalem, aut ſpecialem, recipit iuramẽtum
ab illis contra quos facienda eſt inquiſitio:
dictum eſt ſupra §. inquiſitio. quando procedit ad
denunciationem alterius, tunc non recipit hoc
iuramentum, & denuncians debet probare à
ſe denunciata, *l. ea quidem l. ſingul. C. hoc tit. l. diuus
la. 2. de cuſt. reor. & aliis ſupra alleg.* Secundo
quando procedit ad denunciationem, admittit
probationes contrarias ſuper bona fama, *c.
cum in iuuentute de purg. Canon.* ſecus quando procedit
ex officio, quia contra denunciantem
præſumitur, non contra Iudicem, *c. in præſentia
de renunciat. & ibi Can. c. in noſtra §. nos vero de
procurat. c. niſi eſſent de prebend. c. ad audientiam,
§. nos igitur de praſcript.* Tertiò in denunciatione
fit quædam litis conteſtatio cum denunciante,
c. cum dilectus §. dictus vero de purg. Can.
ſecus in inquiſitione ex officio, quia ibi non eſt
cum quo poſſit fieri litis conteſtatio, ſed fit
quædam quaſi conteſtatio inter infamiam,
quæ tenet locum † accuſatoris, & reſponſio- 69
nem inquiſiti. Quarto in inquiſitione ex offi-

cio

Digitized by Google

ſcio recipiuntur teſtes publicatis atteſtationibus, tunc enim ceſſat timor ſubornationis cum ſemper dicta teſtium ſint nota Iudici, ſecus quando proceditur ad denunciationem, *c. cum clamor de teſtibus. Panorm. in c. qualiter & quando & ſecundo num. 17. hoc tit.* Bart. in l. 2. §. ſi publicè num. ff. de adult. dicit quod in qualibet cauſa criminali Iudex ex officio ſuo etiam poſt aperturam teſtium poteſt teſtes de nouo recipere, tam ad offenſam, quam defenſam, *l. 1. §. fin. & l. vnius ff. de quaeſt. Io. Andr. in c. fraternitatis de teſtibus.* effectus publicae denunciationis eſt qui accuſationis *ex iurib. ſupra alleg.*

Priuata iudicialis denunciatio competit lae-
70 ſo † propter ſuum intereſſe, & fit ad priuatum commodum. In foro ſaeculari expeditur nulla praemiſſa monitione, quando fit denunciatio ab illo qui non poteſt agere, vt à ſeruis poteſtati alterius ſubditis, religioſis, ruſticis oppreſſis, & alijs conquerentibus de iniuſtis grauaminibus Praelatorum, vel eorum quibus ſubſunt, §. *pen. Inſtit. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt & ibi DD. l. 1. §. ſeruos & §. quod autem dictum eſt ff. de off. praef. vrb. & ibi DD l. nec quicquam §. de plano ff. de off. proconſ. c. quaeritur ſecunda quaeſt. 7. Gemin. & Franc. in c. cum ſingula ſub num. 5. de praeben. in 6.* aut ſi fiat denunciatio de his quae ſpectant ad forum venale, vt iuſto pretio vendantur, *l. 1. §. cura ff. de off. praef. vrb.* aut ſi res mea ad te peruenit, nec eſt cauſa, quare apud te debeat remanere, quam iure ciuili condico condictione certi, vel ſine cauſa per l. ſi & me & Titium ff ſi cert. pet. cuius remedium eſt ſubſidiarium, *Socin. in d. l ſi & me & Titium ff. ſi cert. per ſub num. 3. verſ. tertio & vltimo ff. ſi cert. pet. per l. ſi cum ſeruum ff ſi cert. pet. & ibi poſt gloſſ. DD. Greg. XV. deciſ. 216.* In
71 foro Eccleſiaſtico requiritur † bina monitio ſicut in Euangelica, *c. ſi quis erga Epiſcopum 2. quaeſt. 7. Panorm. in c. nouit. ſub num. 57. de iud. & ibi Can.*
72 in ea denuncians non † repellitur praetextu criminis, *c. de caetero de teſtib.* nemini enim ius ſuum perſequenti obſtat exceptio criminis, *c. omnibus 4. quaeſt. 6. c. conſtitutum 16. quaeſt. 1. c. filiis 16. quaeſt. 7. Pan. in c. nouit. ſub num. 32. verſ. gloſſ. vltima quaerit de iud.* niſi fortè excommunicatio obſtaret, *c. exceptionem de except.* vel ſpoliatio ſiue depraedatio, *c. 2. & fin. de ord. cognit.* vel mala.

alia exceptio praeiudicialis, *Panorm. in d. c. nouit. num. 32. in fin. & num. 33. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. denunciationem num. 12. & ſeqq.* forma libelli eſt, Domine Iudex, talis tenet rem meam contra conſcientiam, in periculum animae ſuae, cum ad me pertineat, ideò imploro officium veſtrum, vt cogatis eum ad reſtitutionem, *Pan. in d. c. nouit. ſub num. 52.*
Iudex Eccleſiaſticus † non admittit indiſtinctè 73
hanc denunciationem, ne pereat temporalis gladij iuriſdictio, *c. nouit. in princ. de iud. c. cauſam quae el. 2. qui fil. ſint legitim. c. venerabilem in princ. de elect. c. cum ad verum c. duo c. ſi Imperator 96. diſtinct.* ſed tantum in certis caſibus, quando crimen eſt Eccleſiaſticum de ſui natura, *c. 1. de off. ord. & ibi gloſſ. & DD.* vel talis ſit cauſa quae ad iudicium Eccleſiaſticum noſcitur pertinere, *c. ex tenore §. nos igitur & ibi gloſſ. in verb. Eccleſiaſticum Iudicem de for. compet.* ratione pacis vel treugae violatae, *c. nouit. & ibi Panorm. num. 9. Anchar. num. 1. & Can. communiter c. placuit 90. diſt. Pan. in rubr. de treug. & pac.* iuramenti violati, *c. fin. de for. compet. 8. c. nouit. § licet autem c. omne quod c. praedicandum 22. quaeſt. 1.* quando crimen eſt notorium, *c. quoniam de fil. presbyt. & ibi Can. c. manifeſta c. quia Lotharius 2. quaeſt. 1. c. cũ ſit Romana §. fin. de appell.* quando non auditur in foro ſaeculari, *Panorm. in c. nouit. num. 49. & 50. & ſeqq. de iudic. c. ad noſtram de iureiur. & ibi gloſſ. penult. & Can.* quando miſerabilis perſona denunciat, 87. *diſtinct. in ſumma & c. 1. & c. 2.* quando propter potentiam aduerſarij non poteſt ſe iuuare in foro ſaeculari, *l. denunciamus C. de his qui ad Eccleſ. confug. l. illicitas. §. ne potentiores ff. de off. praeſid.* quando ſubeſt obligatio naturalis tantum, *c. qualiter de pace, Pan. in c. fin. n. 22. & ſeqq. de praeſcript.* quando quis grauatur ab illo, qui ſubeſt immediatè Imperatori, in Iudicio vel extra illud, & difficilis eſt aditus ad Imperatorem. *l. licet §. liceat de for. compet. Authent. vt differ. iud. §. ſi verè contigerit. verſ. ſi tamen contigerit.* In his & ſimilibus caſibus reducibilibus ad iſtos locum habet haec denun-
ciatio. Denunciatus poteſt excipere † quod po- 74
teſt habere regreſſus ad Iudicem ſaecularem, *Bart. in extrauag. ad reprimendum num. 9. & ſeqq.*
Item allegare iuſtam † cauſam quare contra 75
conſcientiam non teneat. *Anchar. in c. nouit.*

ſub num 22.verſ.ſecundo principaliter quæro,& n.23.
de iud. Bart. in extrauag. ad reprimendum nu. 18. vbi
tradit quando & quomodo dicta cauſa ſit probanda. In
76 hac denunciatione ſeruandus † eſt ordo iuris,
libellus offertur, lis conteſtatur, ſententia fertur
in ſcriptis, *Io. And. in d. c. nouit an fin. Pan. num. 55. &*
ſeqq. vbi tradit differentias inter denunciationem euang.
& iudicialē & Can. com. Bart. in d. extrauag. ad repri-
mendū n. 7. effectus & finis eſt eius, vt res reſtitu-
antur, & læſus ſeruetur indemnis. *iurib. ſup. alleg.*
77 Canonica denunciatio, alia † eſt ſpecialis, a-
lia generalis, ſpecialis competit ei ſoli, cuius in-
tereſt habere bonum Prælatum Eccleſiaſticum,
c. olim hoc tit. c. Metropolitanus cum trib. cap. ſeqq. 2.
quæſt. 7. c. filiis 16. quæſt. 7. aut ſubditum, *c. 1. in*
fin. de off. cuſtod. requirit præcedentem infami-
78 am, † etiam quando proceditur contra regula-
rem Prælatum, *Pan. in c. olim num. 9. hoc tit. per c.*
qualiter & quando & 2 hoc tit. & licet h li de ſimon.
ac monitionem trinam, *c. quapropter & ibi gloſſ. in*
verb. protinus 2. quæſt. 7. vel binam, *c. cum dilectus*
hoc tit. Pan. in c. nouit. num. 59. de iud. Denuncians
79 repellitur † exceptione criminis, *d. c. cum dilect.*
80 *hoc tit. & ibi Can.* Generalis vel publica † eſt
quando de impedimento matrimonij, *c. cum in-*
hibitio de clandeſt. deſponſ. c. præterea c. cum in tua de
ſponſ. c. ad diſſoluendum de deſponſ. impub. vel deli-
ctis perpetrandis, aut perpetratis, quæ recipi-
unt augmentum propter multiplicationem a-
ctuum, aut continuationem iniuriæ, agitur, ſic-
ut eſt quando aliquis conſiſtit in illicito contu-
bernio, vel quando perſiſtit in iniuria, vel rapi-
na, vel furto, *l. interdum fur. l. inficiando §. infans*
ff. de furt. Iaſ. in l. cum qui, §. in popularibus, num. 11.
& ſeqq. ff. de iureiur. vt ab eis deſiſtatur: *Innoc. in c.*
nouit ſub num. 4. verſ. hac autem denunciatio Cano-
nica & ibi Panorm. ſub num. 59. de iud. c. ſi quis con-
81 *uictus §. fin. & c. ſeq. 22. quæſt. 5.* non requirit † mo-
nitionem præcedentem, *c. hoc videtur 22. quæſt. 5. c.*
quemadmodum §. fin. in fine de iureiur. c. ad diſſoluen-
dum & ibi gloſſ. in verb. denunciari de deſponſ. impub.
quilibet eam facit, dummodo ſit grauis & ho-
neſta perſona, *c. cum in tua, & ibi gloſſ. in verb. per-*
ſona grauis de ſponſal. & Can. gloſſ. in c. ad diſſoluen-
dum in verb. denunciari & verb. ſaluis exceptionibus &
Can. de deſponſ. impub. nemo ad eam arctatur, ſicut
nec ad alia pia opera, *Pan. in d. c. nouit. n. 60. de iud.*
ac denunciante negligenter Iudex eam ex offi-
cio perſequitur, *c. cum in tur. §. ad quod taliter de*
ſponſ. Anchar. in d. c. nouit. num. 20. in fi. Ordo iuris
ſeruandus † eſt circa deciſoria in Canonica de- 82
nunciatione ſpeciali, ſed non vſquequaq; con-
tra regulares: danda eſt itaque copia articulo-
rum, nominum, ac depoſitionum, teſtium de-
nunciatio, *c. olim & ibi gloſſ. in verb. iudiciorum, &*
in verb. copiam faciatis & ibi Pan. n. 8. & Can. hoc tit.
ac manifeſtæ requiruntur probationes, *c. Epipha-*
nium 5. quæſt. 6. c. quapropter 2. quæſt. 7. l. fin. C. de pro-
bat. ac etiam in generali, *c. ad diſſoluendum de de-*
ſponſ. impub. in vtraq; poteſt † interueniente pro- 83
curator, *Pan. in c. cum dilectus n. 1. hoc tit.* circa præ-
paratoria ordo iuris non ſeruatur, *c. ſuper his hoc*
tit. effectus earum eſt, quod ijs pendentibus ni-
hil eſt inuocandum, per quod poſſit impediri
earum perſequutio, tam in generali, *d. c. ad diſ-*
ſoluendum. quam in ſpeciali, *c. cum dilectus in fin d.*
c. olim. & ibi Pan. & Can. comm. hoc tit. Tendunt ad
finem † corrigendi, non autem ad remotionem 84
ab officio. *gloſſ. fin. & marg. in c. 1. de off. iuſt. & ibi*
Pan. n. 1. & Can. comm. c. ſuper his hoc tit. & ibi Can.
Regularis denunciatio eſt, † quæ expeditur 85
ſecundum diuerſas Religioſorum conſtitutio-
nes de plano, & ſimpliciter, nec contra eam ap-
pellatur. *c. ad noſtram c. reprehenſibilis de appell.*
Excipitur ſæpius de crimine † coram Iudice, 86
& eſt conſiderandum, ad quem finem tendat
exceptio criminoſa: quando obijcitur, vt ab
accuſatione vel teſtificatione aliquis repellatur,
non eſt neceſſaria inſcriptio, & repulſus ab ac-
cuſatione vel teſtificatione non fit infamis in-
famia legali: *c. ſi Epiſcopus & ibi Prapoſ. Gemin. &*
Can. 50. diſtinct. quando opponitur, vt quis à
promotione † officij, vel beneficij excludatur, 87
ſi ante confirmationem obijcitur, excipiens nō
tenetur ſe inſcribere; quia crimen hoc modo
probatum impedit promouendum, & obſtat ei
in dignitatibus poſtea acquirendis, ob grauatā
eius famā, *c. ſuper eo de elect.* ſed non deijcit iā pro-
motū: ſi poſt confirmationē † obijcitur, cū or- 88
dinandus fuerit aliquis, aut etiam conſeruan-
dus, ad extraordinariā pœnā ſecundū arbitrium
Iudicis diſcreti, citra vinculū inſcriptionis, exci-
piēs adſtringitur ſi defecerit in probatione; quia
crimine ſic probato perdit, quod per electio-
nem & confirmationem ei fuerat acquiſitum,
ſed prius habita non amittit, *c. cum ſuper his §.*
cum

Digitized by Google

tum autem hoc tit. licet agatur de crimine, non eſt
tamen huiuſmodi quæſtio criminalis, & in ea
poteſt interuenite procurator, *c. cum ſuper his §.
licet enim & ibi Can. hoc tit. c. per tuas & 1. §. tales de*
89 *ſimon.* Criminoſus † non admittitur ad excipi-
endum de crimine, quando ſe opponit pro bo-
no publico; quia eſt excipiens voluntarius, &
videtur concernere viam accuſationis, à qua
repellitur, *Archid. in c. illud n. 5. 23. diſtin.* quando
perſequitur intereſſe proprium, vt quia ille cō-
tra quem excipit, eſt futurus ſuus Prælatus, vel
ipſe eſt patronus, admittitur ad excipiendum,
non teſtificandum, quia eſt excipiens neceſſa-
rius, *Archid. in d. c. illud n. 5. 23. diſtinct. Pan. in c. ſuper
his n. 10. & 11. & ibi Felin. num. 6. Innoc. n. 7. & Can.
communiter hoc tit.*
90 Notorium crimen † non indiget aliquo pro-
ponente accuſationem, aut aliqua probatione,
ſed ſententia tantum in iudicio publicatur, *c.
euidentia hoc tit. gloſſ. 1. in l. 1. C. qui & aduerſus quos
in integ. reſtit. non poſſ.* tam in notorio facti per-
manentis, quàm in notorio facti tranſeuntis,
de quo Iudici conſtet, *Can. in d. c. euidentia licet
Pan. ibidem aliter ſentiat gloſſ. in c. 2. in verb. manife-
ſtum de verb. ſignif. in 6. & ibi Can. c. veſtra & ibi gl.
mag. in verb. notorium & Can. de cohabit. cleric. &
mulier. c. manifeſta 2. quæſt. 1. & ibi gloſſ. mag. & Can.
c. Deus §. quando & ibi gloſſ. mag & c. ſeq. 2. quæſt. 1.*
præmiſſa iure Canonico ſecunda aut tertia
monitione, *d. c. Deus § quando ibi poſt ſecundam &
tertiam correctionem & ibi gloſſ & Can.* ac dato ter-
mino ad ſe defendendum: *Felin. in c. cum non ab
homine n. 11. de iud. & ibi Can.* redditur delictum
notorium alternatiuè ex tribus, videlicet ex rei
euidentia, vel confeſſione, vel alia legitima pro-
batione, *c. fin. de cohab. cleric. & mul. c. cum olim de
verb. ſignif. latè Decius in c. cum ſpeciali §. porro n. 5.
& ſeq. de appell.*

Titulus II.

De Calumniatoribus.

SVMMARIA.

1 Calvmniari *eſt falſa crimina intendere ſcienter.*

2 Prævaricari *eſt vera crimina abſcondere & diuerſam cauſam adiuuare prodita cauſa ſua.*

3 Tergiversari *eſt in vniuerſum ab accuſatione publici criminis deſiſtere.*

4 Calvmniator *in accuſatione publici criminis punitur ſimilitudine ſupplicij.*

5 *Infamia notatur, ſi fuerit calumnia cauſa damnatus.*

6 *In priuatis & extra ordinarijs criminibus, extra ordinem pro qualitate admiſſi plectitur.*
Præſumitur calumniari qui non probauit quod obiecit.

7 Prevaricator *ſiue in priuato ſiue in publico iudicio extraordinaria pœna punitur.*

8 Tergiversator *mulctatur quarta omnium bonorum parte infamia & incidit in ſanctum Turpilianum.*

9 Denuncians *ſi non probauit quod intendit, præſumitur calumniari & ſiue egerit ad pœnam ſiue ad pœnitentiam, ſuſpenditur ab officio & beneficio, donec purgauerit ſuam innocentiam.*

10 In *inquiſitione non eſt ſtatuta pœna inquiſitori nō probanti & eſt arbitraria.*

11 De *calumnia punitur quis tribus modis, officio iudicis mercenario, officio iudicis nobilis & per viam accuſationis.*

Accvsatores & denunciatores quan-
doque calumniantur, ideò ponitur titu-
lus de calumniatoribus: tribus modis detegi-
tur accuſatorum temeritas, & tribus pœnis
ſubijcitur; *c. ſi quem pœnituerit §. accuſatorum 2.
quæſt. 3. l. 1. ff. ad Turpill.* Aut enim calumniantur,
præuaricantur, aut tergiuerſantur: Calumniari
eſt † falſa crimina intendere ſcienter, *l. athletas* 1
§. calumniator ff. de infamib. Præuaricari † eſt ve- 2
ra crimina abſcondere: & diuerſam cauſam ad-
iuuare, prodita cauſa ſua, *d. l. athletas §. præuari-
cator l. 1. ff. de præuaricat l. præuaricatores ff. de verb.
ſignif. c. ſi quem pœnituerit §. præuaricatorem 2. quæſt.
3. l. 1. in princ. verb. præuaricatores ff. ad Turpil.* Tergi-
uerſari † eſt in vniuerſum ab accuſatione pub- 3
lici criminis deſiſtere, *l. 1. in princ. l. ab accuſatione
ff. ad Turpil.* Calumniator † in accuſatione pub- 4
lici criminis punitur ſimilitudine ſupplicij, *c.
calumniator & ibi gloſſ ponit ſex fall. & c. ſeq. 2. quæſt.
3. c. Paulus in fin. 2. quæſt. 3 c. quiſquis & c. ſeq. 2. quæſt. 8*
vt Monachus deficiens in accuſatione Abba-
tis, inhabilitatur, vt non poſſit eſſe Abbas, *Felin.
in c. ſuper his n. 5. in fin. de accuſat.* quando poteſt ex
toto puniri ſimilitudine ſupplicij, alias pœna

 com-

Commutatur arbitrio Iudicis, vt Subdiaconus
calumnioſe accuſans Diaconum, ſubdiaconatu
priuatur, & publicè verberibus caſtigatus mit-
titur in exilium, *c.1. hoc tit.* Calumniator notatur
5 infamia, † ſi fuerit calumniæ cauſa damnatus,
neque enim ſufficit calumniatum fuiſſe, *l. Athle-
tas §. calumniator ff. de infam.* ideo ad accuſandũ
de cætero non admittitur, *c. prohibentur 2. quæſt.
1. l. qui accuſare ff. de accuſat.* niſi proprias cauſas,
non tamen criminales vel eccleſiaſticas aſſere-
re voluerit, *c. ſi accuſatorum 3. quæſt. 10. & ibi Can.
& iſtum eſſe verum iſtius textus intellectum colligitur
ex verb. culpabiles apparuerint.* In priuatis & extra-
6 ordinarijs † criminibus, omnes calumniati ex-
tra ordinem pro qualitate admitti plectuntur,
l. & in priuatis ff. ad Turpil. Accuſator præſumitur
calumniari, qui non probauit quod obiecit, *c.
qui non probauerit 2. quæſt. 3. gloſſ. in c. cum dilectus in
verb. calumniandi & ibi Pan ponit caſus exceptos in
quibus non præſumitur calumnia hoc tit. & ibi Io. de
Anan. n. 9. & Can.* Quotieſcunque ab accuſato-
re multa crimina obijciuntur, & vnum ex his,
de quo prius egerit, probare non valuerit, ad
cætera iam non admittitur, *c. placuit 3. quæſt. 10.*
7 *& ibi gloſſ. mag.* Præuaricator † ſiue in priuato ſi-
ue in Iudicio publico extraordinaria pœna pu-
nitur arbitrio Iudicis, *l. 1. in fin. & l. 2. ff. de præua-
ricat.* & poſtea ex lege non accuſat, *l. accuſator ff.
de præuaricat.* In criminibus quæ extra ordinem
obijciuntur, eadem pœna afficitur, qua tenere-
tur, ſi ipſe in legem commiſiſſet, qua reus pro-
pter præuaricationem abſolutus eſt, *l. pen. ff. de*
8 *præuaricat.* Tergiuerſator † mulctatur quarta o-
mnium bonorum parte, & infamia, & incidit
in Senatuſconſultum Turpilianum, *dictum eſt
ſupra tit. de accuſ. §. proceditur in accuſatione.* De-
9 nuncians † quoq; ſi non probauit quod inten-
dit, præſumitur calumniari, *Pan. in c. fin. n. 5. & ibi
Io. de Anan. n. 19. hoc tit. & Can.* & ſiue egerit ad
pœnam ſiue ad pœnitentiam ſuſpenditur ab
officio & beneficio, donec purgauerit ſuam in-
nocentiam, quod non calumniandi animo ad
huiuſmodi crimina proponenda acceſſit, vt cæ-
teri ſimili pœna perterriti, ad infamiam aliorũ
non facile proſiliant, *c. fin. hoc tit. c. homicidium de
pœnit. diſt. 1. c. deteriores & c. ex merito 6. quæſt. 1. c. 1.
2. 5. quæſt. 1.* ſed non eſt præſumptio iuris & de iu-
re, imo admittit probationem innocentiæ, *Pan.
in c. fin. n. 6. hoc tit.* quia poteſt ex cauſa calumnia
excuſari, eiuſque rei inquiſitio arbitrio cogno-
ſcentis committitur: qui reo abſoluto de accu-
ſatoris, & denunciatoris incipit conſilio quære-
re, qua mente ductus ad delationem criminis
acceſſit *l. 1. ff. ad ſen. C. Turpil. c. ſi. hoc tit.* In inqui-
ſitione † non eſt ſtatuta pœna ordinaria inqui- 10
ſitori non probanti, ideo in arbitrio Iudicis re-
linquitur, *c. de cauſis de off. deleg. gloſſ. 1. in c. calum-
niator 2. quæſt. 3. & ibi.* De calumnia † punitur quis 11
tribus modis, 1. Ex officio Iudicis mercenario,
& tunc vel pœna debet inſeri in ipſa ſententia,
l. 1. C. de calum. vel ſufficit pronunciari per Iudi-
cem quod fuerit calumniatus, quamuis nihil
ſubiecerit de pœna, *l. 1. ff. ad S. C. Turpil.* quia pœ-
na legis authoritati reſeruatur, aut ſuppleri po-
teſt per illam diem qua accuſato data fuit ab-
ſolutoria, quia tanto tempore durat Iudicis
officium in acceſſoriis, *cum appellationibus de ap-
pella. in 6. l. Paulus ff. de re iud.* 2. Ex officio Iudicis
nobili, etiam longo tempore poſt ſententiam,
ex quo enim commiſit delictum in præſentia
Iudicis, poteſt Iudex ex officio ſuo nobili po-
ſtea inquirere & punire, *c. 1. & ibi Pan. in 3. not.
hoc tit. l. 1. in princ. verſ. ſed non vtiq. ff ad Turpil.* 3. Per
viam accuſationis, ſicut de quolibet alio deli-
cto, ſed non eſt publica accuſatio, *l. præuaricatio-
nis § ſi ideo quis ff de præuaricat. Pan. in c. 1. ſub nu. 4.
hoc tit. l. 1. §. ſuſpectis verſ. item ſi dicatur ff. ad Turpil.*

Titulus III.

De ſimonia & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur aut promittatur.

SVMMARIA.

1 SIMONIA *eſt mixti fori.*
2 *Eſt voluntas ſtudioſa vel cupiditas emendi vel vendendi aliquid ſpirituale vel ſpirituali annexum.*
3 *Triplex eſt mentalis, realis, conuentionalis.*
4 *1. Mentalis Simonia committitur in prohibitis quia ſimoniaca, & non committitur in ſimoniacis quia prohibita.*
5 *Realis committitur quomodolibet dando & recipiendo.*
6 *Ipſo iure priuat beneficijs obtentis & punitur alijs pœnis hic recenſitis.*

7. Ob

Digitized by Google

7 *Ob Simoniam conuentionalem per ſententiam quis venit priuandus obtentis, ſed rigoroſa conſtitutio Pij V priuat ipſo facto obtentis & inhabilitat ad futura.*

8 *Conuentionalis contrahitur quando per pactum precedens conuenitur ſuper habendis ſpiritualibus, mediante aliquo temporali, & primo.*

9 *Actus correſpectiui ſiue reciproci, facio vt facias, eo vt facias inducunt ſimoniam conuentionalem.*

10 *2. Committitur quando deducitur in pactum munus ab obſequio, munus à manu & manus à lingua.*

11 *3. Quando fit collatio beneficij cum obligatione quod is cui confertur teneatur interpretari ſacram ſcripturam, dare aliquid pro fabrica, luminaribus eccleſia.*

12 *4. Quando aliquid accipitur vel datur pro eccleſiarum inueſtitura ſiue iuris ſiue facti, etiamſi ſit conſuetudo & recenſetur decretum* Concilij Tridentini in c. pluribus ſeſſ. 24.

13 *5. Committitur quando Epiſcopi exigunt primos fructus, annotat, taxat, pro conſecrationibus Epiſcoporum, benedictionibus, abbatum ordinibus, clericorum abſolutionibus, diſpenſationibus.*

14 *6. Quando clericus ex pacto largitur eccleſia bona ſua, vt illa pro prębenda retineat & in canonicum admittatur.*

15 *7. Committitur quando pro receptione monachi vel monialis ante vel poſt illam, paſtus, prandia, cœna, iocalia, aut alia res etiam ad vſum eccleſiaſticum deputata ſeu deputanda quoquo modo petuntur, ac dantium & recipientium pœna.*

16 *8. Quando prælati vices ſuas ſub annuo cenſu concedunt vel aliquid exigunt pro licentia docendi.*

17 *9. Quando aliquid promittitur, datur, recipitur, vel etiam promiſſio recipitur pro iuſtitia vel gratia à ſede Apoſtolica obtinenda.*

18 *10. Quando pro rebus ſpiritualibus aut habendo beneficio homagium præſtatur.*

19 *Abſq; Simonia munus à manu licitè interuenit in ſpiritualibus in ſeptem caſibus, hic ſpecificatis.*

20 SIMONIA *conuentionalis primo coercetur ſuſpenſione cũ diſtinctione, An ſimonia ſit commiſſa in ordine recipiendo, aut in ordine conferendo aut in beneficio.*

21 *2. Perpetua depoſitione ab officio & beneficio ac infamia.*

22 *3. Reſignatione ſpiritualium & temporalium, ac reſtitutione pecuniæ ſine diminutione illi Eccleſiæ in cuius ignominiam data fuit.*

23 *4. Inhabilitate ad deſeruiendum in ordine ſuſcepto per ſimoniam, & ad obtinendum vedum beneficium per ſimoniam habitum, etiamſi illi de nouo conferatur, ſed etiam ad alia poſtea conferenda.*

24 *5. Pœna ſurum & intruſorum.*

25 *6. Nullitate prouiſionis, collatio enim ſimoniaca non tenet etiam ignorante beneficiato.*

26 *Deſignatio beneficij ſimoniaca non tenet & reſignatario nullum ius quæritur.*

27 *Quando nominatio eſt ſimoniaca, acceptatio, prouiſio, breue & omnia inde ſecuta ſunt ſimoniaca.*

28 *Quando præſentatio eſt ſimoniaca inſtitutio eſt nulla, etiamſi vnus patronorum laicorum præſentet aliquem cum hoc pacto, quod aliquid ſoluat quando præſentant vt vniuerſi ſeu iure collegij ſicut eſt in patronis præſentantibus vt ſingulis.*

29 *Electio ſimoniaca eſt nulla imò vna vox per ſimoniam obtenta, licet alias non ſit neceſſaria electo à maiori parte capituli facit electionem ſimoniacam.*

30 SIMONIAM *accuſant criminoſi, ſeruus etiam proprius, meretrix, quando contra ſimoniacum agitur ciuiliter, vel vt repellatur à beneficio obtinendo.*

31 *Contra teſtes illæ tantum admittuntur exceptiones quibus probatis conſtaret, eos ex malignitatis fomite proceſſiſſe, vt conſpirationis inimicitiæ capitalis.*

32 *Admittuntur in teſtes mediatores, ſocij criminis tantum ſocij muneris tantum.*

33 *Prælati in teſtes non ſunt admittendi, quando contra ſimoniacum agitur criminaliter vt deponatur ab ordine, deijciatur ab obtento beneficio.*

34 *Requiritur ſiue ciuiliter ſiue criminaliter agatur plena & concludens probatio, &*

non

non admittantur conjectura & præſumptiones niſi quæ eam neceſſario concludant.

TRACTATVRVS compilator de criminibus præmittit de ſimonia propter eius enormitatem, quia cætera reſpectu huius pro nihilo reputantur, *c. fin. 1. quæſt. 7. c. ſicut ſimonia & c. tanta hoc tit. c per tuas 1. §. nos vero hoc tit.* quod crimen ſimoniæ committatur in Deum, id eſt, in his quæ ſpecialiter ei ſunt deputata & dedicata, ſcilicet res, & dignitates, & ſacramenta, & officia eccleſiaſtica; *arg. c. ſicut qui 17. quæſt. 4. c.*
1 *monet §. ſed quæritur 22. quæſt. 1.* eſt mixti † fori, & poteſtas ſæcularis procedit non ſolum contra laicos, ſed etiam clericos ſimoniacos, ſi clerici commoniti non reſipuerint, *c. fin. 1. quæſt. 7.* poteſt enim poteſtas ſæcularis clericos etiam non depoſitos in certis caſibus coercere, *c. nec licuit & ibi gloſſ. fin. 17. diſt. c. Principes & ibi gloſſ. mag. iſtos caſus cumulat 23. quæſt. 5. licet Pan. in c. cum ſit generale de for. compet. nu. 20. dicat eſſe crimen merè*
2 *eccleſiaſticum.* Simonia eſt voluntas † ſtudioſa, vel cupiditas emendi vel vendendi aliquid ſpirituale. *gloſſ. in ſumma & c. 2. & ſeq. & c. qui ſtudet 1. quæſt. 1.* vel ſpirituali annexum, *c. quæſitum de rer. permut. c. præterea 1. & 2 ibi Can. de tranſact. c. de iure de iurepatr. c. veniens. & 1 & ibi Pan. n. 1, & ſeq. & Felin. in 2. not. & Can de teſtib. c. ſi quis obiecerit 1. quæſt.*
3 3. Triplex eſt, † mentalis, realis, conuentionalis.
4 Mentalis † committitur in prohibitis, quia ſimoniaca; qualia ſunt illa, quæ in veteri, & nouo Teſtamento ſimoniaca ſunt, vt vendere ſacramenta, *c. nemo C ſi quis hoc tit. Felin. in c. ad audientiam el. 2, verſ. quod autem dicta conuentio de reſcript.* eſt peccatum mortale, & ſufficit per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere Creatori; *c. fin. hoc tit, Garc. de benef. par. 8. cap. 1. n. 45. & ſeqq.* non committitur in ſimoniacis, quia prohibita; qualia ſunt quę per conſtitutionem eccleſiæ facta ſunt ſimoniaca, vt datio paſtus poſt receptionem in Canonicum, reſignatio ſimplex facta ab eo, qui habet in animo vt ei detur, alias non renunciaturus, *gloſſ. 1. in c. ordinationes 1. quæſt. 1. Pan. in c. ex par. 1. ſub n. 4. de off. deleg.* in quibus ſola voluntas non ſufficit ad inducendam ſimoniam, dum tamen ſit contenta ſuis terminis, *c. ex parte el. 1. & ibi gloſſ. in verb. dimittere de off. deleg. & ibi Pan. n. 4. & 5. & Can. communiter c. Saluator & ibi gloſſ. in verb. Iudicem 1. quæſt. 3. gloſſ. in c. cum pridem in verb. illicita partionis de pact. & vtrobique Can. Felin. in c. ad audientiam el. 2. n. 3. & ſeqq. de reſcript. Garc. de benef. par. 11. cap. 3. §. 2. n. 161. & ſeqq. vſque ad num.* 214. ſed requiritur alterum datio vel conuen-
tio. Realis † committitur quomodolibet dan- 5
do & recipiendo, *c. cum omnis auaritia & cc. ſeqq. c. emendari & c. ſeq. c. baptizandis & cc. ſeqq. 1. quæſt. 1. extrauag. cum deteſtabile §. ſtatuentes de ſimon in communib. gloſſ. in ſumma & c. 1. & ſeq. & c. altare & c. ſeq. 1. quæſt. 3.* punitur grauiſſimis pœ-
nis; ipſo iure † ſunt priuati obtentis beneficijs, 6
Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 15. n. 69. & ſeqq. Caſſad. deciſ. 5. de conſtit. Caputaq. deciſ. 201. par. 1. & deciſ. 238. par. 3. Ordinati per ſimoniam realem ſunt ipſo iure à ſuorum ordinum executione ſuſpenſi, electiones, confirmationes, prouiſiones & quæuis aliæ diſpoſitiones de beneficijs, quas per ſimilem ſimoniacam labem fieri contingerit, viribus omninò carent, & per eas cuiquam ius nullatenus acquiritur, nec inde facit fructus ſuos, ſed reſtringitur ad eorum, quos percepit reſtitutionem, quique eam committunt, eiuſque mediatores ſententiam excommunicationis incurrunt, à qua, niſi à Romano Pontifice non poſſunt abſolui, præterquam in mortis articulo conſtituti, *d. extrauag. cum deteſtabile de ſimon. in communib.* Ob ſimoni-
am conuentionalem, † etiamſi conuentio non 7
ſit executa, regulariter per ſententiam quis venit priuandus obtentis, & non eſt priuatus ipſo facto, *Caſſad. deciſ. 5. de conſtit. in princ. Caſſad deciſ. 1. hoc tit. c. 2. de confeſſ. c. per inquiſitionem de elect. c. presbyter 1. quæſt. 1. c. inſinuatum hoc tit. Garc. de benef. par. 8. cap. 1. n. 36. & 37. Rot deciſ. 405. num. 1. par. 1. diuerſ.* ex rigoroſa conſtitutione Pij V. priuatur ipſo facto obtentis, & inhabilitatur ad futura. *Pius V. in conſtit. in bullario antiquo 87. §. ſed ne quiſpiam.* Propter pactiones illicitas, quæ non continent veram ac puram ſimoniam, licet ſapiant ſpeciem ſimoniæ, non poteſt quis beneficijs priuari, ſed pactiones iritæ iudicantur, *c. conſtitutus & ibi Pan. num. 3. & Can. & c. ſuper eo de tranſact. Pariſ. conſ. 29. n. 10. & ſeq. vol. 4. Iul. clar. in §. ſimonia n. 10. Io. And. in c. nemo n. in fin. hoc tit.* vt ſi collatio beneficij fiat alicui cum pacto, quod non renunciabit beneficio, quod non efficietur familiaris Cardinalis, vel Papæ. *Pariſ. d. conſ. 29. vol. 4.* Contrahitur conuentionalis, † 8
quando per pactum præcedens. *c. Artaldus 8. quæſt. 3.*

quaeſt.3.c.ordinationes & ibi gloſſ.1.& Can.1. quaeſt.1. Greg. 15.deciſ.517.n.20.& n.30. & ſeq. conuenitur ſuper habendis ſpiritualibus mediante aliquo temporali, *c.quicunq; & cc.ſeqq.1.quaeſt.1. c nobis & ibi Can.hoc tit. c.cum pridem c. fin. de pact. c. ex multis & c.ſeq. 1. quaeſt. 3. c. ordinationes & ibi gloſſ. in verb. pretio 1.quaeſt.1.c.dilecto & ibi gloſſ.1. de praeb. Garc. de benef. par. 11.cap.3.§.2.n.165.& plur.ſeqq.* quantumcunque modicum ſit illud, quod ex pacto datur, nec dimittitur peccatum, niſi reſtituatur malè receptum, *Pan. in c.ex tua n.5.vbi diſtinguit hoc tit.* & ſimplicitas non excuſat à ſimonia, *Put. deciſ. 159.lib.2.Mandot.de ſig. grat. tit. priuationes verſ.nullitas prouiſionis arg.l.venia C.de in ius voc.l.1. C.de interd. matrim. & ibi poſt gloſſ. fi. DD.*
9 fuſius me explicabo, 1. Actus correſpectiui,† ſiue reciproci, facio, vt facias, do vt facias, inducunt ſimoniam conuentionalem non realem, *Rot.diuerſ.deciſ. 405. par. 1. Bell. deciſ. 12. Sarnen in reg. de triennal. q.12. §. Secundo principaliter limitantur, verſ ſola igitur conuentio l.fundi partem & ibi gloſ. in verb. vendidiſti allegat concordantias ff. de contrah. empt.* Cenſentur autem actus correſpectiui facti vnico contextu, vel vnus ex interuallo poſt alium, quando vnus fit gratia alterius, ſiue vnus venit ad determinationem alterius, aut ambo recipiunt eundem finem, idem negotium, ſeu habent dependentiam inter ſe & connexitatem, *l.1.§ quae onerandae ff. quar. rer. actio non detur l. petens & ibi Dec.poſt Bald. n.3.C.de pact.plures cumulans l.ſi ventri §. fin. ff. de priuil. credit. Bald. in l.pen. §.mulier n 3.ff.ſolut.matr. Felin. in c. paſtoralis ſub n. 7. verſ. ſuas etiam quod ſi vnus de reſcript. latè Tiraq.in l.ſi vnquam in verb. donatione largitur, n.116.& 118. & ſeqq. C.de reuoc. donat. plures cumulans quotas Rot. diuerſ.deciſ.491.par.1.Creſc.deciſ 1 hoc tit.* ſola vnitas ſcripturae non facit capitula ſiue actus correſpectiuos, ſed vnitas rationis, *l.cum actum ff. de neg.geſt.Pan.in c.dilectus el.1.n.6.de praeb.l.etiam 1.§. ex cauſa ff.de minor.25.ann.& ibi DD.Dec.in c.ſi duobus n.56.& 58.de appell.latè Put.deciſ. 213.lib.3.* In dubio contractus praeſumuntur correſpectiui, *l.non adiecit & l.ſeq.ff.pro ſocio Rot. diuerſ.deciſ.112.n. 7.par. 1.* exempli gratia dimiſſio aut reſignatio beneficij, & reſeruatio penſionis, nec non caſſatio vnius, & reſeruatio alterius penſionis cenſentur correſpectiua, ex praeſtatione conſenſus vnico contextu coram eodem notario & teſtibus ſuper vtraq; ſupplicatione, etiamſi in dictis ſupplicationibus ſint diuerſae datae, & diuerſae miſſae ſupplicationum reſignationis, reſeruationis, & tranſlationis, penſionis; *Rot.diuerſ.dec. 446.par.1. DD.poſt gloſſ.in l.petens C.de pact. l. cum eiuſdem §. interdum ff.de edil.edict.* ex conſtitutione vnius & eiuſdem procuratoris; ex breuitate tempus quod intercedit inter vnum & aliud mandatum; *Rot.diuerſ. deciſ.234.par.2.in fi.l.ſi neutri §. eorum & §. ſeq ff.de priuil.credit. & ibi DD. c. officij & ibi poſt gloſſ. in ver. incontinenti DD. de elect. Crauett.conſ. 153.n.8.& 9.* ex mandatis ad cedendum & retrocedendum: *c.cum pridem & ibi Can. de pact. Anchar.in l.quaeſitum n.2.de rer.permut.* Item correſpectiuitas probatur ex verbis diſpoſitionis, videlicet, dummodo alia ſimilis penſio validè reſeruetur & non alias; *Rot.diuerſ.deciſ.446. ſub n.3.verſ.de mente & n.5.par.1. Pan.in c. cum pridem n.11.de pact.& ibi Can. Pan. in c.inſinuante n.6. qui clerici vel vouentes*, modo & forma infraſcriptis; attentis praemiſſis; *Rot.diuerſ. deciſ. 589. ſub n.4.par.1.l.petens C.de pact.& ibi DD.l.lecta ff.ſi cert. petat.* clauſula quae omnia & ſingula; clauſula iuramenti, aut ſi alter contrahentium alias non fuiſſet contracturus, *Caeſar deciſ.vnic.n.8.9.& 10. de fid. initium l.cum eiuſdem generis & l. ſeq. ff.de edil. edict.* cenſeturque vnus actus alteri ineſſe, vt vnius habeatur contractus, *l. fundi partem ff.de contrah. empt.l.petens C.de pact.Rot.diuerſ.deciſ.471.n. 8.& 9.par.1.& deciſ.278.n.5.& ſeqq.par.2.latè Gabriel.de praeſumpt.concluſ.13. plures cumulans*, vno ceſſante vel ſublato alter corruit, *l.fin.ff.de accept. l.etiam §.ex cauſa & ibi DD.ff.de minor 25.ann.Rot diuerſ. deciſ.115.n.5.plures cumulans & deciſ.589.ſub n.3.& n.4.par.1.* propter labem vnius tota conuentio dicitur ſimoniaca, etiamſi non ſortiantur effectum, & alias eſſent licita, cum tamen deducta fuerunt in conuentionem non dicuntur licita. *Mohed. deciſ.1. hoc tit. Anchar. in c. quaeſitum n.3.& ſeqq. de rer. permut. & Can. Anchar.in c. cum olim in 3. not. & n. 3. de rer permut.* Quando vero quaelibet res habet ſuam recompenſam, aut obligatio contineat plura negotia, diuerſam rationem habentia, ceſſat praeſumptio correſpectiuitatis, & tot dicuntur diſpoſitiones ſeparatae, quot ſunt res & negotia, & contrauentio in vno non inducit contrauentionem in alio, etiamſi ſint poſita in vno eodemque inſtrumento facto eiſdem die loco & menſe coram eiſdem teſtibus & notario, quia non reflectun-

tur ad idem factum, *l. ſcire debemus ff de verb. oblig. §. quoties Inſtit. de verb. oblig. l. ſi plura mancipia ff. de ædil. edict. Tiraquell. de retract lignag. §.23 gloſſ. 1. n. 20. & ſeqq. plures cumulans*, vt mandatum ad conſentiendum coadiutoriæ in Canonicatu, & attendatio fructuum eiuſdem Canonicatus ad triennium anticipata ſolutione treecentorum ducatorum, *Put. deciſ. 167. in vna Hiſpalen. libr. 2. Mohed. deciſ. 3. hoc tit. c. tua nos & ibi poſt gloſſ in verb. incontinenti Zab. & Can. hoc tit.* Duplex eſt correſpectiuitas, ſucceſſiua quæ momento temporis non finitur, & momentanea, vel conditio quæ oritur ex correſpectiuitate, aliquando eſt momentanea, & ſufficit momento adimpletam eſſe, aliquando eſt ſucceſſiua & requirit perſeuerantiam, *l. ſi quis hæredem & ibi Iaſ. in princ. & n. 11. & DD. communiter C. de inſtit. & ſubſtit. Imol. in clem. etſi principalis n. 14. de reſcript. l. cum vxoris & ibi DD. C. quando dies legat. vel fideicomm. eod.* Item ſucceſſiua vel eſt ſuſpenſiua vel reſolutiua: *l. 2. & ibi gloſſ. & DD. ff. de in diem addict. Bald. in l generaliter n. 5. & 7. & ſeq. C. de Epiſc. & cleric. Tiraquell. in reg. ceſſante cauſa limit. 23. in terminis correſpectiuitatis Rot. diuerſ. deciſ. 215. n. 14. & deciſ. 677. ſub n. 1. & ſeq. part. 1.* effectus eſt valde notabilis, quia conditionem momentaneam ſufficit ſemel fuiſſe adimpletam, quamuis non duret implementum; *l. ſi quis hæredem C. de inſtit & ſubſtit. l. cum vxori C. quando dies legat. vel fideicom. eod.* In conditione ſucceſſiua, non ſufficit momentaneum implementum, ſed requiritur perſeuerantia, *l. ſi quis ita legauerit ff. de cond. eadem l. ſi à te ff. ſi ſeruit. vend.* In actu geſto ſub conditione ſuſpenſiua, ante implementum nulla oritur obligatio; in actu geſto ſub conditione reſolutiua ſtatim oritur obligatio pura & reſoluenda; *l. 2. ff. de in diem addict. & ibi gloſſ. & DD. l. 1. cum l. ſeq. ff. de leg. commiſ. l. 1 ff. de donat.* conditioni reſolutiuæ poteſt vnus tacite renunciare, *l. 2. & l. ſeq. l. de lege commiſſoria §. poſt diem & l. ſeq. ff. de leg. commiſſ.* non ſuſpenſiuæ, *l. vnica C. vt actiones ab hæred. & cont. hæred. §. ex conditionali Inſtit. de verb. oblig.* Purgatur præſumptio ſimoniæ quæ oritur ex actibus reciprocis, per infraſcriptam clauſulã, quæ ſupplicationibus ſolet inſeri. Quod A ad cedendum vel reſignandum dictum beneficium in fauorem B. ipſe vero B. ad retrocedendum in fauorem dicti A. & ipſe A. ad conſentiendum regreſſui ac penſioni ſeu fructuum reſeruationi in fauorem B. eodem contextu procuratores conſtituerunt, exprimi poſſit in litteris, & tunc cum opportuna abſolutione & diſpenſatione deſuper neceſſarijs, *Mandoc. de ſign. grat. tit. redemptio propter correſpectiuitatem, Idem tit. retroceſſiones verſ. in Hiſpanijs*, ſed iuxta ſtylum modernum dicta clauſula non apponitur, ſed ſufficit exprimere in ſupplicatione totius facti ſeriem. 2. Committitur ſimonia quando deducuntur in pactum † munus ab obſequio, id 1 eſt ſeruitus, *c. cum eſſet hoc tit. & ibi gloſſ. 1. & Can.* munus à manu, nempe pecunia, *c. veniens c. ex tuæ, hoc tit. c. iudices c. placuit 2. 1. quæſt. 1.* aut munus à lingua id eſt fauor, *c. ſunt nonnulli 1. quæſt. 1. Felin. in c. ad audientiam el. 2. n. 10. de reſcript.* In beneficialibus reprobatæ ſunt promiſſiones etiamſi fiant ex cauſa remuneratoria, *c. cum eſſent c. dilectus 2. in fin. c. tua nos in princ. & ibi gloſſ. in verb. purè conſentiant hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 265. par. 1.* ac ignorante beneficiato, cuius ignorantia non excludit vitium ſimoniæ, *c. ſi alicuius & ibi Pan. & Can. de elect. c. de regularibus 2. reſp. & duob. cap. ſeq. hoc tit.* Reſignatio facta cum pacto, quod reſignatarius faciat omnem impenſam in expeditione. Bullarum pro ſe ſignante, eſt ſimoniaca, niſi Papæ exprimatur, *Nauar. conſ. 25 & 30. hoc tit. Pariſ. de reſig. lib. 14. quæſt. 7. n. 9. & in iſta quæſtione caſus 24. ſimiles cumulat Garc. de benef. par. 11. cap. 3. §. 2. n. 147. & ſeqq. plures quæſtiones reſoluit.* Item reſignatio facta in fauorem certæ perſonæ, cum clauſula & non alias, coram ordinario, *dictum eſt ſupra tit. de renunciat.* 3. Committitur ſimonia, quando fit collatio † beneficij 11 cum vinculo obligationis, quod is cui confertur, teneatur legere, & interpretari ſacram ſcripturam, dare aliquid pro fabrica, luminaribus eccleſiæ, pauperibus, *c. ex multis §. conſtituimus 1. quæſt. 3. c. non eſt putanda §. nimis ergo 1. quæſt. 1. Put. deciſ. 396. lib. 3.* quia liberæ, gratuitæ & puræ debent eſſe omnes collationes, *c. fin. de pact. c. vnico vt eccleſ. benef. ſine dimin. conf. c. tua nos hoc tit. c. 2 & ibi gloſſ. in verb. incerta & Can. de elect. in 6. Garc. de benef. par. 8. ca 1. n. 75 & ſeqq. vſque ad 100.* ac etiam præſentationes, excepto caſu el. 2. §. fin. de iurepatr. *Franc. in c. 2. ſub n. 6. in fine de elect. in 6.* vnde patroni præſentantes ad parochialem ſub conditionibus quod teneatur præſentatus alere duos Capellanos, quorum vtrumque vel alterum nominant, ita quod videatur

magis

magis factum intuitu perſonatum, quàm eccle-
ſiæ, & ſalicare porticum committunt ſimoni-
am, *Achill. deciſ. 4. hoc tit. c. ſignificaſti & ibi poſt
gloſſ in verb. conditione Pan. Dec. numer. 35. & ſeq.
& Can de elect. Felin. poſt Pan. in c. cum ll num. 20.
& ſeqq. de conſtit.* niſi oſtenderetur quod onera
huiuſmodi eſſent annexa beneficio, aut alie-
ri vnito iſti beneficio, quo caſu collatio facta
pér ordinarium cum expreſſione præfara non
eſt ſimoniaca; quia huiuſmodi, expreſſio eſt
potius admonitio & certioratio, quam con-
ditio quæ non viriat actum; *c. ſignificaſti de elect.
c. ſignificatum de præb. Felin. in c. ad audientiam el. 2.
numer. 8. & ſeqq vbi ponit duas fall. de reſcript. Capu-
taq. deciſ. 132. par.* 1. aut ſi per ſtatutum huiuſmo-
di onera imponantur dignitati, ea vacante, li-
cet ſtatutum eſt inualidum; prout etiam capi-
tula conclauis non ſunt ſimoniaca, quia cum
nullo fit pactum. *c. ſignificatum & ibi poſt gloſſ.
Pan. numer. 7. de præb. c. ſignificaſti & ibi Boich. n. 2.
& 3. de elect. & ibi Can. c. cum dilectus de conſuet.
Achill. deciſ. 5 hoc tit.* 4. Committitur ſimonia
12 quando aliquid accipitur † vel datur pro ec-
cleſiarum inueſtitura, ſiue iuris, ſiue etiam fa-
cti, id eſt, pro inductione in corporalem poſ-
ſeſſionem, *c. cum in eccleſia c. in tantum* §. *prauam
c. Iacobus hoc tit. c. ſi quis præbendas 1. quæſt.* 3. etiam-
ſi ſit conſuetudo quod detur partus, vel paſtel-
lus, quæ eſt reprobata, *c. ſi quis obiecerit 1 quæſt. 3.
c. veniens c. Iacobus hoc tit. gloſſ. fin. in c. 1. hoc tit. &
ibi DD. gloſſ. in c. in tantum* §. *prauam in verb. con-
ſuetudinem & ibi Can hoc tit.* Concilium Triden-
tinum c. in pluribus ſeſſ. 24. & ſubſecuta Pij
V. conſtitutio in Bullario 106. reuocauit ab-
ſolute quæcunque ſtatuta, conſtitutiones &
conſuetudines etiam immemorabiles, ſiue pro
ſoluendis debitis, ſiue alijs cauſis conceſſa,
etiam Apoſtolica auctoritate confirmata, per
quæ vacantibus beneficijs fructus ac etiam
quotidianæ diſtributiones primo ab ipſa va-
catione anno, aut longiore, vel etiam breuio-
re tempore, prouenturi, hæredibus defuncti
Canonici, menſæ Epiſcopali ſeu Capitulari,
alioue loco integre, vel ad partem remanent,
ſiue applicantur, aut in communes vſus ce-
dunt, ſeu alias inter Canonicos & perſonas ec-
cleſiæ ſeu Capituli diuiduntur, ac etiam quæ in
aliquibus eccleſijs turnorum lucra dicuntur.

Inſuper ſtatuit, vt vbicunque huiuſmodi, fru-
ctus & diſtributiones fabricæ, vel ſacriſtiæ, aut
alterius pij loci vſibus vltra ſemeſtre temp[us] re-
periuntur conceſſi, horum dumtaxat dimidia
pars ipſi ſacriſtiæ, vel fabricæ, aut pio loco de-
inceps tribuatur, alteram vero beneficiati
ſiue de dictis beneficijs prouiſi integrè percipi-
ant; per quæ correcta videtur extrauag. Ioan.
22. ſuſcepti de elect. *Garc. de benefic. par. 11. cap. 5.*
§. 1. *numer.* 37. *& ſeqq. &* 148. *& ſeqq.* 5 Com-
mittitur, quando Epiſcopi † exigunt primos 13
fructus, annatas, taxas pro conſecrationibus
Epiſcoporum, benedictionibus Abbatum, or-
dinibus clericorum, abſolutionibus, diſpenſa-
tionibus: *c. ſicut pro certo c. ad noſtram & ibi gloſſ.
alleg concord. hoc tit.* nam licet in Romana Cu-
ria huiuſmodi ſoluantur ex voluntate Papæ
pro ſuſtentatione officialium, tamen Epiſco-
pi ſimiles taxas facere non poſſunt abſque labe
ſimoniæ; *Ioan. Andr. poſt Hoſtien. in c. inter cæte-
ra in gloſſ. fin. de offi. ord. c. ex multis c. conſtituimus
1. quæſt. 3. c. non ſatis cum duobus cap. ſeqq. hoc tit.*
alioquin exacta reſtituunt duplicata in vti-
litatem locorum, in quorum fuerunt ſoluta
diſpendium, fideliter conuertenda. *c. audi-
uimus hoc tit.* 6. Quando clericus ex pacto,
† vel cum conditione largitur aut offert ec- 14
cleſiæ bona ſua, vt illa pro præbenda reti-
neat, & in Canonicum admittatur, *c. tua nos in
princip. hoc tit.* Si purè, ac ſine pacto, vel condi-
tione qualibet offerat, rogans humiliter vt in
Canonicum admittatur, & bona ſua retine-
re ſibi liceat pro præbenda, & clerici eccle-
ſiæ purè conſentiant, receptio non eſt ſimo-
niaca; *d. c. tua nos* §. *ſi vero & ibi gloſſ. in verb. pu-
rè conſentiant & Can. c. tuam & ibi gloſſ. in verb.
nullam prorſus & Can. de ætat. qualit. & ord.
præfic.* aut quando pactum facit cum bene-
ficiatis de releuando ipſos indemnes ab o-
mni damno & intereſſe, ob receptionem de
ſe faciendam, ad excluſionem alterius, *Lambert.
de iure patr. 11. art. 9. quæſt. princ. 1. part. 2. libr.
Card. Seraphin. deciſ.* 764. *numer.* 4. vel cum ali-
quis accipit beneficium cum animo illud di-
mittendi. *c. mutationes 7. quæſt. 1. Achill deciſ. 1. n. 5.
off. vic.* 7. Committitur quando pro receptione
† monachi, vel monialis, aut ingreſſu religionis 15
etiam militaris, etiam ſub prætextu paupertatis,

c. quoniam ſimoniaca hoc tit. in principio, ante
vel poſt illam, paſtus, prandia, cœnæ, iocalia,
aut aliæ res etiam ad vſum eccleſiaſticum ſeu
quemuis alium pium vſum deputata vel depu-
tanda directe vel indirecte quoquo modo pe-
tantur ſeu exiguntur, ſi ſint ſingulares perſonæ,
tam dantes quam accipientes, excommunica-
tionis, ſi Capitulum vel Conuentus fuerit, ſu-
ſpenſionis ſententijs eo ipſo ſubiacent, à qui-
bus præterquam in mortis articulo abſolui ne-
queunt abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpe-
ciali: *extrauag. 1. hoc tit. inter communes*, quæ ſi-
monia non impedit monachatum, ſed impe-
dit habere locum in illo monaſterio, & tam
recipiens quam receptus, ſiue ſit ſubditus, ſi-
ue Prælatus, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo mo-
naſterio expelluntur reſtituta pecunia, *c. veni-
ens hoc t.* in locum arctioris regulæ ad agendam
perpetuam pœnitentiam retrudendi, ſine ordi-
nis ſui executione, qualitercunq; conſtet de cri-
mine, ſiue per accuſationem, ſiue inquiſitioné;
*c. quoniam ſimoniaca hoc tit. & ibi gloſſ. in verb. ex-
pellatur c. de regularibus 1. reſp. 1. hoc tit. & ibi gloſſ.
in verb. dimittant c. qui ſtudet 1. quaeſt. 1. Franc.
Marc. quaeſt. 669. par. 2. c. dilectus filius el. 2. & ibi
gloſſ. in verb. amot. hoc tit.* quod ſi non inueni-
antur arctiora monaſteria, nihilominus muta-
bunt ea, vel renunciabunt locis ſuis, & aſſigna-
buntur inferiora, & denuo reſtituentur in eo-
dem monaſterio diſpenſatiue: *d. c. quoniam ſimo-
niaca §. de his autem*, & ne per ſimplicitatem
vel ignorantiam ſe valeant excuſare, tenentur
diocęſani Epiſcopi ſingulis annis hoc per ſuas
diocęſes facere publicari, *d. c. quoniam ſimonia-
ca §. fin.* ſin autem ignorantibus receptis da-
ta ſit pecunia, poſt renunciationem loco ei-
dem, poſtmodum in ipſum redire, vel in alio
loco, qui ſit de ordine ipſo, poſſunt colloca-
ri, *c. de regularibus 2. reſp. hoc tit.* Sine pacto &
conditione licitum eſt tempore ingreſſus &
receptionis aliquid dare, & non committi-
tur ſimonia, *gloſſ. in c. tua nos in verb. pure conſen-
tiant hoc tit. approbata à Puteo deciſ. 167. numer. 4.
in fine & numer. 5. libr. 2. Mohed. deciſ. 3. num. 3. hoc
tit.* 8. Committitur quando Prælati vices ſuas
16 ſub annuo cenſu concedunt, † vel aliquid exi-
gunt pro licentia docendi, vt ſuis locis & titu-
lis demonſtrabitur. 9. Committitur à quibuſ-
cunq; qui aliquod pactum fecerint, ſiue aliquid
paruum vel magnũ promiſerint, † vel promiſ- 17
ſioné receperint, aut ex pacto ſiue promiſſione
occulte vel manifeſte facta, ſub generalibus &
plenarie nõ expreſſis, ſiue ſub ſpecialibus & ex-
preſſis aperte verbis, quidquid dederint aut re-
ceperint, magnum vel paruum vel promiſſioné
de quacunq; re aut vtilitate propter hoc conſe-
quęnda fecerint, vel receperint, pro aliqua iu-
ſtitia ſiue gratia pro ſe aut pro alio in cauſis &
iudicijs ſeu alias, per litteras apoſtolicas, & qui-
buſcunq; modis apud ſedem apoſtolicam ob-
tinenda: qui omnes, & tales ſcientes, & intra tri-
duum non reuelantes, & ſimilibus gratijs vten-
tes ſunt excommunicati, & eorũ abſolutio re-
ſeruatur ſummo Pontifici, ad quam non admit-
tuntur niſi prius datum & acceptum pauperi-
bus erogatum fuerit integraliter, & iuſtitia ac
gratia obtenta nullius eſt momenti, *extrauag. 1.
de ſent. excomm. inter communes.* Gregorius XIII.
Bulla 28. dictam extrauag. extendit ad dantes
ſupradictis conſilium, auxilium, vel fauorem, &
eos omnes ipſo iure omni beneficio, & officio
eccleſiaſtico, & ſæculari priuat, infamię ſubijcit,
inhabiles ad illa & alia declarat, & mandat illis
imponi pœnam arbitrariam, quæ cæteris ſit ex-
emplo. 10. Quando pro rebus ſpiritualibus,
aut habendo beneficio eccleſiaſtico homagiũ † 18
præſtatur. *ex diligenti hoc tit.* Sunt certi caſus in
in quibus munus à manu licite interuenit, in ſpi-
ritualibus, primus eſt cum quid ſponte datur &
gratis offertur, *c. dilectus el. 2. §. fin. c. tua §. vero hoc
tit. c. de eulogijs 18. diſt.* 2. Quando talia ſunt dona,
quæ voluntaté recipientis inclinare non debe-
ant, vel mouere, quia in accipiendis & dandis
muneribus tria ſunt attendenda, qualitas per-
ſonæ dantis & accipientis, quantitas muneris, &
donationis tempus, *c. etſi quaeſtiones h. t. Pan. in c. ex
tuan. 5. vbi diſtinguit hoc tit.* 3. Quando munus
datur pro operibus ſpiritualibus ab eo colla-
tis, qui ad hæc ex officio non tenetur, *c. chari-
tatem §. fin. & ibi gloſſ. & c. quicunque 2. quaeſt. 2.
c. ſuam, & ibi gloſſ. 1. mag. & Can. hoc tit.* 4. Quan-
do eleemoſyna datur pro vita æterna, & pecca-
torum remiſſione iuxta illud, peccata tua elee-
moſynis redime. 5. Pro redimenda vexatio-
ne iniuſte illata, is dare poteſt pecuniam, qui
ius ſpirituale quæſitum poſſidet, retinet, &
defendit, *c. dilectus el. 1. & ibi gloſſ. mag. in verb.
& accepit Pan. numer. 3. & 4. hoc tit. & Can. Pan.*

in c.

Digitized by Google

in c. cumpridem num. 9. & ſeq. de pact. Collect. in c. foras num. 23. de verb. ſignif. Sarnen. in reg. de annali. quæſt. 2. num. 7. pro iure ſpirituali quærendo non eſt licitum dare pecuniam etiam ad redimendam vexationem, ſiue contradicatur de iure, ſiue de facto. c. querelam hoc tit. Pan. in c. audiuimus ſub num. 1. verſ. aduerte hoc tit. Hinc infertur quod non licet carenti poſſeſſione ſeu ſpoliato, redimere vexationem quantumcunque ius habeat in beneficio, quia poſſeſſio beneficij eſt quid ſpirituale, ſeu ſpirituali annexum, propter adminiſtrationem ordinis, ſeu clauium quæ inde ſequitur, c. dilectus & ibi Pan. num. 3. & 4. & Can. hoc tit. Garc. de benef. par. 4. cap. 2. num. 53. & ſeqq. & quod non licet electo dare contradicenti pecuniam, vt deſiſtat à contradictione, & ſi dederit confirmatus cenſetur ſimoniacus, & tenetur renunciare beneficio. Matthæus hoc tit. & ibi gloſ. & Can. Infertur ſecundo, quod illicita eſt pactio, qua vnus reſignat omne ius ſuum quod habet in beneficio in fauorem alterius, & alter pro fructibus & expenſis dat vel promittit certam pecuniam, ſiue fiat ante litem motam, nullę factæ fuerunt expenſæ, & fructus non debentur niſi ex tempore motæ litis, c. cum pridem de pact. Mohed. deciſ. 5. hoc tit. Put. deciſ. 42. lib. 2. ſiue etiam lite mota, quia poteſt in ſe continere ſimoniam, nam ſi renuncians habet ius in beneficio, videtur renunciare iuri ſpirituali pro temporali, Pan. in d. cum pridem in 2. not. de pact. Sextus laudabiles conſuetudines à laicis ſunt obſeruandæ, quæ fuerunt inductæ, non ex præcedenti exactione, ſed ex pia deuotione fidelium, c. ad Apoſtolicam & ibi gloſſ. fin. & Panorm. nu. 5. verſ. pro intellectu hoc tit. Septimus non eſt ſimoniacum dare pecuniam epiſcopo vel alteri Prælato, vt non conferat beneficium indigno, licet Epiſcopus turpiter accipiat, & dans poſſit repetere, imò eſt datio meritoria, qua graue peccatum Epiſcopi alias indigno collaturi impediuit, Archid. in c. quam pio num. 1. prima quæſt. 2. Boich. in c. ex tua in princ. hoc tit. ſed eſt ſimonia ſi detur pecunia, vt non conferatur beneficium digno, quia hoc caſu delinquit bonum in perſona digni impediendo, & procurando collationem fieri alteri tertio, Boich. in d. ex tua num. 2. hoc tit. qui tenetur illi renunciare, quia videtur habere beneficium per illam ſimoniam, ſine qua non ipſe, ſed iſte dignus beneficium obtinuiſſet.

Simonia conuentionalis † pluribus pœnis 20
coërcetur, primo ſuſpenſione cum infraſcripta diſtinctione. Aut ſimonia eſt commiſſa in ordine recipiendo, aut in ordine conferendo, aut in beneficio. Quando ſimonia committitur in ordine recipiendo, ordinato ſciente & conſentiente, tacitè vel expreſſè, vel ipſomet pecuniam promittente, tunc ordinatus eſt ipſo iure præciſus ab Eccleſia & excommunicatus, c. reperiuntur c. quicunq. c. placuit 1. quæſt. 1. ipſoque iure ſuſpenſus quoad ſe & quoad alios nedum ab ordine ſimoniacè recepto, ſed etiam ab omnibus alijs ordinibus licitè receptis, quia licet plures ſint ordines, vnum tamen eſt ordinis ſacramentum, c. accuſatum & ibi gloſſ. in verb. ſolennia, & Panorm. num. 4. c. tanta & ibi gloſſ. in verb. omnis peccator & Can. hoc tit. c. qui ſtudet & ibi gloſſ. in verb. ordine c. eos §. ait enim Petrus 1. quæſt. 1. indiſtinctè ſiue ſit notorius, ſiue quantumcunque occultus, Pan. in d. c. accuſatum num. 4. & in d. c. tanta ſub num. 4. & ſeq. & Felin. in c. accuſatum hoc tit. c. præter hoc §. verum & §. ſeq. 32. diſt. atque etiam remotus ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium ſuorum beneficiorum: Io. And. in c. per tuas el 2. num. 6. hoc tit. & Can. c. eo ſ. 9. ait enim c. ſertur & c. ſeq. 1. quæſt. 1. cum eo diſpenſat ſolus Papa, c. pen. & ibi gloſſ. hoc tit. c. poſt translationem & ibi gloſſ. in verb. nequeat & Can. de renunc. c. erga 1. quæſt. 1. c. nobis in fine hoc tit. nec eſt neceſſe quod renunciet ordini, cum vitium rei furtiuæ poſſit purgari, re furtiua apud furem remanente de voluntate Domini, c. ordinationes & ibi gloſſ. in verb. fures & Can. 1. quæſt. 1. ſi ab alio ſimonia fuerit commiſſa ordinato ignorante, nec poſtea ratum habente, tunc eſt ſuſpenſus ab ordine ſimoniacè ſuſcepto, non ab alijs quos prius licitè recepit, nec à beneficijs prius licitè obtentis, & poteſt recipere beneficia de nouo ſibi collata, quia ſimoniacus non eſt, c. de ſimoniace hoc tit. in ordine tamen ſimoniace ſuſcepto remanere aut deſeruire non poteſt, quia eum habet vitiorum, Archid. in c. præſentium num. 1. prima quæſt. 5. & ibi Gemin. num. 1. gloſſ. fin. in d. c. ſimoniacè & ibi Can. neque promoueri ad maiorem ordinem, quia videretur per ſaltum promotus, niſi prius ſecum in ordine ſimoniacè ſuſcepto fuerit diſpenſatum per Epiſcopum, Panorm. in c. de ſimoniacè num. 3. 5. & 6. hoc tit. vbi refert opinionem aliorum diſtinguentium, an ſimonia in ordine ſit manifeſta vel occulta, &

Io. And. n. 2. Felin. in 1 concluſ. c. præſentium 1. quæſt. 5. & ibi Gemin. n. 4. qui poteſt diſpenſare quando pecunia ſibi data non fuerit, ſed eius prædeceſſori, vel alteri, alias ſi Epiſcopo data fuerit, in ordine taliter collato diſpenſat ſolus Papa, *gloſſ. fin. in d. c. præſentium.* Qui ſimoniam committit in ordine conferendo, ipſo facto eſt ſuſpenſus perpetuò ab ordinibus quod ſe & alios, *c. ſtatuimus §. ſicut & duob. cap. ſeqq. 1. quæſt. 1.* indiſtinctè tam occultus quam notorius, *c. prætor. §. verum & §. ſeq. & ibi gloſſ in verb. officium 32. diſtinct. c. per tuas el. 2. & ibi gloſſ fin. hoc tit. & Pan. & Can.* vnde ab eo non debemus recipere aliqua ſacramenta, niſi baptiſmum & corpus Domini tempus neceſſitatis, *c. prætor §. porro & ibi gloſſ in verb. ſed agentib. 32. diſtinct.* cum eo non ſolet ſummus Pontifex diſpenſare, *c. erga 1. quæſt. 1.* neq; etiam cum ordinatis ſimoniacè à ſimoniaco, *c. ab excommunicatis 9. quæſt. 1. gloſſ. mag. 9. quæſt. 1. in ſumma.* Qui ordinauerit ſeu ad ordinem præſentauerit aliquem, promiſſionem vel iuramentum ab illo recipiés, quod ſuper prouiſione ſua non inquietet eundem, ordinatur à collatione præſentator ab executione ordinum per triennium, & ordinatus ab ordine ſic ſuſcepto tantum, & non ab alijs licitè ſuſceptis, prohibito eidem aſcenſu ad ſuperiores, donec diſpenſationem ſuper hoc per ſedem Apoſtolicam obtinere meruerint, ipſo iure ſunt ſuſpenſi, *c. per tuas el, 2. c. pen. hoc tit. & vtrobiq. Can.* Ratio eſt, quia hoc caſu nõ interuenit aliquod pretium vel remiſſio obligationis iam natæ, ſed ordinator & præſentator tantum voluerunt euitare damnum, quod inde poſſent conſequi, ſicut & ordinatus non intendebat emere ordinem, ſed voluit ſeruare indemnes ordinatorem & præſentatorem, *gloſſ. in d. c. pen. in ver. per triennium & ibi Pan. & Can. hoc tit.* Is qui recepit non ſimoniace ordinem ignoranter ab eo qui alias ſimoniam ſiue manifeſtam, ſiue occultam in collatione ordinum commiſit, eſt ſuſpenſus ab ordine ſic ſuſcepto, donec probata ignorantia, & laudabili vitæ honeſtate cum eo miſericorditer à ſummo Pontifice, vel ſecundum alios à quocunque ſuperiore fuerit diſpenſatum, *c. ſi quis à ſimoniacis prima quæſt. 1. & ibi gloſſ. prima & ſecunda, & Can. c. præſentium 1. quæſt. 5.* non autem ab alijs, quos prius licitè recepit, nec à beneficijs prius licitè adeptis, vel de nouo adipiſcendis. *Panorm, in c. per tuas el 2. num. 6. in fin. hoc tit.* Qui ſimoniam committit in acquirendo beneficio, ſi eſt notorius eſt ſuſpenſus quoad ſe & alios ipſo iure, & in beneficio ſic ſimoniacè quæſito nec ſpiritualiter nec temporaliter poteſt miniſtrare; non eſt ſuſpenſus quoad alia beneficia non ſimoniacè prius recepta, in quibus poteſt miniſtrare, *c. per tuas el. 2. & ibi Io. Andr. ſub num. 6. verſ. & idem dicendum & Panorm. num. 8. & Can. communiter hoc tit.* vnde ſi quis emit epiſcopatum non dico ordinem, ſed dignitatem Epiſcopalem, non poteſt validè clericos ordinare, & ordinati ab eo non habent executionem, quia illa collatio procedit ex illa emptione beneficij, *c. ea quæ prima quæſt. 3. c. primo, c. qui ſtudet, 1. quæſt. 1. c. dudum, ſecundo reſp. primo de elect. c. ordinationes & c. ſeq. prima quæſt. 1.* & licet renunciet beneficio, eget tamen diſpenſatione ſicut quilibet notorius criminoſus, *c. fin. de temp. ord. Pan. in c. tanta ſub num. 5. hoc tit.* ſi vero habet dignitatem Abbatialem, aut alia beneficia non ſimoniacè acquiſita: ab illis non intelligitur eſſe ſuſpenſus vti dictum eſt, dicitur autem notoria de qua conſtat per confeſſionẽ, probationem, aut euidentiam facti, *c. de hoc tit.* Aut eſt occultus, & tunc eſt ſuſpenſus quoad ſe non quoad alios, ſed ſuſpendendus: etſi renunciet beneficio poteſt ordinem ſuum exequi poſt peractam pœnitentiã, beneficio retento in quo fuit commiſſa ſimonia, non poteſt agere pœnitentiam, *c. inquiſitionis in princ. de accuſ. Pan. in c. accuſatum n. 4. & in c. tanta n. 5. hoc tit.* Quãdo ſimonia commiſſa eſt in beneficio ab alio, ignorante beneficiato, tunc beneficiatus non eſt ſuſpenſus quoad alios, & cum hoc ſciuerit, debet dimittere beneficium, quia prouiſio eius eſt vitioſa licet non peccauerit, *Pan. in d. c. tanta in fine, hoc tit. c. ſicut, c. nobis, hoc tit.* Cum ſimoniaco in beneficio interdum diſpẽſat Sum. Pont. interdum Epiſcopus, adhibita diſtinctione, an beneficium in quo commiſſa eſt ſimonia eſt curatum, dignitas, canonicatus, vel beneficium ſimplex. 1. caſu, an fuit ſciens vel ignorans, ſi ſciens & poſt adeptam ſimoniaci curam, dignitatẽ, canonicatum, catholicè ſacros ordines ſuſcepit, ſi ſpõtè renunciat beneficio, curato, dignitati, canonicatui, poteſt per Epiſcopum ſecum diſpenſari ad aliã eccleſiã cum executione omniũ ordinũ, ſed vt habeat illã, in qua commiſſa fuit ſimonia, aut in ea dignitatẽ vel canonicatum, Epiſcopus diſpen-

diſpenſare nõ poteſt, niſi vt in ea habeat aliquod beneficium ſimplex cum executione minorum ordinum, ita vt ad miniſteriũ ſacrorũ ordinum, quos poſt ſimoniacè adeptã eccleſiã, dignitatẽ, canonicatũ receperat, non aſcendat, ſalua in omnib. Apoſtolicæ Sedis auctoritate, c. quicunq. §. illi verò & ibi gloſ. & Can. 1. quæſt. 5. Pan. in d. c. de ſimoniacè ſub n. 6. verſ. ſed quoad ſecundum de adepto beneficio, hoc tit. & ibi Can. Io. And. in c. pen. n. 4. de elect. ex quibus patet quod magis punitur remanens in Eccleſia vbi ſimoniã cõmittit, quam ſi ad aliã transferatur: ſi catholicè prius ordinatus fuerit & poſtea ſimoniam in beneficio cõmiſerit, cum id quod ſimoniacè acquiſiuerit, dimiſerit, & vitam canonicam egerit, poteſt Epiſcopus diſpẽſare, vt in eadem Eccleſia in ſuis gradib. vel ordinibus ſacris miniſtret, niſi fortè huiuſmodi Eccleſia ſit, vbi primum, vel ſingularem, vel Præpoſitura locum debeat obtinere, d. c. quicunq. §. qui tamen 1 quæſt. 5. & ibi gloſ. & Can. c. nobis in fine hoc tit. c. pen. de elect. Ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu cum eſſent crimino ſi, permittendo ſe ordinari grauiter deliquerunt, c. ex pœnitentibus 50. diſtinct. aut non renunciet ſponte, ſed expectat ſententiam condemnatoriam, & cum eo nullo modo diſpenſat Epiſcopus, nec vt habeat beneficium alibi, nec in iſta Eccleſia, c. pen. §. quamuis & ibi poſt gloſ pen. Can. de elect. c. poſt translationem & ibi gloſ. in verſ. nequeat & Can. de renunc. arg. c. quicunq. §. illi vero & §. ſeq. 1. quæſt. 5. Pan. in d. c. de ſimoniacis ſub n. 6. verſ. ſed quoad ſecundũ de adepto beneſ. hoc tit. quia mitius agitur cum confeſſo, quã conuicto, c. presbyt. 50. diſtinct. c. qui admiſit c. ſi quis presbyt. 15. quæſt. 8. tum quia damnatis de ſimonia efficitur infamis infamia iuris, c. fin. 1. quæſt. 3 c. ſanè in princ 15. quæſt. 3. & cum infami non diſpenſat Epiſcopus, niſi in caſibus in iure expreſſis, c. cum te de reiud. & ibi Can. Aut fuit ignorans, vt quia alius pro eo ignorante dedit pecuniam pro adeptione beneficij curati vel Eccleſiæ, & tunc aut data fuit ab æmulis, & ſibi non præiudicat, c. nobis primo reſponſio. c. ſicut hoc tit. aut ab amicis & conſanguineis, & tunc cum iſto clerico ignorante nullo caſu Epiſcopus diſpenſat in ea vacatione, vt habeat Eccleſiam ſiue dignitatem aut ſingularem locum in Eccleſia empta, c. quicunq. in princ. iuncto §. ſi qui tamen, & ibi gloſſ. in verb. niſi & in verb. primum prima quæſt. 5. c. pen. de elect. & ibi gloſſ. in verb. illa vice & Can. de electt. propter proximitatem vitij, nam ea quæ incontinenti fiunt videntur ineſſe, c. officij & ibi gloſſ. mag. de elect. etiam in delictis, Achill. deciſ. 1. hoc tit. Bart. in l. poſt contractum, num. 1. & ſeq. ff. de donat. l. ſed ſi maritus in fine. ff. qui & à quib. manum. l. ſi aliquis §. de mort. cauſ. don. quod purgabitur per intermediam perſonam, & in alia vacatione poteſt Epiſcopus cum eo diſpenſare. Canonicatum verò & alia beneficia ſic empta in Eccleſia poteſt obtinere ſine diſpenſatione, ex quo ipſe non committit ſimoniam, Pan. in d. c. de ſimoniace ſub num. 6. & num. 7. hoc tit. & ibi Felin. in 3. concluſ. & Can. Secundo caſu quando beneficium eſt ſimplex, in quo ſimonia eſt commiſſa, Epiſcopus duobus concurrentibus poteſt diſpenſare, etiam vt in illa vacatione habeat beneficium, in quo commiſſa eſt ſimonia, primò quod commiſſa fuerit ignorante beneficiato, nec poſtea ratum habente, Secundo quod præcedat libera reſignatio à certiorato de ſimonia: c. penult. §. quamuis & ibi gloſſ. & Can. de elect. c. ex inſinuatione & ibi gloſſ. antepenult. hoc tit. cum ignorante ſimoniam, & expectante ſententiam, aut cum eo qui ſcienter commiſit ſimoniam in beneficio ſimplici, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt illud in ea vacatione obtineat, Pan. in d. c. de ſimoniace ſub num. 7. verſ. ſi vero beneficium fuit ſimplex, hoc tit. & ibi Felin. in 4. concluſ. & Can. communiter. Limita omnes caſus in quibus Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt procedant quando ſibi pecunia data non fuerit, ſed prædeceſſori vel alteri: alias ſi ipſi Epiſcopo data fuerit, Epiſcopus diſpenſare non poterit, ſed diſpenſabit ſucceſſor, vel quilibet alius ſuperior in beneficio ſimoniacè acquiſito, c. præſentium & ibi gloſſ. fin. & Can. 1. quæſt. 5. Felin. in d. c. de ſimoniace in 5. concluſ. hoc tit. & ibi Can. vel niſi ageretur de electione ad Epiſcopatum, quia tunc qui aliàs commiſit ſimoniam, & alias poteſt abſolui ab Epiſcopo, tunc non abſolueretur. Felin. poſt Io. And. & alios 4. ſe allegatos in d. c. de ſimoniace in 5. concluſ. hoc tit.

Secundo coërcetur perpetua † depoſitione 21
ab officio & beneficio, ſiue quis per viam accuſationis, ſiue inquiſitionis conuictus fuerit de ſimonia, c. conſulere & c. de hoc in princ. & ibi gloſſ in verb. deponendi hoc tit. & infamia, cum per ſententiam de hoc crimine fuerit damnatus, c. fin. 1. quæſt. 3. c. ſane 15. quæſt. 3. Pan. in c. ex diligenti, num. 6.

num. 6. hoc tit. Garc. de benef. par. 8. cap. 1. num. 37. & ſeqq. ſiue infamatus ſe purgare non potuerit, d. c. de hoc §. ſi vero & c. inſinuatum §. illis autem & ibi gloſſ. fin. hoc tit. & Can. quia probabilis præſumptio tranſit ad violentam, ex eo quod non habet teſtes ſuæ honeſtatis, Felin. poſt gloſſ. fin. in d. c. inſinuatum in princ. verſ. nota quod deficiens, hoc tit. & ibi Can. Notorius ſimoniacus in beneficio deponitur à beneficio, iuris ordine non ſeruato, c. inſinuatum hoc tit. & ab officio ordinis poſt ſimoniam in beneficio commiſſam ſuſcepti, & non ab officio ordinis per prius ſuſcepti, quia tunc ſimonia non eſt commiſſa niſi in beneficio. c. quicunq; §. illi vero & §. ſi qui tamen prima quæſt. 5. Panorm. in c. inquiſitionis ſub num. 7. de accuſ.

22 Tertio reſignatione ſpiritualium † & temporalium, c. fin. hoc tit. ac reſtitutione pecuniæ acceptæ ſine diminutione, illi Eccleſiæ, in cuius ignominiam data fuit, licet non prouenerit ex bonis Eccleſiæ etiam per Reges & Principes ſi quam acceperint, vt electioni alicuius præſtarent conſenſum. c. de hoc § fin. hoc tit.

23 Quartò inhabilitate ad deſeruiendum † in ordine ſuſcepto per ſimoniam, c. ſi quis omnem c. requiſitis 1. quæſt. 7. gloſſ. in ſumma 1. quæſt. 5. ac ad obtinendum nedum beneficium per ſimoniam habitum, etiamſi illi de nouo conferatur, c. penult. de elect. gloſſ. in ſumma & c. 1. prima quæſt. 5. Pariſ. de reſign benef. lib. 14. quæſt. 2. num. 37. ſed etiam ad alia poſtea conferenda, ſiue ſimonia fuerit realis ſiue conuentionalis: Creſcent deciſ. 3. hoc tit. Achill. deciſ. 2. hoc tit. latè Felin. in c. 2. num. 4. & ſeq. de reſcript. & ibi Can. c. penult. & ibi Can. de elect. Put. deciſ 8. lib. 2. Caput. deciſ. 201. par. 1. & deciſ. 239. par. 3. Garc. de benef par. 8. cap. 1. num. 56. & 62. & ſeqq. obtentis autem ſuper quibus non interuenit ſimonia non priuatur ipſo iure. Achill. d. deciſ. 2. hoc tit. Mandor. de ſig. grat. tit. diſpenſationes cum ſimoniaco, verſ. ſimonia inhabilitat. Felin. in c. 2. n. 3. & ibi Can. de reſcript.

24 Quinto pœna furum † & intruſorum, c. ordinationes & ibi gloſſ. in verb. fures prima quæſt. 1. c. fertur & c. ſeq. prima quæſt. 1. arg. c. dudum & ſecundo in princ. verſ. & retinendo & ibi gloſſ. in verb. furtum & verb. decepta de elect. c. alienationes. 12. quæſt. ſecunda. Goffr. in ſumm. huius tit. num. 22. ideò ſimoniacus reali ſimoniam in ſpolio non auditur, quia eſt ipſo iure excommunicatus, Caſſad. deciſ. 1. hoc tit. c. ex inſinuatione & ibi gloſſ. in verb. aliud canonicum. Pan. & Can. de procur. c. dilectus 1. & ibi gloſſ. in verb. ex communicationis & Can. de reſcript. poſtquam ſuper crimine lata eſt ſententia declaratoria: ante huiuſmodi ſententiam non impedit reſtitutionem: Caput. deciſ. 63. num. 4. & 5. par. 3. Panorm. in c. Item cum quis num. 9. de reſtit. ſpol. & ſimoniacus triennalis poſſeſſor non euitat ſequeſtrum, iuxta formam clem. ad compeſcendas de ſequeſt. poſſ. & fruct. Caſſad. prima num. 6. hoc tit. reg. Cancell. de triennali in princ. abſq; ſimoniaco ingreſſu.

Sextò nullitate prouiſionis, † collatio enim 25
ſimoniacæ non tenet, c. ordinationes 1. quæſt. prima, Garc. de benef. par. 8. cap. 1. in princ. & nu. ſeqq. vbi ampliat tribus modis, & num. 17. & ſeqq. docet per ſimoniam conuentionalem factam de beneficio prouiſionem eſſe ipſo iure nullam per text. in c. ea quæ 1. quæſt. 3. c. nobis ibi penitus reprobanda, hoc tit etiam ignorante beneficiato, c. penult. & ibi Panorm. in t. not. de elect. c. nobis, hoc tit. Boich. in c. querelam hoc tit. poſſidens tamen beneficium habitum per ſimoniam ſe ignorante commiſſam habet titulum coloratum, & gaudet priuilegio regulæ de triennali, Garc. de benef. par. 8. cap. 1. num. 15. plures cumulans. Reſignatio beneficij ſimoniaca † nō te- 26
net, Archid. in c. Dudum in princ. de preb. in 6. Innoc. in c. cum vniuerſorum in gloſſ. fin. & ibi Hoſt. de rer. permut. Boich. in c. querelam num. 5. hoc tit. latè Prapoſ. in c. ordinationes num. 34. & ſeq prima quæſt. 1. reſignatio nullum ius quæritur, etiamſi ſimonia commiſſa fuerit ipſo ignorante, Creſcent. deciſ. 4. hoc tit. Pan. in c. penult. in primo not. & ibi Can. de elect. c. ordinationes & ibi Prapoſ. num. 35. Bell. & DD. prima quæſt. 1. quia reſignans per ſimoniam conuentionalem non priuatur ipſo iure obtento beneficio, vt dictum eſt, & vacat per obitum reſignantis, Mobed. deciſ. 4. hoc tit. latè Prapoſ. in d. c. ordinationes nu. 34. & 35. prima quæſt. 1. & Can. vel acquiritur ſecundo reintegratario cui, poſtea per ſimoniacum reſignantem abſque ſimoniaca labe beneficium fuit reſignatum. Creſcent. d. deciſ. 4. hoc tit. c. ſuper hoc & ibi gloſſ. in verb. pecunia & Can. de renunc. Quando præſentatio eſt ſimoniaca, † acceptatio, prouiſio, breue, & om- 27
nia inde ſecuta ſunt ſimoniaca, Mobed. deciſ. 4. de iureptr. c. 2. hoc tit. Panorm. in c. veniens 1. num. 1. & 2. ibi Can. de teſtib. l. vnica in fin. C. de impon. lucr. deſcript. lib. 10. principatus prima quæſt 1. quando præſen-

28 præſentatio eſt ſimoniaca,† inſtitutio eſt nulla, *c.veniens el 1. & ibi Pan.in 1.not.& Can.de teſt.* etiā ſi vnus patronorum laicorum præſentet aliquem cum hoc quod aliquid ſoluat vel eroget etiam in fauorem Eccleſiæ, & plures alij patroni ſimpliciter eum præſentauerint; *Creſcent. deciſ. 5. hoc tit. c. ex multis §. conſtituimus 1. quæſt. 1. & ibi Præpoſ. Felin. in c. cum N. num. 20. & ſeqq. de conſtit. & ibi Can. text. in c. nobis & ibi Pan. in 2. not. hoc tit. & Can.* quando præſentant, vt vniuerſi ſiue iure Collegij: *c. nobis hoc tit.* ſecus eſt in patronis præſentantibus vt ſingulis, quilibet enim patronus de per ſe præſentat, & tot ſunt præſentationes, quot ſunt patroni, vt vna præſentatio vitioſa ſeu ſimoniaca non influit in alias: *Garc. de benef. par. 8. c. 1. nu. 11. & 12. l. 1. §. Item quæritur verſ. Marcellus ff. de acqu quot. & aſt. l. pecuniæ fenebris & ibi poſt gloſſ. DD. ff. de vſur.* electio ſimoniaca † eſt nulla,
29 ſi electoribus promiſſa fuit pecunia, etiam electo ignorante, *c. pen. de elect.* niſi hoc factum fuerit in fraudem electi, *c. nobis hoc tit.* Imò vna vox per ſimoniam obtenta, licet alias non ſit neceſſaria electo à maiori parte, facit electionem ſimoniacam. *c. Mattheus hoc tit. & ibi Can.*

30 Simoniam accuſant criminoſi, † ſeruus etiam proprius, meretrix, *c. tanta & ibi Panorm. & Can. hoc tit.* quando contra ſimoniacum agitur ciuiliter, vt ab adminiſtratione amoueatur tanquam immeritus & damnoſus, *c. per tuas el. 1. §. tales igitur hoc tit.* nec non vt repellatur à beneficio obtinendo, *Monach. in c. 1. nu. 3. de teſtib. in 6.*
31 contra teſtes illæ tantum † exceptiones admittuntur, quibus probatis teſtes non zelo iuſtitiæ, ſed malignitatis fomite proceſſiſſe conſtaret, vt conſpirationis & inimicitiæ capitalis; cæteræ exceptiones, vt furti, adulterij repelluntur, quoniam & ſi probatæ fidem teſtium debilitent, non tamen euacuant ex toto, alijs adminiculis ſuffragantibus, præſertim cum teſtes de crimine fuerint emendati. *c. licet heli in fine c. per tuas 1. §. nos vero hoc tit. & ibi Can.* Præterea ad-
32 mittuntur mediatores, † *c. 1. de teſtibus in 6.* ſocij criminis tantum, ſocij muneris tantum *gloſſ. pen. in c. veniens el. 1. de teſtib. & ibi Can.* ſed non admittuntur ſocij criminis & muneris, *c. veniens el. 1. de teſtib.* quia teſtes qui plures patiuntur defectus omnino ſunt repellendi etiam in criminibus exceptis, *Franc. in c. 1. n. 3. de teſtib. in 6. Crauett. conſ. 249. n. 11. & 12. Mart. ſing. 385.* ſed ſi agatur contra ſimoniacum criminaliter, vt deponatur ab ordine, vel deijciatur ab obtento beneficio, quia probatio requiritur liquidior quando criminaliter agitur, *l. ſciant C. de probat.* præfati † in 33 teſtes non ſunt admittendi, ſed ſtatur iuri antiquo, *c. 1. & ibi gloſſ. in ver. ad teſtimonium de teſtib. in 6. Monach. nu. 2. & Can. commun. c. per tuas 1. §. fin. hoc tit. & ibi gloſſ. in verb. taliter Pan n. 13. Butr. ſub n. 9. & Can. commun.* Requiritur † autem iure ciui- 34 liter ſiue criminaliter agatur plena & concludens probatio, & non admittuntur coniecturæ & præſumptiones, niſi ſint tales, quæ eam neceſſario concludant. *Greg. XV. deciſ. 238. vbi alias deciſ. refert & ibi annot. plures cumulat. Caputaq deciſ. 202. par. 1. Greg. XV. deciſ. 517.*

Titulus IV.

Ne Prælati vices ſuas, vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant.

SVMMARIA.

1 PRÆLATI *vices ſuas ſub annuo cenſu concedere non poſſunt.*
2 *Contrauenientium pœna ſunt tres.*
3 PRÆLATI *Eccleſias ſub annuo cenſu poſſunt concedere.*
4 *Contrauenientes puniuntur eiſdem pœnis quibus puniuntur ſimoniaci.*
5 ECCLESIARVM *& beneficiorum fructus ex prædiis prouenientes & ipſæ obuentiones Eccleſiaſticæ poſſunt locari laico ſub annu cenſu.*
6 DVMMODO *ipſe ponat clericum loco ſui pro collectu obuentionum Eccleſiaſticarum.*

SIMONIAM committit, qui per pecuniam rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem obtinet, *c. ſicut el. 1. & c. conſulere de ſimon.* aut vicedominatum, aut viceuicariatum, *c. ad noſtram & d. c. conſulere de ſim. & ibi Can. c. ſaluator circa medium 1. quæſt. 1.* vel Iuriſdictiones Eccleſiaſticas ſeu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in ſpiritualibus, locat, aut conducit, aut conductas per ſe aut alios exercet, *c. magnam §. non liceat ſeſſ. 25.* Ideò ſubijcit rubricam ne Prælati vices ſuas, &c. quæ cōtinet duas regulas negatiuas, prima eſt ne Prælati † vices ſuas ſub 1 annuo cenſu concedant, ratio prohibitionis

eſt, quod Prælatus qui Vicarium conſtituit, tradat Vicario curam ac iuriſdictionem ſpiritualem ac Eccleſiaſticam ordinariam, ſiue Vicarius conſtituatur ad tempus ſiue in perpetuum, *c. 2. hoc tit. & ibi Pan. n 3.* & tenetur Epiſcopus ei cõſtituere ſalarinm de Camera ſua, *c. inter cætera de off. ord. & ibi Can. arg. c. charitatem §. fin. & c. qui-*
2 *cunq, 2. 12. quæſt. 2.* Pœnæ contrauenientium † variæ ſunt, primo dans & accipiens ab illa Eccleſia, in cuius contumeliam dare pecuniam & accipere voluerunt, iuſtè excluduntur, *c. conſuluit de ſimon.* Secundo dans officium amittit, & Prælatus ſic conferens illud amplius conferre non poterit, *c. 1. hoc tit.* Tertio dans à Clero remouetur, & Epiſcopus diſtrictione canonica percellitur, *c. 2. §. fin. hoc tit.* id eſt, deponitur vel ſuſpenditur ad tempus pro qualitate delicti, *gloſſ. fin. in d. 2. hoc tit.* neuter ipſo iure eſt excommunicatus, aut inhabilis ad beneficia Eccleſiaſtica, quia non adminiſerunt ſimoniam in ordine vel beneficio, cum talis Vicaria non ſit beneficium, *Nauar. in manual. cap. 23. ſub nu. 111. verſ. ad decimum tertium add. ad practic. crimin. Diac. cap. 91. in verb. ſimoniaci ſub lit. D. verſ. quarto quod illa verba.* Altera regula prohibitiua eſt, ne Præ-
3 lati Eccleſias † ſub annuo cenſu concedant, ratio eſt, quia quando Prælatus inſtituit vel confirmat alicui regimen Eccleſiæ in titulum, dat ei iuriſdictionem ordinariam, *c. ſicut el. 1. de ſimon. Panorm. in c. 2. num. 3. hoc tit.* tùm etiam quia dum ſacerdotium in titulum ſub huiuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur, *c. 3.*
4 *hoc tit.* Contrauenientes puniuntur † eiſdem pœnis quibus ſimoniaci, fructus Eccleſiarum
5 † & beneficiorum ex prædijs prouenientes, ac ipſæ obuentiones Eccleſiaſticæ poſſunt locari laico ſub annuo cenſu, *c. fin. hoc tit.* quia fructus, etiam proueniunt ex beneficijs, non ſunt ſpirituales, & quicquid obuenit Eccleſiæ, cedet cõ-
6 ductori laico, dummodo ipſe ponat † clericum loco ſui pro collectis obuentionum Eccleſiaſticarum, ne contingat laicum aliquid ſpiritualitatis attingere. *Pan. in c. fin. in princ. & num. 9. hoc tit. & ibi Can. Mohed. deciſ. 7. 8. 9. & 10. de locat. & cond. Franc. Marc. quæſt. 195. par. 2.*

Titulus V.

De Magiſtris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

SVMMARIA.

1 SIMONIAM *committit prælatus qui exigit pecuniam à clerico pro danda ſibi licentia eundi ad ſtudium.*
2 *Seu pro licentia docendi pretium exigit, aut promiſſionem.*
3 *Spoliandus eſt officio, & dignitate, ſolutum reſtituit, promiſſum remittit.*
4 MAGISTER *quis appelletur.*
5 AD *magiſterij ſeu doctoratus gradum promouent princeps & collegia ſtudij vniuerſalis.*
6 IN *doctorando requiritur approbatio in moribus & ſcientia quæ ſit promiſſo ſcrutinio à doctoribus eum præſentantibus, votis, iuratis, examinatio & approbatio doctorum, decretum Superioris, emiſſio profeſſionis fidei Catholicæ, & quod ei dentur inſignia.*
7 DOCTORANDI *licentia de ſtylo curiæ concedi ſolet in Romana Curia per ſolam ſignaturam.*
8 *Extra curiam per breue extenſum ſeu ſupplicatione introcluſa.*
9 *Religioſi doctorantur de licentia Superiorum.*
10 MAGISTER *conſtituendus eſt in qualibet Cathedrali Eccleſia.*
11 *In alijs collegiatis quarum ſufficere poſſunt facultates.*
12 *Præterea in Metropolitana Eccleſia conſtituendus eſt Theologus.*
13 *Aſſignantur cuilibet magiſtro vnius præbendæ prouentus.*
14 *In ſingulis monaſterijs quibus ad hoc ſuppetunt facultates idoneus magiſter eſt tenendus.*
15 *Ex decretis concilij Tridentini præbenda ſeu aliud quouis modo nuncupatum ſtipendium pro lectoribus Sacræ Theologiæ deputatum perſonis idoneis eſt conferendum.*
16 *In Eccleſiis Metropolitanis & Cathedralibus & in ſingulis collegiatis, vbi nulla præbenda, vel ſtipendium pro lectione Sacræ Theologiæ deputatum eſt, præbenda quomodocunque primo vacatura in eum vſum ipſo facto deputata intelli-*

Digitized by Google

intelligitur & quatenus in ipſis vel nulla vel non ſufficiens prabenda fuerit, Epiſcopus cum conſilio capituli prouidet, vt Theologia lectio in in eis haberi poßit.

17 *Quando Eccleſiarum prouentus tenues fuerint & exigua cleri & populi multitudo Epiſcopus cum conſilio capituli, eligit magiſtrum Grammatices cui fructus beneficij ſimplicis aßignantur.*

18 *In monaſterijs monachorum ac etiam conuentibus aliorum regularium lectio Sacra Scriptura haberi debet.*

19 *Cathedralis Metropolitana & his maiores Eccleſia certum puerorum numerum in collegio alere & religioſè in Eccleſiaſticis diſciplinis inſtruere tenentur, & aßignantur redditus pro collegio.*

20 *Scholaſteria quibus ſunt conferenda.*

21 THEOLOGIAM *docentes dum in Scholis ſtudiorum generalium docuerint & ſtudentes eidem de licentia prælatorum integrè per annos quinq; percipiunt prouentus præbendarum & beneficiorum ſuorum non tamen diſtributiones quotidianas.*

22 IVRI *ciuili aut canonico ſtudentes non gaudent priuilegio c. fin. hoc tit. ſed poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt abſentes cauſa ſtudiorum vtriuſq; iuris fructus percipiant.*

23 IN *vniuerſitatibus ſtudiorum generalium omnis iuriſdictio in ciuilibus & criminalibus eſt penes Rectorem.*

24 SCHOLARIBVS *datur electio fori, an coram Rectore vel Epiſcopo loci velint conueniri.*

POST tractatum de ſimonia ſubijcitur hæc
rubrica de magiſtris, quia ſcientia eſt donum
Dei, *c. reuertimini §. ſi quis doctus c. 6. quaſt.*
1. c. non ſolum 1. quaſt. 3. ideò tanquam res ſpiritualis
vendi non debet. Prælatus qui exigit pe-
1 cuniam à clerico, † pro danda ſibi licentia e-
undi ad ſtudium, ſimoniam committit, *Pan.*
in c. 2. num. 2. hoc tit. (quia dare hanc licentiam
eſt miniſterij Eccleſiaſtici) *c. ad noſtram de ſi-*
mon. iuncto c. relatum in fin. de cleric. non reſid. ſeu
2 pro licentia docendi † pretium exigit aut pro-
miſſionem, *c. primo, §. per licentia c. ſecundo, in*
princ. hoc tit. vel ſub obtentu alicuius conſuetu-
dinis, ab eis qui docent aliquid quærit, aut do-
cere quemquam, qui ſit idoneus, petita licen-
tia, interdicit. *c. 1. §. pro licentia c. quanto hoc tit.*
Spoliandus eſt, † officio ac dignitate, *c. 1. §. fin.* 3
c. quanto §. fin. hoc tit. appellatione ceſſante, ſo-
lutum reſtituit, promiſſum remittit, *c. ſecundo*
in princ. & ibi gloſſ. in verb. remitti & Can hoc tit.
quia idoneus ad docendum quaſi coactus re-
dimit ius ſuum, vnde ſibi potius reſtitui debet
quam remanere penes Prælatum, aut obti-
nentem dignitatem qui ſimoniam commiſit:
c. ſecundo & ibi gloſſ. prima, hoc tit. Magiſter appel-
latur † cuiuslibet diſciplinæ præceptor à mo- 4
nendo ſiue monſtrando, *in l. quibus §. vnde et-*
iam ff. de verb. ſignif. quia oportet excellere mo-
ribus primùm, deinde facundia, *l. profeſſores C.*
de profeſſ. & med. lib. 10. Panorm. in c. 1. num. 4. hoc
tit. apud Italicos in iure Canonico & Ciuili ap-
pellatur Doctor, in artibus verò liberalibus &
Theologiæ magiſter, vltra montes omnes ap-
pellantur magiſtri. *Panorm. in c. 1. num. 3. in fine,*
hoc tit. clem. 2. hoc tit. & ibi Can. poſt gloſſ. ſecun-
dam. Summus Pontifex omnes magiſtros ap-
pellat in ſuis reſcriptis gratiæ & Iuſtitię. Promo-
uent ad gradum Doctoratus † ſiue magiſterij 5
Princeps, *§. reſponſa prudentum Inſt. de iur. nat. gent.*
& ciuil. & Collegia ſtudij vniuerſalis ex auctori-
tate Principis, *l. 1. C. de ſtud. lib. vrb. Rom. lib. 11. &*
ibi DD. notant l. magiſtros C. de profeſſ. & med. lib. 10.
DD. in d. §. reſponſa prudentum. In doctorando re-
quiritur approbatio † in morib. & ſcientia, quæ 6
fit præmiſſo ſcrutinio à Doctorib. cum præſen-
tantibus votis iuratis ſub geſtorum teſtificatio-
ne, *l. nemini §. iuriſperitos C. de aduoc. diuerſ. iudicior.*
examinatio & probatio Doctorum, *l. magiſtros.*
& l. ſeq. C. de profeſſ. & med. lib. 10. qui de iure
communi debent eſſe ſeptem, *l. ſi quis C. de pro-*
feſſ. & med. lib. 10. Io. And. in c. 1. num. 7. de elect.
miſſ. Licentia iure decretum ſuperioris, *d. l. ma-*
giſtros clem. 2. hoc tit. & emiſſio profeſſionis fidei
Catholicæ, *Panorm. 4. conſtit. edit. idibus No-*
uembris 1564. in bullario fol. 829. ac vltimo quod
dentur ei inſignia, quæ ſunt cathedra, biretum,
libri clauſi & aperti, annulus, oſculum. *gloſſ. in*
d. clem. 2. in verb. inſignia Doctoratus & ibi Can.
Bart, in l. magiſtros C. de profeſſ. & med. lib. 10. Sa-
licet. in l. nemini num. 2. C. de aduoc. diuerſ. iudicior.
De ſtylo Curiæ licentia † doctorandi concedi 7
ſolet in Romana Curia per ſolam ſignaturam,
& in vtroque iure alicui Prælato vel Aduocato
Conſiſtoriali, in Theologia quoad ſæculares &

Digitized by Google

Religioſos magiſtro ſacri Palatij committi con-
8 ſueuit: extra Curiam † per Breue extenſum, ſeu
ſupplicatione introcluſa committitur in digni-
tate Eccleſiaſtica conſtituto, vt aſſumptis ſe-
cum tribus eiuſdem ſcientiæ Doctoribus vel
Licentiatis, oratorem Doctorem creent, cum
clauſulis rigoroſo examine præcedente, & aſſi-
ſtentium votis iuratis, *Staphyl. de reſcript. Apoſt. in
form. breuis* §. *datur per breues num.* 11. *& ſeqq. Man-
doc. de ſign. grat. tit. licentia doctorandi in princ. &
verſ. in Theologia.* ſed hi qui gradum recipiunt ex
diplomate ſiue bulla, non gaudent priuilegijs
Doctorum: *l. reddatur C. de profeſſ. & med. lib.*
10. interdum datur indultum eis, quod gau-
deant priuilegijs & fauoribus quibus gaudent
alij eiuſdem facultatis Doctores, quarum-
cunque vniuerſitatum cum clauſula, in qui-
bus ſtuduit tantum, *Mandoc. de ſignat. grat. tit.
licentia doctorandi verſ. quando quis petit.* Religioſi
9 doctorantur † de licentia Superiorum. *Panorm.
poſt Hoſtienſ. & Io. And. in c. quia nonnullis num.* 1.
hoc tit. c. Doctor. c. moderamine c. ſunt nonnulli c. 6.
10 *queſt.* 1. Conſtituendus eſt idoneus magiſter, †
non ſolum in qualibet Cathedrali Eccleſia, *c.* 1.
11 *in princ. hoc tit.* ſed etiam in alijs Collegiatis, †
quarum ſufficere poſſunt facultates, à Præla-
to cum Capitulo, ſeu maiori & ſaniori parte e-
ligendus, qui clericos ipſarum Eccleſiarum
gratis, & alios, ſi diuites ſint collecta petita,
12 inſtruat: prætera in Metropolitano † con-
ſtituendus eſt Theologus, qui Sacerdotes &
alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim
informet, quæ ad curam animarum ſpectare
noſcuntur. *c. quia nonnullis* §. *verum & ibi gloſſ. in
verb. pauperes & Can. & c. fin. hoc tit.* Aſſigna-
13 tur cuilibet † magiſtrorum à Capitulo vnius
præbendę prouentus, & pro Theologo à Me-
tropolitano tantundem, non quod propter
hoc efficiatur Canonicus, ſed tamdiu ipſe red-
ditus percipiat, quamdiu ſteterit in docendo,
d. c. quia nonnullis §. *aſſignatur. hoc tit.* non per-
cipit diſtributiones quotidianas, quæ tantum
reſidentibus dari conſueuerunt, *c. licet de præ-
bend.* Canonicatus verò & præbenda non va-
cant, neq; Capitulo currunt ſex menſes ad eli-
gendum vel conferendum, quamdiu ſunt ibi
magiſtri qui doceant, niſi ab eo tempore, quo
ibi magiſtri non fuerint: *c. quia nonnullis* §. *aſſi-
gnatur & ibi gloſſ. in verb. præbenda & Can.* ſi de
duobus Metropolis grauatur, Theologo iuxta
modum ipſa prouidet. Grammatico verò in a-
lia Eccleſia ſuæ Ciuitatis vel diœceſis facit pro-
uideri: *d. c. quia nonnullis* §. *fin. hoc tit.* Si quis
à Superiore monitus diſtulerit magiſtros in
locis congruis inſtituere, ſuperiori licet appel-
latione poſtpoſita, ibi aliorum inſtructioni
proficere viros prouidos, honeſtos & diſcre-
tos. *c.* 2. *in fin. hoc tit. & ibi gloſſ. fin. Panorm.
in fine & Can.* Præterea in ſingulis mona-
ſterijs, † quibus ad hoc ſuppetunt facultates, 14
idoneus magiſter eſt tenendus, qui mona-
chos in primitiuis ſcientijs inſtruat diligenter,
clem. ne in agro §. *ad ampliationem de ſtat. monach.*
nempe Grammatica & Logica, *Zab. in d. clem.
ne in agro* §. *rurſus.* Hiſce ſacroſancta Syno-
dus Tridentina adiecit, † quod in Eccleſijs 15
in quibus præbenda, præſtimonium, ſeu a-
liud quouis modo nuncupatum ſtipendium
pro lectoribus Sacrę Theologię, deputatum re-
peritur, nonniſi perſonis idoneis, & quæ per
ſeipſos id munus explicare poſſint conferantur,
& alias facta collatio nulla ſit: quas ordinarij
locorũ ad lectionem & interpretationem ſacrę
Scripturæ etiam per ſubtractionem fructuum
compellunt. In Eccleſijs Metropolitanis † & 16
Cathedralibus, ſi ciuitas populoſa ſit, & Col-
legiatis inſignibus, etiã nullius diœceſi ibi clerus
numeroſus fuerit, vbi nulla præbenda vel ſtipẽ-
dium huiuſmodi deputatũ reperitur, præbenda
quomodocunq; præterquã ex cauſa reſignatio-
nis primo vacatura, cui aliud onus incompati-
bile iniunctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto
deputata intelligatur, & quatenus in ipſis eccle-
ſijs vel nulla, vel nõ ſufficiens præbenda fieret,
Epiſcopus de conſilio Capituli prouidet per aſ-
ſignationem fructuũ alicuius ſimplicis benefi-
cij, contributionem beneficiatorum Ciuita-
tis vel Diœceſis, vel alias, prout commodè fie-
ri poterit, vt Theologiæ lectio in eis haberi
poſſit; ita tamen vt quęcunque aliæ lectiones
prius inſtitutæ propter id minimè prætermit-
tantur: vbi verò Eccleſiarum prouentus tenues
fuerint, & exigua cleri & populi multitudo,
Epiſcopus cum conſilio Capituli eligit magi-
ſtrum Grammatices, cui fructus alicuius bene-
ficij ſimplicis, quamdiu in docendo perſtite-
rit aſſignantur, aut merces perſoluitur pro ra-
tione Eccleſiæ & Diœceſis accommoda.

In

Digitized by Google

18 In monaſterijs monachorum † lectio ſacræ ſcripturæ habeatur & negligentiam Abbatum ſupplet Epiſcopus tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus. In conuentibus aliorum regularium, in quibus ſtudia commodè vigere poſſint, ſimiliter lectio ſacræ ſcripturæ habeatur, quæ à Capitulis generalibus vel prouincialibus aſſignetur dignioribus magiſtris. In Gymnaſijs publicis, vbi inſtituta non fuit, eſt inſtituenda, inſtituta neglecta reſtituenda: nemo autem ad huiuſmodi lectionis officium tam publicè quã priuatim admittendus eſt, qui prius ab Epiſcopo loci de vita, moribus & ſcientia examinatus & approbatus nõ fuerit, quod tamen de lectoribus in clauſtris monachorum non intelligatur, *c.1.ſeſſ.5.* Præterea ex decretis Concilij Tri-
19 dentini ſingulæ Cathedrales Metropolitanæ † & his maiores eccleſiæ, pro modo facultatum, & diœceſis amplitudine, certum puerorum numerum ipſius Ciuitatis & Diœceſis, vel eius Prouinciæ, ſi ibi non reperiantur, in Collegio ad hoc prope ipſas eccleſias, vel alio in loco conuenienti ab Epiſcopo eligendo, alere ac religioſe in eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere tenentur, in quo recipiantur, qui ad minimum duodecim annos & ex legitimo matrimonio nati ſint ac legere & ſcribere competenter nouerint, & quorum indoles & voluntas ſpem afferat eos eccleſiaſticis miniſterijs perpetuo inſeruituros, vult pauperum filios præcipue eligi, nec tamen ditiorum excludit, modo ſuo ſumptu alantur, tonſura ſtatim atq; habitu clericali ſemper vtantur, Cathedrali ac alijs eccleſijs, diebus feſtiuis inſeruiant, quæ omnia & alia ad honeſtam educationem puerorum opportuna ſinguli Epiſcopi cum Conſilio duorum Canonicorum, quos ipſi elegerint, conſtituant, & vt ſemper obſeruentur ſæpius viſitando operam dare debent. *c. cum adoleſcentium in princ. ſeſſ.23.* Cumque redditus neceſſarij ſint ad Collegij fabricam inſtituendam, mercedem præceptoribus & miniſtris ſoluendam, & alendam iuuentutem & alios ſumptus, Conſil. Tridentinum decreuit vt Epiſcopi cum Conſilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo eligatur, itemque duorum de clero Ciuitatis, quorum quidem alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius ad clerum pertineat, ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis & Capituli & quorumcunq; dignitatum, præbendatum, portionum Abbatiarum, Prioratuum, hoſpitalium, quæ dantur in titulum, ſiue in adminiſtrationẽ, & beneficiorum quorumcunq; etiam regularium, etiamſi iuriſpatronatus cuiuſcunq; fuerint, etiamſi exempta, etiãſi nullius diœceſis, vel alijs eccleſijs vel pijs locis etiam exemptis ſint annexa, ac ex fabricis, & ex quibuſcunque alijs eccleſiaſticis redditibus etiam aliorum Collegiorum, in quibus ſeminaria diſcentium vel docentium actu non habentur, hæc enim exempta ſunt, præterquam ratione fructuum ſuperfluorum, ſeu corporum vel confraternitatum, & omnium Monaſteriorum, non tamen mendicantium, ac ex decimis quacunq; ratione ad laicos, ex quibus ſolui ſubſidia eccleſiaſtica ſolent, & militiis cuiuſcunq; militiæ, fratribus ſancti Ioannis Hieroſolymitani dumtaxat exceptis, pertinentibus, aliquam portionem detrahant, & eam ſic detractam, nec non beneficia aliquot ſimplicia cuiuſcunq; qualitatis & dignitatis fuerint, etiã ante vacationem, etiamſi beneficia ſint reſeruata vel affecta, collegio prius erecto, & in quo actu ſcholares adſunt, *Garc. de benef par.12.cap.2. nu.193.& ſeqq. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter gl. 5.§.7.n.68.& plurib. ſeqq & n.75.& ſeqq. Rot. farinac. deciſ.361.& ſeqq. par 2.* applicent & incorporent, *d.c. cum adoleſcentium §. & quia ad Collegij fabricam ſeſſ.23.* quæ vniones per reſignationem ipſorum beneficiorum ſuſpendi, vel vllo modo impediri nõ poſſunt, ſed omnimodo quacunq; vacatione, etiamſi in Curia ſuum effectum ſortiantur, & quacunq; conſuetudine non obſtante, quando Epiſcopus beneficia in ſuis menſibus vacantia, & ad ſuam collationem pertinentia vniuit ſeminario, ſed ſi beneficia in ſuis mẽſibus vacantia non vniuerit, tunc beneficia vacantia in menſibus reſeruatis aut alias reſeruata, poſt eorum vacationem aut ante, eidem vnite non poterit cum fraus in hoc cenſeatur. *Garc. de benef par.12.c.2.n.100.102.& 105.& ſeq.& 107* Conſilium duorum de Capitulo & duorum de clero præſumitur, ſi per Epiſcopum enunc ietur, quia tempore applicationis & vnionis interueniſſe potuit, *Iaſ. in l. ſciendum n.15.& ibi DD. ff. de verb. oblig. Felin. in c. ſicut n.27. de re iud. Ceſ. de Graſſ. in terminis dec.1.n.15. de reb. eccleſ. non alien.* Ad hanc autem portionem ſoluendam beneficiorum &

Digitized by Google

omnium & ſingulorum ſupra commemorato-
rum poſſeſſores, non modo pro ſe, ſed etiã pro
penſionibus, quas alijs forſan ſoluunt, retinen-
dis, pro rata factæ ſolutionis ex dictis penſioni-
bus, ab Epiſcopo loci compelluntur, quibuſuis
priuilegijs & exemptionibus, quacunq; appel-
latione, allegatione nõ obſtantibus: *d.c.cũ adoleſc.*
§.ad hanc autem, negligentiam Epiſcopi, præmiſſa
monitione, Archiepiſcopus, Archiepiſcopi &
ſuperiorũ Synodus prouincialis corripit, eoſq;
ad ſupradicta cogit, *d.c.cum adoleſcentium §. quod*
ſi Cathedralium, regulariter enim vbi nõ præfixo
tempore deuoluitur ad alium poteſtas aliquid
agendi propter negligentiam, debet ad conuin-
cendam negligentiam monitio præcedere. *gloſ.*
fin in c. ad Apoſtolicæ de re iud. in 6.c. ex par. §. nos igi-
tur & ibi Can. notant de conceſſ. præb. Pan. in c. 2. in fi.
h.t. & ibi Can. Rationes reddituum ſeminarij E-
piſcopus ſingulis annis accipit præſentib. duo-
bus à Capitulo ac totidem à clero Ciuitatis de-
putatis, *d.c. cum adoleſcentium §. rationes autẽ.* Of-
ficia vel dignitates illæ quæ ſcholaſteriæ dicun-
20 tur, † nonniſi Doctoribus vel Magiſtris aut Li-
centiatis in ſacra pagina, aut in iure Canonico,
aut alias perſonis idoneis, quæ per ſe ipſos mu-
nus docendi explere poſſunt, ſunt conferenda,
& aliter facta prouiſio nulla eſt & inualida, *d.c.*
cum adoleſcentium § deinde verſ. de cætero. Docentes
21 in Theologica † facultate dũ in ſcholis ſtudiorũ
generaliũ, *c. tuæ de cler. non reſid.* docuerint, ex ge-
nerali licentia Canonis, *Garc. de benef. par. 3. cap. 2.*
ſub n. 87. & ſtudentes, de licentia Prælatorum, *c.*
relatum 1. ibi niſi forte de licentia ſuorum Prælat. vel
ſtudio litterarum & ibi poſt gl. Can. de cler. non reſid.
Franc. in c. 2. n. 4. poſt princ. de priuil. in 6. & ibi Can.
Garc. de benef. p. 3. c. 2. n. 87. & 88. & ſeqq. in ipſa, in-
tegre per annos quinq; percipiunt prouentus
præbendarum & beneficiorum ſuorũ, non ta-
men diſtributiones quotidianas, non obſtante
alia aliqua conſuetudine vel ſtatuto, ijs qui pa-
rochiales eccleſias obtinent, tam reſpectu do-
centium, quam reſpectu ſtudentium, excluſis,
Garc. de benef. p. 3. c. 2. n. 83. & ſeq. & n. 107. & ſeqq.
per c. 1. ſeſſ. 23. in Trid. cum denario fraudari non
debeant in vinea Domini laborantes, *c. fin. § do-*
centes & ibi gl. & Felin. n. 3. limitat ſex mod. & Can. h.
t. c. 1. § fin. ſeſſ. 5. Garc. de benef. p. 3. c. 2. n. 82. & ſeqq.
& ſtudentibus quibus proprij prouentus eccle-
ſiaſtici non ſufficiunt, tenentur eccleſiarũ Præ-
lati & Capitula neceſſaria ſubminiſtrare, *c. fin. §*
22 *ſtatuentes h.t.* ſtudentes iuri ciuili † aut Canonico
non gaudent dicto priuilegio. *gl. fin. in c. 2. de priu.*
in 6. & ibi Can. Pan. in c. fin. ſub n. 6. h.t. Pan. in c. tuæ
ſub nu. 5. de cler. non reſid. ſed poteſt Epiſcopus di-
ſpenſare, vt abſens cauſa ſtudij præſertim in iu-
re canonico, quod eſt pars & practica theolo-
giæ, *Pan. in c. fin nu. 7. de cler. vel monachi c. minus de*
iurei. c. 1. § præterea & iuram. calum. Felin in c. fin. n. 2
h.t. in abſentia fructus percipiat Canonicatus,
dignitatis ſeruato moderamine c. 1. ne clerici
vel monachi in 6. *c. cum ex eo de elect. in 6. Pan. in c.*
tuæ n. 6. de cler. non reſid. gl. fin in c. 2. de priu. in 6. &
23 *ibi Franc. latè ſub n. 4. & Can.* In vniuerſitatibus †
ſtudiorum generalium omnis iuriſdictio in ci-
uilibus, ac etiã in criminalib. eſt penes Recto-
rem, qui poteſt erigere proprios carceres, *Achil.*
dec. 3. de reſt. ſpoliat. l. fin. C. de iuriſd. omn. Iud. Pan. in
c. 1. in fin de elect. aut etiã requirere Epiſcopũ vel
alium Prælatum pro executione ſuarum ſenten-
tiarũ, vt incarceret ſcholares eoſq; puniat, *c. ſi-*
gnificaſti in fin. de off. deleg. Achil dec. 3. de reſt. ſpoliat.
24 daturque ſcholaribus electio † fori an coram
Rectore vel Epiſcopo loci velint conueniri.
Authen. habita C. ne filius pro patre.

Titulus VI.

De Iudæis Saracenis & eorum Seruis.

SVMMARIA.

1 *Iudæi & pagani non ſunt ſubiecti canonibus in ſpiritualibus.*

2 *Puniuntur ab eccleſia quando delinquunt contra legem vniuerſalem vel diuinã, ac Iudæi contra legem veteris teſtamenti in moralibus in criminibus eccleſiaſticis.*

3 *Eccleſia exercet contra eos iuriſdictionẽ in his quæ tendunt in opprobrium religionis catholicæ eoſq; punit pœna pecuniaria ſeu corporali, aut interdicit mercimonium &*

4 *1. Prohibet Iudæis & Saracenis ne familiaritatem aſſiduam habeant Chriſtianorum & Chriſtiani ne cum eis habitent, aut eorum conuiuijs interſint, & pœnæ contrauenientium.*

5 *2. Prohibet ne aliquis Chriſtianorum in infirmitatibus ſuis vocet medicos Iudæos, aut medicinam ab eis præparatam percipiat.*

6 *3. Ne collegia Iudæorum, aut Iudæi ex teſtamento Chriſtiani aliquid capiant.*

7. 4. Man-

7 4. Mandat vt omnes Iudæi & Saraceni qualitate habitus publicè ab alijs populis diſtinguantur.
8 5. Prohibet Iudæis ne de nouo cōſtruant ſynagogas.
9 6. Ne Iudæi, aut Chriſtiani quondā Iudæi vel pagani publicis officijs adminiſtrationibus, aut dignitatibus præficiantur & contrauenientiū pœna.
10 7. Compellit Iudæos ad perſoluendas prædiales decimas & oblationes debitas de domibus & poſſeſſionibus. perſonales decimas non ſoluunt ſed earum æſtimationem.
11 8. Ne immoderatas vſuras à Chriſtianis extorqueant.
12 9. Ne quid attentent in cōtemptū Chriſtianæ fidei.
13 10. Ne quenquam qui non eſt ſuæ nationis præſumant circumcidere.
14 11. Ne Chriſtianam vxorem ducant.
15 12. Ne aliquem qui ad Dei cultum reſpexerit, aliquo furoris genere attentent
16 13. Nulli Iudæo licet baptizatum aut baptizari volentem emere vel in ſuo ſeruitio retinere.
17 Colonos aſcriptitios baptiſatos habere eis licet.
18 14. Interdicit cū infidelib. omne cōmerciū tempore guerræ ſub pœna excōmunicationis latæ ſententiæ.
19 Guerra ceſſante per pacem initam interdicit commercium certarum mercium hic ſpecificatarum ſub grauioribus pœnis.
20 IVDÆI ad fidem nullo modo ſunt compellendi, & filij parui eorū inuitis parentibus non ſunt baptizandi, ſi coactio fuerit abſoluta poſſunt recedere.
21 Coactio conditionalis non impedit Sacramentum baptiſmi.
22 Mephitis cum Iudæis qui adhuc in veteri ritu ſunt nulla debet eſſe cōmunio & contrauenientiū pœna.
23 IVDÆI conuerſi non excluduntur à bonis mobilibus & poſſeſſionibus ſuis.
24 Filij familias legitimam aut quamcunq; aliā portionē bonorum viuis & inuitis parentibus habere poſſunt.
25 Excipe ſi bona fuerint comparata de vſuris aut alio illicito quæſtu, & notæ ſint perſonæ quibus reſtitutio ſit facienda, quibus non extantibus eiſdem tanquam in pium vſum libere conceduntur.
26 Non perdunt agnationem.
27 Promouentur ad ordines & beneficia ex diſpenſatione Apoſtolica.

POST titulum de ſimonia, ſubdit de Iudæis & Saracenis qui Deum dehonorant & blaſphemant male colendo, & eorum ſeruis ſtricte & proprie, qui ſunt in eorum dominio, cap. 1. 2. & fin. hoc tit. & famulis qui ſeruiunt pro mercede, licet non ſint ſerui ſed liberi, c. Iudæi 2. c. ad hæc c. & ſi Iudæos hoc tit. quandoque enim ſerui pronunciantur pro famulis & econtra, c. de famulis de ſer. non ord. Iudæi & pagani non ſunt ſub-
iecti † Canonibus, Felin. in c. 1. nu. 37. & ibi Can. 1
omnes de conſtit. in ſpiritualibus, quia non curatur
de eorum anima, Felin. in c. Iudæi el. 2 hoc tit. ſed
eccleſia punit eos † quando delinquunt contra 2
legem naturalem aut diuinam, quia illam omnes tenent, c. gaudemus & ibi Pan. n. 13. & 12. de diuort. c. quod ſuper his & ibi Pan. n. 12. de voto. & Iudæos quando delinquunt contra legem veteris teſtamenti in moralibus, Felin. in c. 1. n. 38. de conſtit. & ibi Can. & in criminibus eccleſiaſticis, in quibus Papa & eccleſia exercet iuriſdictionem contra infideles, ſicut exercet contra fideles; Innoc. in c. quod ſuper his n. 4. de vot. & vot. redempt. & ibi Can. in criminibus non eccleſiaſticis Imperator contra eos exercet iuriſdictionem, ſubſunt enim legibus Romanis, gloſſ. 2. in c. ius quæſitum 1. diſtinct. & ibi Can. l. nemo & l. Iudæi C. de Iudæis & calic. & ibi DD. Felin. in d. c. Iudæi el. 2. n. 3. & 4. hoc tit. in mixtis locus eſt præuentioni. Pan. in c. quod ſuper his num. 13. & 14. & ibi Can. de vot. Præterea eccleſia exercet contra eos iuriſdi-
ctionem † in his, quæ tendunt in opprobrium 3
religionis Catholicæ, c. ſæpè & cc. ſeqq. 28. quæſt. 2. c. in nonnullis §. fin. hoc tit. eoſque punit pœna pecuniaria ſeu corporali, c. conſtituit 17. quæſt. 4. & ibi gloſſ. in verb. cædibus c. ſæpe 28. quæſt. 1. c. poſtulaſti hoc tit. aut interdicit mercimonium, c. miſerabilem de vſur. & ex contractu cum eo poſt prohibitionem inito non oritur obligatio, Anchar. in c. poſtulaſti in fi. hoc tit. & ibi Io. de Anania, n. 6. & Can. & primo prohibet Iudæis & Saracenis † ne familiaritatem aſſiduam habeant 4
Chriſtianorum, & Chriſtianis ne cum eis habitent, c. Iudæi el. 2. hoc tit. c. nullus 28. quæſt. 1. eorum azyma manducent, cum eis in balneo lauent, d. c. nullus, eorum conuiuijs interſint, aut eos ad conuiuium accipiant, c. omnes 28. q. 1. quia cum apud Chriſtianos communibus cibis non vtantur, ſacrilegium eſt eorum cibus à Chriſtianis ſumi, cum ea quæ Apoſtolo permittente Chriſtiani ſumunt, ab illis iudicentur immunda: d. c. omnes. Solet ſedes Apoſtolica indulgere exeuntibus ad prædicandam

dam Chriſti fidem paganis, vt eis his cibis eum
modeſtia & gratiarum actione, ſeruata tempo-
rum qualitate iuxta Canonicas ſanctiones vti
liceat, qui eis ab infidelibus apponuntur, *c. quam
fil. hoc tit.* Eadem ratione prohibet Chriſtianis,
ne Iudæorũ ſeruitio ſe aſſidue pro aliqua mer-
cede exponant, obſtetricibus & nutricibus ne
Infantes Iudæorum in eorum domibus nutri-
ant, *c. ad hæc c. ſed etſi Iudæos hoc tit.* ne filij liberæ fi-
lijs famulentur ancillæ, *d. c. & ſi Iudæos,* ſi quiſquã
prędicta fecerit, ſi clericus eſt deponitur, ſi lai-
cus excommunicatur, *c. nullus 28. quæſt. 1.* ſi Iudæ-
us, diſtinctè inhibetur ei omne commercium,
c. nullus 28. quæſt. 1. 2. Prohibet ſub eiſdem pœnis
5 ne aliquis † Chriſtianorum in infirmitatibus
ſuis vocet medicos Iudæos, aut medicinam ab
eis præparatam percipiat, *nullus 28. q. 1.* emere
licet ab eis & poſtea præparare, *gloſſ. fin. in d. c. nul-
6 lus arg. l. nemo 2. C. de Iudæis.* 3. Ne Collegia † Iu-
dæorum, *l. 1. C. de Iudæis,* aut Iudæi ex teſtamento
Chriſtiani aliquid capiant, *c. ſane el. 2. § Item mul-
ti 24. q. 2.* contra. cum ſenatus ff. de reb. dub.
7 4. Mandat vt omnes Iudæi † & Saraceni vtri-
uſq; ſexus in omni Chriſtianorum prouincia, &
omni tempore, qualitate habitus publicè ab a-
lijs populis diſtinguantur, & prohibet ne in die-
bus lamentationis & dominicæ paſſionis in
publicum prodeant, eo quod nonnulli ex ipſis,
talibus diebus, & ornatus non erubeſcunt ince-
dere, ac Chriſtianos, qui ſacratiſſimæ paſſionis
memoriã exhibentes, lamentationis ſigna præ-
tendunt, illudere non formidant, *c. in nonnullis
hoc tit.* & ne Iudæi oſtia vel feneſtras in die pa-
raſceues, id eſt, veneris ſancta apertas habeant,
ſed clauſas teneant tota die. *c. quia ſuper his hoc
8 tit.* 5. Prohibet Iudæis † ne de nouo conſtruant
ſynagogas, vbi non habuerunt, antiquas ſi cor-
ruerint, aut ruinam minentur reædificare per-
mittit, non exaltare, aut ampliores vel pretio-
ſiores facere quam antea fuiſſe noſcuntur. *c. Iu-
9 dæi el. 2. & c. conſuluit hoc tit.* 6. Ne Iudæi, aut †
Chriſtiani quondam Iudæi, *c. conſtituit & ibi gloſ.
1. Archid. & Can. 17. quæſt. 4. c. plerique de conſecrat.
diſt. 4.* vel pagani publicis officijs, adminiſtra-
tionibus, aut dignitatibus præficiantur, quoni-
am ſub tali prætextu Chriſtianis plurimum ſunt
infeſti: præficiens per prouinciale Concilium
monitione præmiſſa diſtinctione, qua conue-
nit, compeſcitur: propoſito, tamdiu Chriſtia-
norum communio in commercijs & alijs de-
negatur, donec in vſus pauperum Chriſtiano-
rum ſecundum prudentiam diœceſani Epiſco-
pi, conuertatur, quidquid fuerit à Chriſtianis
adeptus, occaſione officij ſic ſuſcepti, & offici-
um cũ pudore dimittat, quod is irreuerenter aſ-
ſumpſit, *c. cum tit. hoc tit. l. fin. C. de Iudæis c. nulla 54.
diſt.* aut publicis ædibus deputatur, *c. conſtituit
17. quæſt. 4.* Si forte Princeps redditus ſuos Iu-
dæis vendiderit, vel paganis, Chriſtianum tunc
deputare debet de grauaminibus inferendis
clericis & eccleſijs non ſuſpectum, per quem
Iudæi ſeu Saraceni ſine Chriſtianorum iniuria
iura regalia conſequantur, *c. pen. hoc tit.* Hinc in-
fertur quod non poſſunt eſſe Doctores aut ta-
belliones. *Rom. ſing. 679.* Sedes Apoſtolica nun-
quam indulget Iudæis quod legum Doctores
poſſint creari, concedit eis licentiam faciendi
doctorari in medicina, quia ſerui medicinam
exercere non prohibentur. *Staphyl. de reſcript.
apoſt. in form. breuis §. datur per breue n. 14. Mandoſ.
de ſig. grat. tit. licentia doctorandi verſ. Iudæis concedi
ſolet & verſ. ſeqq.* 7. Compellit Iudæos ad perſol-
uendas prædiales † decimas, & oblationes de- 10
bitas de domibus & poſſeſſionibus, vel poſſeſ-
ſiones penitus renunciandas, per ſubtractio-
nem commercij ſeu participij Chriſtianorum,
c. quanto de vſur. c. de terris de decim. perſonales non
ſoluunt, quia non ſunt de corpore eccleſiæ, *gloſſ.
in d. c. de terris & ibi Can. de decim.* ſed aſtringuntur
ad ſatisfactionem eius, quod eccleſia fuiſſet per-
ceptura ab alio Chriſtiano, qui habitaſſet in pa-
rochia, *d. c. quanto §. fin. de vſur. Pan. in d. c. de terris
n. 6. gloſſ. in c. tua nobis in verb. prætextu de decim. &
ibi Can.* 8. Ne graues † immoderatasue vſuras à 11
Chriſtianis extorqueant, & donec promiſſas
remiſerint, aut extortas reſtituerint per ſenten-
tiã ſubtrahenda eſt eis omnimoda communio,
tam in commercijs, quàm in alijs rebus, *c. poſt
miſerabilem c. quanto §. volentes de vſur.* 9. Ne quid
attendent † in cõemptũ, contumeliam aut cõ- 12
fuſionem Chriſtianæ fidei, *c. & ſi Iudæos §. acce-
pimus hoc tit. l. Iudæos C. hoc tit.* 10. Ne quenquam
qui non eſt ſuæ † nationis aut ſectæ præſumant 13
circumcidere, etiamſi ſit eorum mancipium, *l.
vnu. C ne Chriſtiani mancip.* 11. Ne Chriſtianam
† vxorem ducant, neue Iudææ coniugium 14
Chriſtianus ſortiatur, *c. ſi quis Iudaicæ 28. quæſt. 1.
l. ne quis C. hoc tit.* 12. Ne aliquem qui illorum
feralem

Digitized by Google

15 feralem fugerit ſectam,† & ad cultũ Dei reſpe-
xerint, ſaxis, aut alio furoris genere arreneant, *l.*
2.C.h.tit.14. Nulli Iudæo licet baptiſarũ† vel ba-
16 ptiſari volentem emere, vel in ſuo ſeruitio reti-
nere, *c.1.& c.2. in princ.& c.fi. hoc tit.* Colonos a-
17 ſcriptitios baptiſatos †habere poſſunt, qui con-
ditione loci aſtricti rura colant, conſuetas pen-
ſiones eis præbeant, & cuncta quæ de colonis
vel originariis iura præcipiunt, peragant, & ni-
hil eis extra hoc, oneris inducant, *c.2. hoc tit.*
quod ſi quiſpiam Iudæorum aliquem de his, vel
ad alium locum transferre, vel ad aliud obſe-
quium retinere voluerit, ipſe ius colonarium &
ius dominij glebæ amittit, *c.2. §. fin. hoc tit.* iure
ciuili valet translatio, ſed reſtituitur agnatio
translatorum, *l. poſſeſſionum C. comm. vtriuſque*
iud. l. diffinimus C. de agric. & cenſ. & col. libr. 11.
14 Interdicit cum infidelibus omne commer-
18 cium,† tempore guerræ inter Chriſtianos & in-
fideles ſub pœna excommunicationis latæ ſen-
tentiæ, quam incurrunt, non ſolum deferentes
merces prohibitas, de quibus inferius dicetur,
ſed etiam deferentes quaſcunque merces, & o-
mnes qui cum eis mercimonium habuerint, vel
per ſe, vel per alios, nauibus, ſeu quocunque alio
ingenio eis aliqua rerum ſubſidia ſeu conſilia,
quamdiu guerra durauerit, duxerint impendẽ-
da, *c. quod olim & ibi Pan. n.1. Anchar. n.2. hoc tit.*
abſolui poſſunt per proprios epiſcopos, quia ex
quo Papa ſibi abſolutionem non retinuit, aliis
indulſiſſe videtur, *c. nuper de ſent. excomm. gloſſ. in*
d.c. quod olim in verb. ſupponimus. niſi ob hoc ex-
communicati eſſent ab homine, quia tunc ab
illo vel eius ſuperiore abſoluendi eſſent, *c. ad re-*
primendum, & ibi Can. notant de off. ord. Hoſt. in d.
19 *c. quod olim n.1. hoc tit.* guerra ceſſante † per pa-
cem initam, interdicit commercium certarum
mercium ſub grauioribus pœnis, omnes ita-
que qui infidelibus equos, arma, ferrum, & li-
gamina deferunt galearum, vel deferri, aut de
eorum partibus extrahi deferenda permiſerit,
& qui eis galeas vendunt, vel naues, quique in
piraticis eorum nauibus curam gubernationis
exercent, vel machinis aut quibuslibet aliis ali-
quod eiſdem impendunt conſilium vel auxili-
um, ſunt ipſo iure excommunicati, rerum ſua-
rum priuatione mulctantur, & capientium ſer-
ui fiunt, ſunt infames, inteſtabiles, inhabiles ad
omnes actus legitimos, & huiuſmodi ſenten-
tia per omnes vrbes maritimas diebus domini-
cis & feſtiuis contra eos, poſtquam conſtiterit
de huiuſmodi eorum temeritate publicè inno-
uatur, *c. ita quorundam c. ſignificauit §. illi quoque*
& §. ſeq. c. ad liberandum hoc tit. extrauag. vnic. Io.
22. & 1. inter communes hoc tit. abſolutio reſerua-
tur ſummo Pontifici & ſedi apoſtolicæ, *extra-*
uag. 1. hoc tit. inter communes. quæ eis non indul-
getur, niſi rerum quod ex commercio tam da-
mnato perceperint, & tantundem in ſubſi-
dium terræ ſanctæ de ſuo transmiſerint, quod
ſi forte ſoluendo non fuerint, ſic alias reatus
talium caſtigari debet, quod in pœna ipſorum
aliis interdicatur audacia ſimilia præſumen-
di, *d.c. ad liberandum §. & talibus hoc tit.* Iure ci-
uili capite puniuntur & confiſcatione bonorũ,
l. 2. C. quæ res exp. non deb.

Iudæi ad fidem adducendi ſunt † auctorita- 20
tibus, rationibus & blandimentis potius quam
aſperitatibus prouocandi, & nullo modo ſunt
compellendi, *c. ſicut Iudæi hoc tit. c. qui ſyncera*
45. diſtinct. & filij parui eorum inuitis pa-
rentibus non ſunt baptiſandi, *gloſſ. in c. Iudæo-*
rum 28. quæſt. 1. Zabar. in clem. vnica n. 8. & ibi I-
mol. & Can. hoc tit. coacti ad fidem & baptiſ-
mum ſuſcipiendum, ſi coactio fuerit abſoluta,
poſſunt recedere, quia nullus character impri-
mitur, coactio conditionalis † non impedit 21
ſacramentum baptiſmi, vel etiam ordinis, *c. ma-*
iores §. fin. & ibi gloſſ. in verb. conditionaliter de baptiſ.
c. de Iudæis & ibi gloſſ. pen. diſt. 45. ſed obligatio pro-
fitendi fidem catholicam eſt eſſentialiter anne-
xa characteri baptiſmalis, *c. quidam de apoſt.* ob-
ligatio continendi ex ſtatuto eccleſiæ vel voto
tacito eſt annexa ſubdiaconatui, & non eſſen-
tialiter, *d.c. maiores §. fin. & ibi gloſ. in verb. condi-*
tionaliter in fine & Can. de baptiſ. & c. latè Caſ. deciſ.
2. n 16. & ſeqq. & n. 26. de his quæ vi metuſque cauſ.
fiunt. Nulla communio debet eſſe hebræis ad fi-
dem chriſtianã translatis ſiue Neophitis,† cum 22
iis qui adhuc in veteri ritu conſiſtunt, ne eorum
participatione ſubuertantur; quicunque ex iis
qui baptiſati ſunt, infidelium conſortia non vi-
tauerint, Chriſtianis donantur, vt diſciplina re-
gantur ab eis, & hebræi publicis ædibus depu-
tantur *c. ſuper eos 28. quæſt. 1.* Conuerſi † nullate- 23
nus excluduntur à bonis mobilibus, immobili-
bus, aut poſſeſſionibus ſuis, imo filiifamilias in
patria poteſtate cõſtituti legitimam, † & quam- 24

Digitized by Google

cumque aliam portionem bonorum patrimonialium maternorumque & omnium eorum conſuetudine acquiſitorum, quæ verum dominium habere non reminiſcuntur, etiam viuis & inuitis parentibus habere, tenere & poſſidere valent, *Paul.3. in conſtit. facta die 21. Martij 1545. Pontif. anno 8. in bullario fol.415.conſt.29.* cum melioris conditionis ad fidem conuerſos eſſe oportet, quam antequam fidem ſuſceperint, habebantur, *c. Iudæi el.2.§. ſi qui hoc tit. extravag. dudũ hoc tit. inter communes,* niſi fuerint comparata de

25 vſuris, † quæ tenentur vendere, & vſuras reſtituere, *c. cum tu de vſur.* aut alio illicito quæſtu, & notæ ſint perſonæ, quibus eorum de iure reſtitutio facienda, perſonis vero non extantibus prædictis, quia bona ipſa eſſent per manum eccleſiæ in pios vſus conuertenda, bona huiuſmodi eiſdem iudæis & aliis infidelibus, in fauorem ſuſcepti baptiſmatis tanquam in pium vſum libere conceduntur, eaq; apud ipſos ſic conuerſos remanent, *Paulus 3. in conſtit. facta die 21. Mart. 1542. Pontif. ann.8. in bullario fol 415 conſt.29.* nec

26 perdunt agnationem, † vnde poſt conuerſionẽ ſuccedunt ſuis attinentibus & parentibus, ſicut prius, *d.c. Iudæi el.2. in fi. & ibi Pan. in 2. not. hoc tit.* admittuntur ex aliquorum opinione ad officia publica ſæcularia & ad honores, *Rom. ſing. 679. licet aliter ſentiat Io. de Anan. in c. cum ſit poſt n.19. hoc tit. & pro eis eſt text. in c. conſuluit 17. quæſt.1.* an poſſint promoueri ad ſacros ordines, vel ſint capaces beneficiorum eccleſiaſticorũ inter Doctores controuertitur, *late Mando. de ſign. grat. tit. diſpenſatio cum Neophyto per tot.* De ſtylo Curiæ di-

27 ſpenſatur † cum eis ad omnes ordines & beneficia, dummodo ipſi ſemper vixerint vt Catholici, *c. eam te de reſcript. Staphyl. de reſcript. apoſt. in forma breuis §. fin. in fine.*

De Hæreticis.
Titulus VII.

SVMMARIA.

1 HÆRESIS *eſt crimen mere eccleſiaſticum.*
2 HÆRETICVS *proprie & ſtricte quis dicatur.*
3 HÆRESES *quædam ex nomine ſuorum authorum nuncupantur, quædam ex cauſis quas eligentes conſtituerunt.*
4 HÆRETICI, *credentes, receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum, ſunt ipſo iure excommunicati vſque ad condignam ſatisfactionem, & variis pœnis ſubduntur cum diſtinctione.*
5 *Aut conſtat de hæreſi, & eorum pœna.*
6 *Aut ſunt credentes, receptores, defenſores, & fautores hæreticorum & eorum pœna.*
7 *Aut ſola ſuſpicione inuenti ſunt notabiles & eorum pœna.*
8 *Hæreticus occultus eſt excommunicatus, ſed abſolutus in foro conſcientiæ à ſuo epiſcopo, non videtur remanere inhabilis aut excommunicatus.*
9 *In hæreſi deprehenſo, aut propter ſuſpicionem hæreſis, ſeu receptionem, vel fauorem hæreticis impenſum, excommunicato, et ipſo anno abſq; ſatisfactione condigna in articulo mortis conſtituto, non miniſtrantur ſacramenta, & ſi deceſſerit, nõ fit pro eo oblatio, nec inter chriſtianos accipit ſepulturam, & pœna clericorum tales ſepelientium.*
10 *Hæretici declarantur poſt mortem.*
11 *Eius deſcendentibus & hæredibus citatis perſonaliter, quia hæredibus auferuntur bona, & deſcendentes inhabilitantur vſque in ſecundam generationem paternam & primam generationem in linea materna ad beneficia eccleſiaſtica & officia ſæcularia.*
12 POTESTATES *ſæculares, perpetui & temporales iurare tenentur, quod vniuerſos hæreticos ab eccleſia damnatos pro viribus exterminabunt.*
13 *Dominorum temporalium non purgantium terras ſuas hæretica fœditate pœna.*
14 IN HÆRESIS *cauſa ordo proceſſus traditur remiſſiue.*
15 *Ab hæreſi rediens non poteſt ordinari aut in ordinatione ante hæreſim canonice ſuſcepta miniſtrare.*
16 *Quis cum redeunte diſpenſet, aut etiã rehabilitet.*
17 RELAPSI *in abiuratam hæreſim ſæculari iudicio ſine vlla penitus audientia relinquuntur.*
18 *Petita humiliter pœnitentia & euchariſtia ſacramenta illis non denegantur.*
19 *Vere relapſi qui dicantur.*
20 *Iuris fictione relapſi qui dicantur.*

SVBIICIT de iis, qui poſt fidem & baptiſmũ ſuſceptum Deum inhonorant, & in varios errores in fide incidunt per inſipientiam & receſſum ab vnitate eccleſiæ, *c. firmiſſime hoc tit.* Hæreſis græce ab electione dicitur, quod ſcilicet eam ſibi vnuſquiſq; eligat diſciplinam, quã putat eſſe meliorem, *c. hæreſis 24. quæſt.3.* eſt crimen

Digitized by Google

1 men merè † eccleſiaſticum, *Pan. in d. c. abolendam*
n. 7. hoc tit. vnde de eo Iudex ſæcularis etiam
contra laicum cognoſcere non poteſt, ſed ſola
executio ei relinquitur poſt ſententiam epiſco-
pi & ad eius requiſitionem, *c. ad abolendam §. præ-*
ſenti hoc tit. c. vt inquiſitionis & c. cum ſecundum leges
§. fin l. ſuper eo & ibi Anch. in 4. not. hoc tit. in 6. Pan.
in c. cum tit. generale n. 19. & 31. de for. compet. Hære-
2 ticus propriè † & ſtricte eſt, qui falſam opinio-
nem eligit, illiq; pertinaciter adhæret circa ea,
quæ pertinent ad fidem, *c. hæreticus c. qui in eccleſia*
& cc. ſeqq. 24. quæſt. 3. vt qui aliter ſentit de articu-
lis fidei, *c. hæc eſt fides c. quoniam 24. quæſt. 1.* vel ſa-
cramentis, quam Romana eccleſia, *c. ad abolen-*
dam hoc tit. Chriſtiani qui ad ritum tranſierint
vel redierint iudæorum, etiamſi huiuſmodi re-
deuntes, dum erant infantes, aut mortis metu,
non tamen abſolute aut præciſe coacti, bapti-
zati fuerunt, *c. contra chriſtianos hoc tit. in 6. c. qui-*
dam de apoſt. Item is vere hæreticus dicitur, qui
confingit noua peruerſa dogmata, aut vetera
falſa, & ab Eccleſia damnata ſequitur, *c. hæreſis §.*
quicunque c. quid autem iniquius & c. quidam tit ſ. 24.
quæſt. 3. c. firmiſſime, & ibi gloſſ. in verb. hæreticum &
Pan. n. 3. & Can. communiter hoc tit. vt is qui aſſerit
ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum,
Capell. Tholoſ. deciſ. 347. Collect. in c. 1. n. 3. hoc tit. &
vſuram non eſſe peccatum, *clem. 1. §. fin. de vſur.*
Bellon. con. 78. n. 7. vel leui argumento à iudicio
catholicæ religionis & tramite deuiant, *l. 2. in*
fin. C. hoc tit. ſed qui ſententiam ſuam quamuis
falſam atq; peruerſam, nulla pertinaci animoſi-
tate defendunt, præſertim quam non audacia
ſuæ præſumptionis pepererint, ſed à ſeductis
atque in errorem lapſis parentibus acceperunt,
quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem,
corrigi parati cum inuenerint, nequaquam ſunt
inter hæreticos deputandi, *c. dixit §. ſed qui 24. qu.*
3. Hæreſes aduerſus catholicam fidem exortæ,
& ab apoſtolis, & à ſanctis patribus vel Conci-
3 liis damnatæ, quædam ex nomine ſuorum † aut
horum nuncupantur, quædam ex cauſis, quas
eligentes conſtituerunt, recenſentur in c. qui-
dam 24. quæſt. 3. quę dum in ſe multis erroribus
diuiſæ, inuicem ſibi diſſentiunt, communi ta-
men nomine aduerſus Eccleſiam Dei conſpi-
rant. Ante centum annos peſſimæ, deliræ, & à
naturali ratione diſcordes excitatæ fuerunt no-
uæ hæreſes, temporalis commodi, & vanæ glo-
riæ, & principatus gratia, facies diuerſas haben-
tes, ſed caudas ad inuicem colligatas, quia de
vanitate conueniunt in idipſum, *c. excommunica-*
tus 1. & 2. in princip. hoc tit. quæ cum ipſis aucto-
ribus damnatæ fuerunt in Concilio Tridenti-
no, cenſura dogmatum pertinet ad Theologiā,
punitio vero ad canones & leges.

Hęretici, credentes, † receptores, defenſores, 4
& fautores hæreticorum, ſunt ipſo facto ex-
communicati, *c. ſicut 1. c. excommunicamus el. 1. §.*
credentes n. 2. hoc tit. vſque ad ſatisfactionem con-
dignam, quæ conſtitit, quod abiurent hæreſim,
vel ſe purgenti, *Anchar. in c. excommunicamus el. 1. §.*
credentes n. 2. hoc tit. & variis pœnis ſubduntur,
cum infraſcripta diſtinctione, aut conſtat † de 5
hæreſi, aut ſunt credentes, † receptatores, defen- 6
ſores & fautores hæreticorum, aut ſola † ſuſpi- 7
cione hæreſis ſunt notati. Primo caſu quando
conſtat de hęreſi, antequam publicentur per ec-
cleſiam hæretici, non debent vitari, niſi forte eſ-
ſent hæretici manifeſte, *Anchar. in c. excommunica-*
mus 1. §. moneantur n 2. hoc tit. quia tunc noto-
rium idem quod ſententia operatur, *l. empto-*
rem ff. de act. empt. & non expectato anni tempo-
re, *Pan. in c. ſi aduerſus ſub n. 3. verſ. aduerte quod dicit*
gloſſ hoc tit. ſtatim damnatis auctoribus, da-
mnantur eorum libri, ſcripturæ, & opera, *c. fra-*
ternitatis hoc tit. ſunt infames, inteſtabiles, *l. fin. C.*
hoc tit. inhabiles ad omnes actus legitimos, offi-
cia publica, & beneficia, *c. 2. §. hæretici & c. ſtatu-*
tum hoc tit. in 6. excluſi à priuilegiis clauſis in
corpore iuris, *l. 1. & auth. item priuilegium C. hoc*
tit. non licet eos in domo, vel terra ſua tenere
vel fouere, aut negotiationem cum eis exerce-
re, *c. ſicut l. 1. hoc tit.* mulieres contrahentes
matrimonium cum viris quos tempore contra-
ctus hæreticos eſſe ſciebant, ipſo facto amit-
tunt dotem, *c. decreuit hoc tit. in 6.* adepti di-
gnitates, perſonatus, & quæcunque alia bene-
ficia eccleſiaſtica ad preces hæreticorum, pri-
uantur taliter acquiſitis, ita quod & habitis ca-
reant perpetuo, & ſi receperint illa ſcienter, ad
alia vel ſimilia nequaquam inpoſterum admit-
tuntur, *c. 2. §. pen. hoc tit. in 6.* ſecus in laicis
adeptis dignitatem vel officia ſæcularia, *Franc.*
poſt Io. And. in c. 2. §. ad hæc in princ. hoc tit. in 6.
abſoluti ſunt ipſo iure à debito fidelitatis, do-
minij, & totius obſequij, vaſalli, ſerui, liberti,
familiares, & mercenarij, ac etiam omnes, qui-

cunq; lapis manifeſte in hæreſim aliquo pacto quacunque firmitate vallato, tenebantur aſtricti, & ſi ſub pœna vel iuramento aliquis tenetur eis aliquid ſoluere certa die, licet non ſoluat, non incidit in pœnam aut periurium, *c. ſi & ibi gloſ. fin. & Can. hoc tit.* filij deſinunt eſſe in poteſtate parentum à die commiſſi criminis, *c. 2 §. fin. hoc tit. in 6.* bona eorum ipſo iure ſunt confiſcata, *c. cum ſecundum hoc tit. in 6. & ibi gloſ. in verb. ipſo iure*, à die commiſſi criminis, *l 3. C. hoc tit.* quæ vendicantur per fiſcum de manibus poſſeſſoris nullo dato pretio per quaſcunq; manus tranſierint, *Franc. in d. c cum ſecundum ſub n. 2. verſ. in gloſ. in ver. ipſo iure & ibi Io. And. in fi. & Can communiter.* niſi pretium vel aliquid loco pretij eſſet in bonis hæretici, *arg. l. ſi cum dotem §. fin. cum l ſeq. ff. ſolut. matr. l. Imperator §. fin. cum l. ſeq. ff. de leg. 2.* ſed confiſcationis huiuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non poteſt per Principes aut alios Dominos temporales, antequam per Epiſcopum loci, vel aliam perſonã eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper hæreſi fuerit promulgata, *d. c. cũ ſecundum §. confiſcationis hoc tit. in 6.* in terris eccleſiæ applicantur fiſco eccleſiæ, in terris imperij Iudicis ſæcularis fiſco, etiamſi filios habeant catholicos, *c. vergentis hoc tit. Authen. Gazones C. hoc tit.* Clericorum bona applicãtur eccleſiis à quibus ſtipendia receperunt, *c. excommunicamus, el. 1. §. 1. hoc tit.* Beneficia vacant ſtatim ipſo iure, *c. vt commiſſi §. priuandi & ibi Franc. & Gemin. & Can. c. cum ſecundum hoc tit. in 6. Garc. de benef par. 11. c. 10. §. 1. n. 59. & ſeqq. plures citant.* ac etiam beneficia quæ hæreticorum filij & nepotes obtinent eo tempore, quo eorum parentes committunt vel incidunt in hæreſim, *latè Garc. de benef par. 11. cap. 10. & §. 1. n. 72. & ſeqq. & n. 79. refert deciſionẽ Rota*, in parentibus vbi crimen hæreſis eſt commiſſum, licet in Curia Romana formatus fuerit proceſſus, & lata ſententia declaratoria, *Mand. deſign. grat. tit. abſolutio ab hæreſi verſ. hæretici beneficia aſſerens ita deciſum fuiſſe in Rota.* Præterea ſunt irregulares & inhabiles ad acquirenda beneficia tam hæretici, *c. inter ſollicitudines de purg. cæn.* quam qui fuerunt hæretici, etiamſi conuerſi fuerint ad catholicam fidem, *c. conuenientibus §. ex hac auctoritate 1. quæſt 7. ſpecul. tit. de diſpenſ. §. 4. ſub n. 16. verſ. ſexto hæreticus Felin. in c. cum te n. 12. de reſcript. Garc. de benef. par. 11. cap. 10.* §. 1. *n. 8.* Deprehenſi in hæreſi, ſi continuo poſt deprehenſionem erroris, ad fidei catholicæ vnitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium epiſcopi regionis illius publice conſenſerint abiurare, & ſatisfactionem congruam exhibere, euitant pœnam, *c. ad abolendam §. præſenti verſ. niſi hoc tit. & ibi Pan. n. 5. & 6.* daturque eis abſolutio ab hæreſi facta publicè abiuratione, cuius formale ponitur in c. ego Berengarius de conſe. diſt. 2. & in c. quoties 1. quæſt. 7. contra regulam quod in delictis non habet locum pœnitentia poſt delictum conſummatum ad euaſionem pœnæ, *l. qui ea mente & ibi gloſſ. fin. & DD. ff. de furt. l. quis ſit fugitiuus poſt princ. ff. de edil. edict.* quod ſi ſtatim & ſponte non redierint, abiurauerint, ſatisfecerint, quia condemnatos hæreticos eccleſia monet ſemel & bis, ſed non compellit, *c. dixit Apoſtolus in princ. & ibi gloſſ. & Can. 24. quæſt. 3.* ſi clerici ſunt, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuſcari, totius eccleſiaſtici ordinis prærogatiua nudati, omni officio & beneficio ſpoliati, *c. ad abolendam §. præſenti c. excommunicamus 2. hoc tit.* ſi in ſacris ordinibus conſtituti ſint, conuocatis Abbatibus aliiſque Prælatis, quod ex decretis Concilij Tridentini eſt ius regulare, *c. cum vero ſeſſ. 13.* & in hoc crimine hæreſis, etiam religioſis perſonis ac literatis diœceſis, de quibus videbitur expedire, à ſolo epiſcopo degradati, *c. 1. hoc tit. in 6.* aut perpetuo immurantur, *c. excommunicamus 2. §. fin. hoc tit. c. 1. hoc tit. in 6.* aut traduntur ſæculari poteſtati animaduerſione debita puniendi, *d. c. ad abolendam §. præſenti*, ſi laici fuerint, eccleſia fert contra eos ſententiam de hæreſi, cuius executio fit per poteſtatem ſæcularem, *d. c. ad abolendam, §. laicus autem hoc tit.* vel ad interceſſionem eccleſiæ in perpetuo carcere detruduntur, *c. pen. §. fin. in fin. hoc tit.* 2. Caſu quando ſunt credentes (credentibus pertinaciter exceptis qui hæretici iudicantur) *c. pen. §. fin. in fine hoc tit.* receptores, defenſores, & fautores hæreticorum, ſi quis eorum fuerit, propterea ab eccleſia excommunicatione denotatus, & ſatisfacere contempſerit intra annum de eſſentia per publicam abiurationem familiaritatis hæreticorum, *c. inter §. in pœnam de purg. can.* cum acceſſoriis & ſequelis, *Anchar. in c. excommunicamus 1. §. credentes n. 2. hoc tit.* ex tunc

laicus

Digitized by Google

laicus ipſo iure eſt factus infamis, inhabilis ad publica officia, cōſilia, & ad huiuſmodi aliquos eligēdos, teſtimoniū, teſtamenti factionē, & ad omnes actus legitimos, ſi Iudex extiterit, eius ſententia nullam obtinet firmitatem, ſi tabellio, inſtrumenta per eum confecta nullius ſunt momenti, ſed cum auctore damnato damnantur, & idem obſeruatur in ſimilibus, *d.c. excommunicamus* 1. *§. credentes hoc tit.* Clericus ab omni officio & beneficio deponitur Garc. de benef. par. 11. cap. 10. §. 1. n. 68. dicit eos ipſo iure eſſe priuatos ac n. 72. credentium receptatorum & defenſorum hæreticorum filios & nepotes ipſo iure priuatos obtentis beneficiis tempore commiſſi criminis per eorum parētes, qui tales poſtquam ab eccleſia fuerint denotati, euitare contempſerint, vſq; ad ſatisfactionem condignam excommunicantur, *d. §. credentes verſ. ſi vero clericus & verſ. ſeq.* Aduocati & ſcriniarii hæreticis aut credentibus fautoribus & defenſoribus eorundem, cum fuerint propterea excommunicati, in aliquo præſtantes auxilium, conſilium vel fauorem, aut eis, in cauſis vel in factis, vel aliquibus litigantibus, ſub eorum examine, patrocinium præbentes, & pro ipſis publica inſtrumēta, vel ſcripta facere attentantes, ipſo facto ab officio ſunt ſuſpenſi, & perpetuæ infamiæ ſubiacent, *c. ſi aduerſus hoc tit.* 3. caſu quando ſola ſuſpicione inuenti ſunt notabiles, ſiquidem magna & vehemens ſuſpicio contra eos orta eſt, *c. accuſatus in princ. hoc tit. in 6.* aut probabilis, *d. c. excommunicamus* 1. *§ qui autem & ibi gloſ. in verb. ſuſpicione & Can. hoc tit.* iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatem perſonæ, grauitatem ſcandali, indicitur ſibi purgatio ad arbitrium epiſcopi, in qua ſi defecerint, clerici eccleſiaſticæ diſciplinæ mucrone percelluntur, id eſt degradantur, & ab officio & beneficio depoſiti in arctum monaſterium detruduntur ad agendum pœnitentiam, *c. inter in fin. de purg. cæn.* vt in quibus maior eſt culpa, grauior exerceatur vindicta, *c. excommunicamus §. credentes verſ. ſi vero clericus hoc tit.* non traduntur Curiæ ſæculari, quia regulariter ex ſolis ſuſpicionibus nemo damnari debet, *l. abſentem ff. de pœnit. gloſ. fin. in c. inter de purg. can. & ibi Anchar. & Can. c. ad abolendam §. qui vero hoc tit. ponderando verba ſimili pœna & non dicit eadem,* non excommunicantur, quia pœnitent. Eſt enim duplex mucro eccleſiaſticus eradicans & mortalis, vt degradatio, *d. c. inter de purg. can. & ibi poſt gloſ. fin. Anchar. n. 7. & Can.* qui tendit ad puuitionem, poſt quem non facilè diſpenſatur, & eſt propriū epiſcoporum, *c. tranſmiſſam & ibi poſt gloſ. fin. Can. de elect.* alius diſciplinans & medicinalis, ſcilicet excommunicatio, qui etiam mucro dicitur, *c. 1. de ſent. excom. in 6. c. viſis circa finem 16. quæſt. 1.* à qua, abſolutio quando pœnitet excommunicato eſt impartienda, *c. cum aliquis & c. ſeq. 11. quæſt. 3.* Laici propriam innocentiam iuramento purgant, qui vero ex eis, iuramenti religionem obſtinatione damnabili reſpuentes, iurare noluerint ex hoc ipſo, hæretici reputantur, *c. excommunicamus* 1. *§. adiicimus in fine hoc tit.* aut congrua purgatione monſtrant, & ſi in ea defecerint, anathematis gladio feriuntur vſque ad condignam ſatisfactionem, & ab omnibus euitantur, & ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc veluti hæretici condemnantur, *c. excommunicamus* 1. *§. qui autem hoc tit. Pan. in c. ad abolendam n. 8. hoc tit.* vel citari poſſunt ab epiſcopo, vt de fide reſpondeant, & ſi parere ſubterfugerint, aut contumaciter ſe abſentauerint vinculo excommunicationis innodantur, quam ſi per annum animo ſuſtinuerit pertinaci, ex tunc veluti hæretici condemnantur, *c. cum contumacia hoc tit. in 6.* quia hæc eſt violentiſſima præſumptio, cum primo probabilis fuerit propter infamiam, & quia noluit ſe purgare fuit excommunicatus, & per annum ſtetit in excommunicatione, pro conuicto habetur, *c. excommunicamus* 1. *§. qui autem & ibi gloſ. fin. hoc tit. arg. c. inſinuatum de ſimon. & ibi gloſ. fin. & Can. c. rurſus c. quicunque c. 2. 11. quæſt. 3.* In aliis criminibus interdum quis excommunicatur, quia non comparuit reſponſurus de crimine, & ſi in excommunicatione ſtat per annum, habetur pro conuicto, non pro hæretico, *c. rurſus c. quicunq; 2. 11. quæſt. 3. gloſ. fin. in c. cum contumacia hoc tit. in 6. & ibi Can. Pan. in c. excommunicamus* 1. *n. 7. & 11. hoc tit.* Interdum non fertur ſententia excommunicationis, ſed bona contumacis propter crimen annotantur, & ſi intra annum redierit & ſe purgauerit, integram rem ſuam habet, ſi neq; redierit, neq; qui ſe defendat habuerit, tunc poſt annum bona in fiſcum coguntur, *l. fin. ff. de requir. reis.* nulla vero temporis præſcriptione à cauſæ defenſione ſubmouetur, *l. pen. in fin. ff. de requir. reis.* Propter ſuſpicionem hæreſis incurritur ſuſpenſio beneficiorum,

ciorum, non inhabilitas ad illa vel ſæcularia of-
ficia publica obtinenda, *Put. deciſ. 390. lib. 2. Pan.
in c. inter n. 2 & 6. & ibi Can. de purg. Can. c. accuſa-
tum in fin. princ. de hæret. in 6.* aut obtentorum be-
neficiorum priuatio, ideo abſoluto cum abiu-
ratione, etiamſi tertio fuerint collata de facto,
beneficia prius obtenta reſtituenda ſunt, quia
cenſetur abiuratio purgatiua, *c. inter §. purgatio-
ne & ibi Pan n. 2. in fin. de purg. Can. Achill. deciſ. vnic.
hoc tit. Garc. de benef. par. 11. cap. 10. §. 1. n. 87.* Occul-
8 tus † hæreticus eſt excommunicatus, *gloſ. in clem.
1. §. verum in verb. eo ipſo hoc tit. & ibi Can. late in v-
tramq; partem Garc. de benef. par. 11. cap. 10. §. 1. n 91.
& ſeqq. vſq; 147.* ſed legitimè abſolutus à ſecreta
hæreſi in foro conſcientiæ, *Garc. de benef. par. 11.
cap. 10. §. 1. n. 137. & ſeqq. explicat iſta verba.* à ſuo
Epiſcopo, non eius Vicario, *c. liceat ſeſ. 24.* (qua-
lis facultas conceſſa Epiſcopo non eſt ſublata
per bullam cœnæ Domini) *Latè in vtramq; par-
tem Garc. de benef par. 11. cap. 10. §. 1. n. 115. & 116. &
ſeqq. & n. 125. & ſeqq.* non videtur remanere in-
habilis aut irregularis, *Garc. de benef. par. 11. c. 10.
§. 1. n 83. & ſeqq. qui plures citat.* 5. deprehenſus in
9 hæreſi, aut propter † ſuſpicionem hæreſis, ſeu
receptionem, defenſionem vel fauorem hære-
ticis impenſum, excommunicatus, elapſo anno
abſq; ſatisfactione condigna, in articulo mor-
tis ſit conſtitutus, non miniſtrantur ei Sacra-
menta, & ſi deceſſerit non fit pro eo oblatio, nec
inter Chriſtianos accipit ſepulturam, *d. c. ſicut 1.
§. ſi quis autem c. excommunicamus 1. §. ſane hoc tit.*
Quicunq; clerici prædictos ſcienter præſum-
pſerint Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ, vſq; ad
ſatisfactionem idoneam excommunicationis
ſententiæ ſubiacent, nec abſolutionis benefi-
cium merentur niſi proprijs manibus publicè
extumulent, & proijciant huiuſmodi corpora
damnatorum, ac ſuo priuantur officio, ad quod
nunquam reſtituuntur, abſque indulto Sedis
Apoſtolicæ ſpeciali, *d. c. excommunicamus 1. §. ſane
clerici.* ſed Epiſcopus poteſt eos reconciliare Ec-
cleſiæ, *gloſ. in d. §. ſanè in verb. Apoſtolica per c. ad ab-
olendam §. 1. hoc tit.* Similiter puniuntur quilibet
regulares, quibus etiam hoc infligitur vt illo-
rum priuilegia in illa diœceſi non ſeruentur, in
qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare. *d.
c. excommunicamus 1. §. ſanè in fine.* & locis ille in
quo ſepulti fuerunt, perpetua caret ſepultura.
c. 2. hoc tit. in 6. Declarantur hæretici poſt mor-
tem, † *c. accuſatus §. in eo hoc tit. in 6. Franc. Marc.* 10
queſt. 775. par. 1. epiſcopus & quilibet clericus
hæredem inſtituens hæreticum vel paganum,
ſiue fuerit conſanguineus, ſiue extraneus, poſt
mortem excommunicatus nunciatur, *c. ſi quis &
c. ſeq. hoc tit.* vt autem ſententia de hæreſi contra
defunctum lata noceat eius deſcendentibus,
aut hæredibus, requiritur eorum † citatio *late* 11
*Bellam. deciſ. 677. Put. deciſ. 2. lib. 2. Bart. in l. fin. §. 1.
ſub n. 3. & ibi Dd. C. de iur. delib. Franc. in c. fin. & ibi
Can. de elect. in 6. c. ſi iudex in princ. & ibi gloſ. in verb.
intereſt & Monach. n. 2. de ſentent. excomm. in 6.* per-
ſonalis, nec ſufficit generalis, aut per edictum,
*Bellam. deciſ. 678. & deciſ. ſeq. d. c. fin. §. vocationem
autem de elect. in 6. c. ſtatuimus & ibi gloſ. in verb. mo-
nitionem canonicam de ſent. excomm. in 6.* ſi plures
ſint filii, vel ex filio nepotes, omnes ſunt ſpecia-
liter citandi, licet abſentes ſint à loco iudicii, ſi
de facili poterunt reperiri per diligentiam. *Put.
deciſ. 6. lib. 2. d. Authen. de hæred. & falcid. §. hinc no-
bis ingreſſa verſ. fiat igitur & ibi Dd. d. c. fin. §. vocatio-
nem de elect. in 6. & ibi Can.* quia hæredibus aufe-
runtur bona hæretici defuncti, *c. accuſatus §. in eo
hoc tit. in 6.* & hæreticorum, credentium, rece-
ptatorum, defenſorum & fautorum eorum filii,
quando parentes tales eſſe, vel tales etiam de-
ceſſiſſe probantur, non autem illorum quos e-
mendatos fuiſſe conſtiterit, & reincorporatos
eccleſiæ vnitati, vſque in ſecundam generatio-
nem paternam, & primam generationem in li-
nea materna, non admittuntur ad aliquod be-
neficium eccleſiaſticum, vel officium ſæculare
publicum, & ſi ſecus actum fuerit irritum ſit &
inane, *cap. 2. §. hæretici & c. ſtatutum 2. hoc tit. in 6.*
qualem inhabilitatem filii non incurrunt ratio-
ne ſuſpicionis de hæreſi parentum, *Pan in c. inter
num. 6. de purg. can. Put. deciſ. 390. lib. 2.* quia ſuſpe-
ctus de hæreſi, non dicitur hæreticus, *c. accuſatus
in princ. hoc tit. in 6.*

Sæculares poteſtates quibuſcunque fungan-
tur officiis, compelluntur per cenſuras eccle-
ſiaſticas tempore aſſumptionis in poteſtatem,
ſiue perpetuam ſiue temporalem, pro defen-
ſione fidei præſtare publicè corporale † iura- 12
mentum, quod de terris iuriſdictioni ſuæ ſubie-
ctis vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos,
& eorum complices, iuxta commonitionem
epiſcoporum, fideliter & efficaciter pro iuribus
exterminare ſtudebunt, ſi id obſeruare nolue-
rint

Digitized by Google

rint honore quem obtinent ſpoliantur, & ad a-
lios nullatenus aſſumuntur; ſi Domini tempo-
13 rales † terram ſuam purgare neglexerint hæreti-
ca fœditate poſtquam fuerint requiſiti ab epi-
ſcopis, per Metropolitanum & Comprouin-
ciales epiſcopos excommunicantur, etſi ſatis-
facere contempſerint intra annum, ſignifica-
tur hoc ſummo Pontifici, vt tunc ipſe eos ho-
nore, quem obtinent, ſpoliatos, ad alios aſſu-
mendos inhabiles, vaſallos ab eorum fidelitate
denunciet abſolutos, ac terram exponat Ca-
tholicis occupandam, qui illam exterminatis
hæreticis ſine vlla contradictione poſſideant,
ſi dominum principalem non habeant, & ſi il-
lum habeant, ſaluo iure Domini, dummodo ſu-
per hoc ipſe nullum præſtet impedimentum, *c.
ad abolendam* §. *ſtatuimus cap. excommunicamus* 1. §.
moneantur hoc tit. Ciuitas vero aliarum commer-
cio ciuitatum & epiſcopali dignitate priuatur,
d. c. ad abolendam §. *ciuitas*, exempti ſoli ſedi apo-
ſtolicæ immediate ſubiecti, in his quæ contra
hæreticos inſtituta ſunt, epiſcopis tanquam à
Sede apoſtolica delegatis obſequuntur, *d. c. ad
abolendam* §. *fin. hoc tit.*

14 Ordo proceſſus † in cauſa hæreſis traditur in
c. vt officium & c. ſeq. c. per hoc & c. fin. hoc tit.
in 6. & de cuſtodia reorum, iuramento Cuſto-
dum, Miniſtrorum, Notariorum & Officialium,
ætate Iudicum inquiſitorum, muneribus & pe-
cunia per eos prætextu officii non extorquen-
da, armis, numero & qualitate officialium in
clem. 1. & 2. hoc tit.

15 Nullus rediens ab hæreſi † poteſt ordinari,
aut in ordinatione ante hæreſim canonicè ſu-
ſcepta miniſtrare, *c. 1. & c. conuenientibus* §. *ex has
auctoritate 1. quæſt. 7.* diſpenſatur cum redeunti-
bus multipliciter, ſiue rehabilitantur tam in be-
neficio quam in ordine, non per epiſcopos, vt
innuit textus in cap. præsbyteros & ibi gloſſ. in
16 verbo penes 50. diſt. ſed ſolum ſummum † Pon-
tificem; *c. nos conſuetudinem & ibi gloſ. fin. & Can.
12. diſtinct. c. requiritis* §. *niſi rigor & c. ſeq & c. tanta
& cc ſeqq. 1. quæſt. 7. Milis in repert. verſ. diſpenſare non
poteſt epiſcopus in hæreſi*, nonnullis ſolet denegari
rehabilitatio, vt maculatis iterata vnctione, *c.
ſaluberrimum in fine 1. quæſt. 7.* rebaptizatis, *c. eos
de conſecrat. diſtinct. 4.* eis qui ad ſubuerſionem fi-
dei, adhæſerunt hæreticis, & in contemptum
eccleſiæ voluerunt ordinari ab eis, *c. conuenienti-
bus 1. quæſt. 7.* ordinato ſcienter ab epiſcopo qui
extra eccleſiam recepit manus impoſitionem,
ſecus ſi ignoranter, & hoc probauerit, *cap. ordi-
nationes 9. quæſtione prima, gloſ. mag. 5. quæſtion. 1. in
ſumma.*

Relapſi in abiuratam † hæreſim, ſæculari iu- 17
dicio ſine vlla penitus audientia relinquuntur,
c. ad abolendam §. *illos hoc tit. & ibi gloſ. ord. in verb.
audientia & marg. remiſsiue cumulat caſus in quibus
denegatur audientia. c. ſuper eo hoc tit. in 6.* à quo pu-
niuntur, licet poſtmodum pœniteant, & ſigna
pœnitentiæ in eis apparuerint manifeſta, ſed
petita † tunc humiliter pœnitentiæ & euchari- 18
ſtiæ ſacramenta, nequaquam ſunt eis denegan-
da, *d. c. ſuper eo hoc tit in 6.* quando agitur de ſalu-
te animæ eccleſia nulli claudit gremium re-
deunti, ſed non prohibet vindictam, quæ perti-
net ad correctionem, quia relapſorum eſt inſa-
nabilis peſtilentia, *c. duo iſta criminum c. ea vindicta
23. quæſt. 4.* Vere relapſi ſunt † illi, de quorum la- 19
pſu in hæreſim ante abiurationem conſtiterit,
vel poſtea conuincuntur, ſi poſt illam depre-
henſi ſunt in abiuratam hæreſim recidiſſe, vel ſi
poſt illam hæreticos acceptent, deducant, viſi-
tent ſiue aſſocient, aut dona vel munera eis do-
nent, vel mittant ſeu fauorem eis impendant,
qui excuſari non poſſit propter neceſſitatem fa-
mis, ignorantiam vel aliter etiam ſine adoratio-
ne, quia non eſt dubium illos id feciſſe ex ap-
probata à ſe prioris erroris conſequentia, *c. ad
abolendam* §. *illos quoq; hoc tit. c. accuſatus* §. *ille quoq;
hoc tit. in 6.* necnon ii qui in vna hæreſis ſpecie,
vel ſecta commiſerunt, aut in vno fidei articu-
lo ſeu eccleſiæ ſacramento errauerunt, & poſt-
modum non ſpecialiter illam ſpeciem, vel ſe-
ctam ſeu errorem, ſed hæreſim ſimpliciter vel
generaliter abiurarunt, ſi ex tunc in aliam etiam
hæreſis ſpeciem ſeu ſectam, aut alio articulo ſeu
ſacramento committant, *d. c. accuſatus* §. *cum ve-
ro hoc tit. in 6. & ibi gloſ. in verb. ſimpliciter. & Io.
Andr. Franc. in d. c. accuſatus ſub num. 3. verſ. in gloſ. in
verb. ſimpliciter recenſet Dd. contrarium tenentes*,
quia ſtante ſimpliciter generali abiuratione,
verum eſt quod deprehendantur in hære-
ſim abiuratam reincidiſſe, *dict. cap. ad abolendam
paragraph illos quoque hoc titul.* Iuris fictione † re- 20
lapſi ſunt, accuſati de hæreſi, vel ſuſpecti, contra
quos

Digitized by Google

quos de hoc crimine magna & vehemens ſuſpicio orta erat, ſi hæreſim in iudicio abiurarunt, & poſtea committunt in ipſa, licet ante abiurationem, hæreſis crimen plenè probatum non fuerit contra ipſos, ſi autem modica & leuis ſuſpicio illa fuerit, quanquam ex hoc grauius ſint puniendi, non tamen debent in hæreſim relapſorum pœna puniri, *c. accuſatus in princ. c. ſuper eo hoc tit in 6 d. c. ad abolendam §. præſenti iuncto §. qui vero & §. illos quoque hoc tit.*

De Schiſmaticis & ordinatis ab eis.

Titulus VIII.

SVMMARIA.

1 SCHISMA *eſt illicitus ab vnitate eccleſiæ Romanæ receſſus.*

2 *Ab hæreſi quomodo differat.*

3 *Hic titulus intelligendus eſt de Schiſmate ſiue hæreſi, vt contingit inter contendentes de papatu.*

4 SCHISMATICVS *& ſponte iurans de tenendo Schiſmate non eſt ipſo iure excommunicatus ſed ſuſpenſus ab officio & beneficio.*

5 *Certis caſibus ipſo facto incidit in excommunicationem hic notatis.*

6 SCHISMATICVS *licet ſchiſma abiurauerit & pœnitentiam egerit, remanet irregularis & inhabilis ad beneficia de nouo obtinenda.*

7 A SCHISMATICIS *epiſcopis geſta ſiue receperint vltimam manus impoſitionem in eccleſia ſiue extra eccleſiam, dum tamen forma eccleſiæ in eorum ordinatione fuerit ſeruata in ſpiritualibus quæ vltra gratiam habent executionem, vt ordo ſiue ſcienter ſiue ignoranter quis ab eis ordinatus fuerit ſeruata forma eccleſiæ ſunt efficacia & ordinem conferunt, ſed non conferunt executionem.*

8 *Ordinati ab epiſcopis qui receperunt vltimam manus impoſitionem in eccleſia, ſiue ſcienter ſiue ignoranter cum ad eccleſiæ vnitatem redierint in ipſis quos acceperint ordinibus miſericorditer ſuſcipiuntur exceptis quatuor caſibus.*

9 *Ordinati ab epiſcopis qui extra eccleſiam manus impoſitionem receperunt ſi ſcienter nunquam tollerantur, ſi ignoranter miſericorditer ſuſcipiuntur.*

10 *Quando vero forma eccleſiæ non fuit ſeruata, ordinato non imprimitur character.*

11 *Prædicta obtinent ſi à Schiſmaticis eccleſia, cœmiterium, altare, veſtimentum aut aliæ res inanimata conſecrata aut benedicta fuerunt.*

12 *Geſta à Schiſmaticis in ſpiritualibus in quibus confertur gratia & vltra eam non eſt aliqua executio facienda vt in Sacramento corporis Chriſti, baptiſmo, ſiue ſcienter ſiue ignoranter fuerint ab iſtis recepta conferunt gratiam, nec opus eſt aliqua diſpenſatione, ſed recipientes peccant niſi receperint in neceßitate mortis.*

13 *Veſtes & altaria à catholicis epiſcopis benedicta & conſecrata cum quibus Schiſmatici celebrarunt, non ſunt rebenedicenda, aut reconſecranda.*

14 *Geſta à Schiſmaticis circa temporalia iuribus carent & illis non eſt reſpondendum de iuribus dignitatis.*

15 *Niſi quis forte cum Schiſmatico contraxerit.*

16 *Quis diſpenſet cum Schiſmaticis aut ab eis ordinatis.*

SCHISMA omne intendit ſibi conſtituere eccleſiam, & vniuerſalem eccleſiam quæ vnica eſt impugnare, vnde poſt titulum de hæreticis ponit titulum hunc, quia ſchiſmatici peccant in iſtum articulum fidei, vnam ſanctam eccleſiam Catholicam, *c. loquitur c. quia ex ſola c. aduocauit & cc. ſeqq. 24. quæſt.* 1. ſchiſma græcum nomen eſt, ſciſſuram ſonat, in vnitate ſciſſura eſſe non poteſt, proprie enim & ſtricte ſchiſma † eſt illicitus 1
ab vnitate Eccleſiæ Romanæ receſſus, *c. ſchiſma 24. quæſt.* 1. Inter ſchiſma † & hæreſim hoc inter- 2
eſt, quod hæreſis peruerſum dogma habeat, ſchiſma propter epiſcopalem diſſenſionem ab eccleſia pariter ſeparat, quod quidem in principio aliqua ex parte poteſt dici diuerſum. Cæterum nullum ſchiſma non ſibi aliquam hæreſim confingit, vt rectè ab eccleſia receſſiſſe videatur, *c. inter hæreſim 24. quæſt.* 3. Hic titulus † intelligen- 3
dus de ſchiſmate ſiue hæreſi, vt contingit inter contendentes de Papatu, quia vnuſquiſq; contendit Eccleſiam Romanam eſſe apud eum, *c. didicimus 24. quæſt. 1. gloſ. fin. in fine 24. quæſt. 1. Dec in c. quia diligentia n. 3. de elect.* Schiſmaticus & ſponte iurans † de tenendo ſchiſmate non eſt ipſo iure 4
excommunicatus, ſed ſuſpenſus ab officio ſiue ſacris ordinibus & beneficio, *c. 1. §. illos hoc tit. Garc. de benef. par. 11. cap. 10. §. 1. n. 155. & ſeq.* non priuatur beneficiis antea obtentis, *Garc. de benef. par. 11. cap. 10. §. 1. n. 151. & ſeq.* certis caſibus † ipſo 5
iure incidit in excommunicationem, videlicet

is qui

is qui ſcienter recipit ordines à ſchiſmatico vel
ordinato ab eo, ordinationesque irritæ ſunt
quoad executionem, aut recipit beneficia ec-
cleſiaſtica ab eo, & caret impetratis, aut ab eo
emit, vel aliter acquirit res eccleſiaſticas, & alie-
nationes omni carent firmitate, & res alienatæ
ad eccleſias ſine onere reuertuntur, *c.1. hoc tit. &
ibi Pan.n.2. & 3. Anchar. & Can. communiter notant.*
In bulla cœnæ Domini excommunicantur ab-
ſolutè ſchiſmatici, *Garc. de benef. par.11. cap.10.* §.
1.n.158. electus à paucioribus quam duabus par-
tibus Cardinalium nomen epiſcopi ſiue Ponti-
ficis Romani ſibi vſurpans, & ii qui eum recepe-
runt ipſo facto excommunicationi ſubiacent,
& totius ſacri ordinis priuatione per ſentẽtiam
ſunt mulctandi, *c. licet & ibi Pan.n.7. & Can. com
muniter de elect.* Græci quoque in antiquato ſchiſ-
mate conſtituti ſunt ipſo facto excommunicati,
*extrauag. ad certitudinem de ſent. excom. inter commu-
nes*, ſubditi non tenẽtur obedire ſuperiori ſchiſ-
matico, nec ab eo recipere ordines vel aliquod
ſacramentum, imo poſſunt propria auctoritate
ab eo recedere, *gloſ.1. in c. cum non liceat & ibi Can.
de præſcript. Pan. in c. quia diligentia n.5. & ibi Can. de
6 elect.* Ipſe vero ſchiſmaticus, licet ſchiſma † abiu-
rauerit iuxta c. quoties 2. quæſt.7. & pœniten-
tiam egerit, irregularis remanet & inhabilis ad
beneficia de nouo obtinenda, *c.1.1. quæſt 7. c. quia
diligentia & ibi Dec. in 1. not. & Can. de elect. Dec. in c.
ſi clerici n.251. de iud. Garc. de benef. par.11. cap.10.* §.*1.
n.161. & ſeqq.*

7 Geſta ab epiſcopis ſchiſmaticis, † ſiue rece-
perunt vltimam manus impoſitionem in eccle-
ſia, ſiue extra eccleſiam, dum tamen forma ec-
cleſiæ in eorum ordinatione fuerit ſeruata, in
ſpiritualibus, quæ vltra gratiam, habent execu-
tionem, vt eſt ordo, ſiue ſcienter, ſiue ignoran-
ter quis ab eis ordinetur, ſeruata forma eccleſię,
efficacia ſunt, ac ſemper ordinem conferunt, &
character imprimitur à Deo, *c. conuenientibus* §.
*item vere vox Dei & ibi gloſ. in verb. ordinatio 1. quæſt.
7. & Can.* ſed irrita dicuntur, quia non conferũt
executionem, *gloſ. mag. in ſumma & ibi Præpoſ. &
Gemin. in c.1. 9. quæſt.1. gloſ. in c.1. in verb. irritas &
ibi Can. hoc tit. c. miramur* §. *his auctoritatibus 24.
quæſt.1.* etenim ſchiſmatici ſunt ſuſpenſi ab ordi-
nibus & beneficio, *c.1. in fine hoc tit.* & conferen-
do dare non poſſunt quod non habent, *c. ſtatui-
mus 1. quæſt.1. c. Doribertum 1. quæſt.7.* ideo ordina-
tus à ſchiſmatico repellendus eſt ab officio in-
cunctanter, niſi probet ſecum miſericorditer
fuiſſe diſpenſatum, & ab ea perſona quæ ſuper
hoc diſpenſandi habuerit poteſtatem, *c.2. hoc tit.*
vel niſi ordinatus probaret ſe neſciuiſſe illum
ſchiſmaticum qui ordinauit, *c. ordinationes in
princ. 9. quæſt.1. c. ſi quis à ſimoniacis 1. quæſt.1.* quia ſi
ignorantia eſt probabilis, & ſchiſma occultum
opinio præualet veritati, perinde eſt ac ſi non
eſſet ſuſpenſus, & confert ordinum executio-
nem, ſed poſtquam hoc fuerit patefactum, re-
quiritur diſpenſatio, *gloſ. fin. in c.1 de ordin. ab epiſc.
qui renunc. epiſc. Pan. in c.1. ſub n.4. verſ. ſi vero igno-
ranter hoc tit. & ibi Can.* In hoc ſolo eſt differentia,
quod ordinati ab epiſcopis † qui receperunt vl- 8
timam manus impoſitionem in eccleſia, ſiue
ſcienter ſiue ignoranter, cum ad eccleſiæ vnita-
tem redierint, ſi eorum religioſior vita & do-
ctrinæ prærogatiua viſa fuerit promereri, pœni-
tentia congrua indicta, in ipſis quos acceperunt
ordinibus, prohibito aſcenſu ad maiores, niſi v-
tilitas & neceſſitas maxima flagitauerit, miſeri-
corditer ſuſcipiuntur, *c. per illicita in fine c. ab ex-
communicatis & c. ordinationes* §. *qui vero 9. quæſt.1.*
exceptis quatuor caſibus, videlicet ſi ſunt ma-
culati iterata vnctione, *c. ſaluberrimum in fine 1.
quæſt.7.* ſi ſunt ordinati ſimoniaci à ſimoniaco,
d. c. ab excommunicatis in princ. 9. quæſt.1. ſi ſunt re-
baptizati, *c. eos de conſecrat. diſt.4.* vel ſi ab vnitate
Catholicæ eccleſiæ, in hæreticorum ſocietatem
tranſierunt, vt de manibus eorum eccleſiaſticæ
dignitatis ſacramenta percipiant, vel ſi contem-
ptis orthodoxis ab hæreticis ordinari deſidera-
uerunt, *d. c. conuenientibus* §. *Conſtantinus epiſcopus
Cypri &* §. *ex hac auctoritate 1. quæſt.7.* ordinati ab
epiſcopis qui extra † eccleſiam receperunt ma- 9
nus impoſitionem, ſi ſcienter nunquam tole-
rantur, ſi ignoranter, & hoc probauerint, miſe-
ricorditer ſuſcipiuntur, ſi vita & ſcientia eos
commendet; *c. ordinationes* §. *qui vero 9. quæſt.1. c.
quia diligentia & ibi gloſ. in verb. ſuſceperit & Can. de
elect.* quando vero ordinatio † facta fuit non ſer- 10
uata forma eccleſiæ, ordinato character non
imprimitur, *c. detrahe 1 quæſt.1. c.1. & ibi not. de ba-
ptiſ. gloſ. in c.1. in ver. irritas hoc tit. & ibi Pan. ſub n.4.
verſ. ſi vero ſint ſchiſmatici, large & ibi Anchar. la-
te n.5. & Can.* prædicta etiam obtinent, ſi à Schiſ-
maticis † eccleſia, cœmiterium, altare, chryſma, 11
indumentum, aut alia res inanimata conſe-

Digitized by Google

crentur, aut benedicantur, quia non carent effe-ctu, licet executio, & vſus eorum interdicendus ſit, donec fiat reconciliatio. *Pan. poſt Hoſtien. in c. à nobis n. 1 de Sacram. non reiter. & ibi Ioannes de Anan. & Can. Io. & Andr. in c. conſuluiſti nu. 1. & 2. de*
12 *conſecr. eccleſiæ vel altar.* Geſta à Schiſmaticis † in ſpiritualibus, in quibus tantum confertur gratia, & vltra eam non eſt aliqua executio facienda, vt in ſacramento corporis Chriſti, baptiſmo & ſimilibus ſiue ſcienter ſiue ignoranter fuerit recepta, ab iſtis, conferunt gratiam, nec eſt neceſſaria aliqua diſpenſatio, quia ſacramentorum puritas ab impuritate vel immunditia conſcientiæ ſiue dantis ſiue accipientis omnino eſt diſtincta; *c. Dominus declarauit 1 quaſt. 1 c. præter 32. diſt. gloſ. mag. in fine 9. quaſt. 1. in ſumma Pan. in c. 1. ſub n. 4. verſ. ſecundo caſu & ibi Anchar. n. 6. hoc tit. & Can. communiter*, verum qui ſcienter à ſchiſmaticis recipiunt huiuſmodi ſacramenta, peccant, niſi receperint in neceſſitate mortis, ne ſine baptiſmate vel communione humanis rebus excedant, cum talibus & ordinationum & ſacramentorum confectio, & aliter quam præmiſſum eſt ſuſceptio, vehementer à ſacris canonibus prohibeantur, *d. c. præter §. porro & §. ſeq. 32. diſt.* veſtes ſacerdotales benedictæ ab Epiſcopis
13 † catholicis cum quibus Schiſmatici celebrarunt non oportet propter hoc iterum benedici, ſicut nec altaria ab Epiſcopis catholicis conſecrata ſuper quæ celebrarunt reconſecrari, nec ſepultos catholicos ab eis exhumari, *c. à nobis de ſacram. non reiter.* Geſta per ſchiſmaticos circa
14 † temporalia, etiamſi gerantur prætextu publici officii, carent viribus, † *c. 1. §. alienationes & ibi Anchar. n. 1. & Can. hoc tit.* nam l. Barbarius ff. de off. præt. & c. conſultationibus de iurepatr. habent locum in eo qui dignitatem poſſidet bona fide, ſchiſmatici non poſſident bona fide, ſed ſunt intruſi, & ſibi non eſt reſpondendum de viribus dignitatis à ſubditis, qui per ſolutionem illis factam non liberantur, quia non eis, ſed dignitatibus ſunt obligati, *Innoc. in c. in literis n. 3 de reſtit. ſpoliat.* niſi quis fortè cum ſchiſmatico
15 † contraxiſſet, quo caſu tenetur eis ex contractu, *l. ſi vrbana ff. de cond. indeb.* & geſta in damnum eccleſiæ non tenent, geſta ad commodum eccleſiæ tenent, *gloſ. fin. in c. 1. hoc tit.* quando contractus fuerunt ſeparati, vel cum diuerſis perſonis geſti, ſi vero plures contractus fuerint initi cum eadem perſona & permixtim, tunc commodum cum incommodo compenſatur. *Pan. in c. 1. in fi. poſt Hoſt. & ibi Boich. & Can. hoc tit.*

Diſpenſat cum ſchiſmatico ſolus † Papa, non 16
eius Legatus in epiſcopatu, *c. quia diligentia de elect. & ibi Pan. & Can.* dignitate exempta, *c. cum venerabilis de conſuet. c. fin. de renunciat.* & in aliis beneficiis aut ordinibus, cum eo qui recipit à ſchiſmatico ordinem ſcienter vel ignoranter, ſi ignorantia fuit craſſa & ſupina, *c. ordinationes §. qui vero verſ. Amodo vero 9. quaſt. 1. gloſ. fin. in fin. in c. 2. hoc tit.* ſi vero ignorantia fuerit probabilis, diſpenſat epiſcopus, *gloſ. in c. presbyteros in verb. penes 50. diſt. Pan. in c. 2. n. 7. & ibi Anchar. in fine hoc tit. & Can.* nec obſtat huic diſtinctioni quod canones dicunt, epiſcoporum, qui prius inter Catholicos deputati ſunt, ſi poſtea excommunicationis ſententia notati fuerint, ordinationes miſericorditer tolerari, *c. per illicitam in fine c. ab excommunicatis c. ordinationes §. qui vero 9. quaſt. 1.* & epiſcopi ſemper diſpenſant vbicunque à iure permittitur diſpenſatio in genere licet ſpecifice non permittatur epiſcopis, *Pan. in c fin. ſub n. 10. in fin. de poſtul. Prælat. & in c. at ſi clerici § de adulteriis ſub n. 5. verſ. ſi vero expreſſe non indulget de iud. Prob. ad Monach. in c. 1. n. 14. de ætat. qualit. in 6.* quia Vrbanus ſecundus Papa proteſtatus fuit in d. c. ordinationes 9. quæſtion. 1. quod amodo quicunque à ſchiſmaticis ordinari ſe permiſerint, nullatenus iſta venia digni habeantur, & nullum præiudicium ſacris canonibus fieri vult, ſed quod obtineat proprium robur, ipſe vero epiſcopus ſchiſmaticus conuerſus ad vnitatem eccleſiæ & receptus in ordine ſuo cum ordinato à ſe in ſchiſmate non poteſt diſpenſare, ſicut nec Epiſcopus ſimoniacus cum ordinato à ſe data pecunia poteſt diſpenſare, *c. præſentium 1. quaſt. 5 gloſ. fin. in princ. c. 2. hoc tit. & ibi Pan. Anchar. & Can. communiter*, ſed bene eius ſucceſſor, *c. 2. de ordin. ab epiſc. qui renunc. epiſcop. & ibi Can. notant gloſ. in c. præſentium 1. quaſt. 5. in ver. fratrum & ibi Can.*

Titulus IX.

De apoſtatis & reiterantibus baptiſma.

SVMMARIA.

1 APOSTASIA *eſt temerarius receſſus, à ſtatu fidei, obedientia, vel religionis.*

2 *Triplex*

Digitized by Google

2 *Triplex eſt, perfidia, inobedientiæ, irregularitatis,*
3 *non incurruntur ex ſola tranſgreßione vel contemptu ſed requiritur totalis deſertio*
4 *Apoſtata perfidiæ punitur vt hæreticus.*
5 *Apoſtata inobedientiæ diuerſimode punitur iuxta diuerſas inobedientiæ circumſtantias.*
6 *Apoſtata à religione dicitur regularis ſiue monachus quantumcunque per omnia portet habitum ſuum ſi eum cooperit habitu clericorum ſecularium in ſuperiore veſte.*
7 *poteſt incarcerari vt habitum reaſſumat.*
8 *quando habitum dimittit animo deſerendi religionem efficitur infamis & ineligibilis.*
9 *quando non apparet de animo deſerendi religionem, non incurritur infamia vel inhabilitas, ſed ipſo facto excommunicatio.*
10 *Quod ſi religioſus intrat aliud monaſterium in caſu non conceſſo non dicitur apoſtatare.*

11 CLERICVS *ſecularis qui dimittit habitum & tonſuram ſi eſt conſtitutus in minoribus dicitur apoſtatare quando habet beneficium & compellitur ad habitum reaſſumendum.*
12 *Conſtitutus in ſacris dicitur apoſtatare.*
13 *Clerici ſeculares in apoſtaſia deprehenſi non perdunt priuilegia clericalia.*
14 *quæ regula limitatur duobus modis.*
15 REBAPTIZANTIS *& rebaptizati pœna ſecundum leges ciuiles & canones.*
16 *Acholitus præbens miniſterium rebaptizandi an poßit promoueri.*

POST titulos de hæreticis & ſchiſmaticis
ſubdit compilator de apoſtatis, & reiterantibus baptiſma, qui cenſentur apoſtatare dum
recedunt à priore baptiſmate. Apoſtaſia eſt te-
1 merarius † receſſus à ſtatu fidei, obedientiæ, vel
2 religionis, nam triplex eſt, † Perfidiæ quando
quis recedit à fide, *c. non poteſt 2. quaſt. 7.* inobedientiæ quando quis tranſgreditur ſpontanea voluntate præceptum, & ſacris Canonibus obedire contemnit, *c. ſi quis venerit c. illud de maior. & obed. c. generali & ibi gloſ. in verb. inhibemus de elect. in 6. & ibi Can.* irregularitatis cum quis recedit ab ordine ſuo ſiue ſumptæ religionis, *c. 1. hoc tit. & ibi gloſ. 1. & Can. c. fin. 50. diſtinct.* dicitur apoſtata, id eſt retro abiens, *c. non obſeruetis §. qui autem 26. quaſt. 7.* dictæque tres ſpecies non incurrun-
tur ex ſola † tranſgreſſione temeritate vel con- 3
temptu, ſed requiritur receſſus totalis & deſertio, *Achill deciſ. vnica n 8. & ſeqq. hoc tit. Io. de Anan. in c. 1. ſub n. 7. ibi dimißione habitus longeua continua hoc tit. Anchar. in c. 2. ſub num. 3. ne cleric. vel monach. in 6. & ibi Can.*
Apoſtata perfidiæ † punitur vt hæreticus, 4
quia verè eſt hæreticus ex quo receſſit à fide, *iuribus ſupra allegatis in tit. de hæret.* apoſtata inobe-
dientiæ † diuerſimodè punitur iuxta diuerſas 5
circumſtantias inobedientiæ, qui non vult obedire Papæ ſeu ipſius Canonibus, credendo ipſum non habere poteſtatem condendi canones, punitur vt hæreticus, *cap. nulli & ibi gloſ. 1. & Can. 19. diſt. c. generali & ibi gloſ. in verb. inhibemus & Can. de elect. in 6.* & eſt infamis, *c. infames in princ. 6. quaſt. 1.* ſi credit Romanam eccleſiam poteſtatem habere & contrafacit canoni decernenti, ſecus ſi exhortanti, non ſemel, ſed pluries, quia ſic ei placet, tunc præmiſſa monitione deponitur, *c. deniq. §. fin. 4. diſtinct. late Gemin. in c. generali n. 10. 11. & 12. de elect. in 6.* quando in illo canone, cui contrauenit, non imponitur alia pœna, nam ſi in canone alia pœna imponeretur, tunc illa eſſet imponenda, *c. cupientes §. ſi vero & ibi gloſ. in verb. priuentur de elect. in 6. & Can.* qui venerit contra decretum epiſcopi vel ſui ſuperioris excommunicatur, & ſi fuerit incorrigibilis, de fratrum conſortio expellitur, *c. ſi quis venerit c. cum in eccle-*
ſiis de maior. & obed. Apoſtata à religione † dicitur 6
regularis ſiue monachus, quantumcumque per omnia portet habitum ſuum, ſi eum cooperit habitu clericorum ſæcularium in ſuperiori veſte, *clem. 2. & ibi gloſ. in verb. extrinſeci de vit. & honeſt. cleric.* neque enim cuiquam regulari datur licentia occultè deſerendi habitum ſuæ religionis, *c. quicunq. in fine ſeſſ. 25. de reg. & monial.* & po-
teſt incarcerari † & affligi vt habitum reaſſu- 7
mat, *c. à nobis hoc tit.* quando habitum dimiſit a-
nimo † deſerendi religionem efficitur infamis, 8
c. alieni 2. quaſt. 7. & ineligibilis, etiamſi poſtea efficiatur bonæ famæ; *Archid. in cap. 2. ſub numero primo, ne cleric. vel monach. ſecul. neg. ſe immiſ. plures citant.* ex dimiſſione habitus regularis quan-
do non apparet † de animo deſerendi reli- 9
gionem, non incurritur crimen apoſtaſiæ, infamia, irregularitas vel inhabilitas, ſed tantum ipſo facto excommunicatio, *d. cap. 2. ne cleric. vel*

monach. in 6. late Achil. deciſ. vnic. hoc tit. & non
perdit priuilegium c. ſi quis ſuadente 17. quæſt.
4. aut alia priuilegia clericis & religionis indul-
ta, *gloſ. pen. in c. 2. ne cleric. vel monach. in 6. & ibi Can.*
ideo ſi poſtea habitum male dimiſſum reaſſu-
mat, & abſoluatur ab excommunicatione, po-
terit eligi in Abbatem, cum de tali irregularita-
te non probetur iure, *Gemin. in c. 2. §. doctores ſub
n. 3. verſ. quod ſi religioſus ne cler. vel monach. in 6.* niſi
ante reaſſumptionem habitus & abſolutionem
celebraſſet in Diuinis, quia tunc propter hoc
incurrit irregularitatem, *d. arg. c. is cui de ſent. ex-
comm. in 6. Franc. in c. 2 in fine princ. de ſent. excom. in
6.* quæ ex reditu, reaſſumptione habitus, & ab-
ſolutione Abbatis non tollitur, *Achill. d. deciſ. v-
nica n. 5. hoc tit. c. 2. ne cleric. vel monach. in 6. & ibi
Franc. n. 7. in fine & Can. l. non omnes §. qui deſertioni
ff. de re milit.* aut ſi aliquem ordinem ſacrum in
apoſtaſia recepiſſet, in ſic ſuſcepto quantumli-
bet ſuo fuerit reconciliatus Abbati, & receperit
pœnitentiam, abſque Romani Pontificis di-
ſpenſatione non poteſt miniſtrare, *c. fin. hoc tit.
c. legi 16. quaſt. 1.* aut ad maiores ordines promo-
ueri, quia videretur ordinatus per ſaltum, nam
ex quo eſt irregularis non debet ordinari, *Pan. in
c. fin. ſub n. 2 hoc tit. & ibi Can.* Quod ſi Religioſus
10 intrat aliud † monaſterium in caſu non conceſ-
ſo, non dicitur apoſtatare, etiamſi ſecundum
monaſterium ſit magis largum, quia non repe-
ritur venire contra ſubſtantialia regulæ, de qui-
bus in c. cum ad monaſterium in fine de ſtat.
monach. & Can. regul. & ſi ordinem ibi ſuſce-
piſſet, poteſt ſine diſpenſatione in ordine ſuſce-
pto miniſtrare, *c. ex parte de temp. ordin. & qualit. or-
din. & ibi Can. gloſ. in fin. in c. fin. hoc tit. & ibi Can.
Gemin. in c. 2. §. doctores in fine ne clerici vel monach. in*
11 6. Clericus ſæcularis † qui dimittit habitum &
tonſuram, ſi eſt conſtitutus in minoribus apo-
ſtatare dicitur, quando habet beneficium, &
poteſt compelli ad reaſſumendum habitum &
tonſuram, per excommunicationem, cenſuras
eccleſiaſticas, ſuſpenſionem & alia remedia, *c.
fin. & ibi gloſ. 65. diſt. Pan. poſt Innoc. in c. tua n. 3. hoc
tit. & ibi Can. c. Ioannes de cleric. coniug. dictum eſt ſu-
pra de vit. & honeſt. cleric.* quando non poſſidet be-
neficium non dicitur apoſtatare, nec poteſt
compelli ad reaſſumendum habitum, niſi cau-
ſatiue, vt moneatur ad reaſſumptionem habi-
tus & tonſuræ ſub comminatione quod ſi non
reaſſumpſerit, perdet omne priuilegium cleri-
cale; *c. in audientia de ſentent. excomm. Pan. in d. c. tua
ſub numer. 3. hoc tit. & ibi Can.* ſi exercet actum o-
mnino contrarium clericatui, ſine alia admo-
nitione perdit priuilegia clericalia, vt ſi cor-
ruptam ducat in vxorem, *cap. 1. de bigam. in 6. c.
ſi quis viduam diſtinct. 34.* vel effectus ſit miles &
exerceat ſæua, *Pan. in cap. 1. numer. 7. hoc tit. & ibi
Can.* ſecus ſi actus non ſit omnino contrarius
clericatui, *c. ſi diligenti de for. compet.* Conſtitu-
tus in ſacris † dicitur apoſtatare, & compelli- 12
tur ad reaſſumptionem habitus & tonſuræ per
excommunicationem, *cap. ſi quis ex clericis 23.
diſtinct. c. ſi quis ex clericis de vit. & honeſt. cleric. cap. 3.
hoc tit.* per incarcerationem, *c. à nobis hoc tit.* &
alia iuris remedia, *dictum eſt ſupra de vit. & ho-
neſt. cleric.* Clerici ſæculares in apoſtaſia † de- 13
prehenſi non perdunt beneficia clericalia, vn-
de percutiens clericum qui dimiſit habitum &
tonſuram eſt excommunicatus, *cap. in audientia
de ſentent. excommun. & ibi Panorm. numero primo,
2. & 3. Panorm. in c. contingit 2. numero 3. de ſentent.
excommun.* Limita primo † quia clerici quilibet 14
etiam in minoribus conſtituti, qui relicto ordi-
ne clericali & habitu ſuo in apoſtaſia tanquam
laici conuerſantur, ſi in criminibus compre-
henſi teneantur, etiam ſine præuia monitione
epiſcopi, perdunt priuilegium c. ſi quis ſuaden-
te 17. quæſtion. 4. vnde eos comprehendentes
& vincientes non incidunt in excommunica-
tionem, ſed non perdunt priuilegium fori, *c. 1.
hoc tit. & ibi Panorm. in vlt. lect. Socin. ſub numero 5.
Panorm. in d. c. in audientia in fine & in c. contingit el.
2. numero tertio & ſexto, de ſentent. excommun. c. ſi
Iudex laicus de ſentent. excommun. in 6.* Limita ſe-
cundo in clericis viuentibus vt laicis, ſi tertio
*Panorm. in c. contingit 2. numero ſexto, de ſentent.
excommunicat.* moniti ſe non correxerint, tunc
perdunt omnia priuilegia clericalia, quæ
pro clericorum tutela & laicorum violentia
coercenda dignoſcuntur inſtituta, *cap. in au-
dientia & ibi Panormitan. numero quarto, c. contingit
el. 2. de ſentent. excomm. clem. 1. de vit. & honeſt. cleric.*
relinquũtur ergo iſti Iudici ſæculari & per prius
nulla fit degradatio, nam iuris auctoritate poſt
trinam monitionem habentur pro degradatis,
Pan. in d. c. in audientia n. 5. de ſent. excomm. Scienter
†rebapti-

Digitized by Google

15 † rebaptizans & rebaptizatus ſecundum leges vltimo ſupplicio percelluntur, *l.* 1. & 2. *C. ne ſanct. baptiſ. reib.* ſecundum canones clericus deponitur, *c. rebaptizare & c. ſeq. c. eos quos de conſecrat. diſtinct.* 4. laicus excommunicatur, & non promouetur ad ordines, *c. qui in aliquo* 51. *diſtin. qui bis de conſecr. Pan. in c.* 2. *in princ. & n.* 2. *hoc tit. & ibi*
16 *Can.* Acolythus † præbens miniſterium rebaptizanti, ſi crimen occultum eſt, poteſt promoueri, ſi publicum eſt, non poteſt promoueri ad maiores ordines, niſi cum eo religionem intrante diſpenſetur, *c.* 2. *hoc tit.* In caſu dubij poteſt quis ſe facere rebaptizari ſecundum formam c. 2. de baptiſmo, *c. placuit cum duobus cc. ſeqq. de conſecrat. diſtinct.* 4.

Titulus decimus.

De his, qui filios occiderunt.

SVMMARIA.

1 PARRICIDA *iure canonico detruditur in monaſterium.*

2 *Si peruenit in pœnitentia ingrediendo monaſterium non eſt inde extrahendus, vt puniatur pœna ciuili.*

3 MATRIMONIVM *contractum ob filicidium non ſeparatur,*

4 PARENTVM *pœna in quorum lectis infantes reperiuntur mortui aut oppreſſi.*

SIMONIA, hæreſis, ſchiſma, apoſtaſia, de quibus dictum eſt principaliter in Deum committuntur, nunc ſubijcit delicta, quæ principaliter offendunt homines, & in conſequentiam Deum, *arg. c. ſicut* 2. 17. *quæſt.* 4. præmittit per ſex titulos ſubſequentes de homicidio, quia inter cætera crimina grauius reputatur; & inter homicidia parricidiũ, Iure ciuili parricida inſutus culeo cum cane & gallo gallinaceo, & vipera & ſimia, prout regionis qualitas tulerit, vel in vicinius mare, vel in amnem proijcitur, vt omni elementorum vſu cuius carere incipiat, & ſi cœlum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur, *l. vnica C. de iis qui par. vel lib. occid. l. pœna ff. ad leg. Pomp. de parricid.* alioquin beſtiis ſubijcitur, *d. l. pœna ff. ad l. Pomp. de parric.* vel decapitatur & caret ſepultura, eiuſq; carnes dantur canibus, *Bald. in l. vnic. C. de iis qui par. vel lib. occid. l.* 1. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* Iure canonico detruditur † in monaſteriũ, 1
in quo peccata ſua perpetua pœnitentia deploret, *c.* 1. *hoc tit.* & ſi peruenit † in pœnitentia in- 2
grediendo religionem, non eſt inde eximendus vt puniatur pœna ciuili, & tradetur Curiæ ſæculari, quia per ingreſſum religionis mutauit ſtatum, *Io. de Anan. n.* 8. & *Anchar. in c.* 1. *n.* 7. *hoc tit.* & illi ſecuris quaſi ad radicem infructuoſæ arboris ponitur, & mundo mortuus eſt, *c. alia cauſa eſt c. placuit* 2. 16. *quæſt.* 1. & temporalem pœnam perpetuam noſcitur religionis obſeruantiam commutare, *c. ſcriptura de vot. & vot. redempt. c. quis aliquando* §. *his authoritatibus de pœnit. diſt.* 1. *c. admonere* 33. *quæſt.* 2. tum quia reus criminis ad eccleſias confugiens, non eſt inde extrahendus, *c. inter alia de immun. eccleſ.* quod ſi ad emittendam profeſſionem induci noluerit, & de incontinẽtia eius, qui filium occidit, dubitetur, datur vel non denegatur ei licentia contrahendi matrimonium, quia tutius eſt, vt in Domino matrimonialiter ſocietur, quã inhoneſte viuat, poſtquam monachi ſibi obtinuerint membra & vitam iuxta tradita in tit. de immunit. eccleſ. cœmir. vel rer. ad eas pertin. &c. contractum quoque matrimonium ob filicidium † non ſepara- 3
tur, coniugibus manentibus in ſæculo, ſed pro commiſſo ſcelere pœnitẽtia imponitur, *c. intelleximus hoc tit.*

Quando in lectis † parentum infantes reperiuntur mortui aut oppreſſi, ſi ſponte oppreſſerunt, tunc grauiſſima pœnitentia debet eis imponi aliquantulum maior, quam pro alio homicidio, quia magis peccare videntur occidendo filium proprium, *arg. c. cum iuramento de homicid. c. acc. furta de pœnit. diſt.* 1. ſi culpa graui præcedente, quia in medio ſui poſuerunt, pœnitentia ſeptem vel quinque annorum eſt imponenda, *c. ſi qua fœmina & c. ſeq.* 50. *diſt. c. quæſitum de pœnit. & remiſſ. c. conſuluiſti* 2. *quæſt.* 4. ſi leuis culpa præceſſit, vt quia in eodem loco, ſed longe poſuerunt puerum, poteſt imponi pœnitentia trium annorum, quorum vnum peragant in pane & aqua, *d. c. conſuluiſti & ibi gloſ. in ver. per abortum c. fi. hoc tit.* ſi ex incuria ipſorum mortui inueniuntur in cunis, eis pœnitentia pro arbitrio pœnitentiarij imponitur, *c. quæſitum in fin. de pœnit. & remiſſ.* ſi nulla præceſſit culpa vel negligentia, de iure non ſunt puniendi, *c. ex literis* 1. *de homicid.* ſed ad cautelam debet imponi pœnitentia pro-

Digitized by Google

pter ambiguum duplicitatis, circumſtantiis omnibus conſideratis, *c. conſideres de pœnit. diſt. 5. c. Deus qui de pœnit. & remiſſ. c. fin. & ibi gloſ. in verb. ſine pœna & Can. hoc tit.* quia in pœnis fit durior interpretatio in foro poli, vbi tantum de ſalute animæ agitur, quod illa ſit tutior, *gloſſ. fin. in c. vnico de ſcrutin. in ord. fac. & ibi Can. Innoc. in c. cum tu de teſtib. &c. c. ad audientiam & ibi Pan. 3. c. ſignificaſti 2. §. quod ſi diſcerni de homicid.*

Titulus XI.

De infantibus & languidis expoſitis.

SVMMARIA.

1 EXPOSITORVM *defenſio eſt mixti fori.*

2 *Infans vel languidus cuiuſcunque ætatis ſi exponatur, vel alicui eorum alimenta negentur à patre, patrono, domino, filiusfamilias liberatur à patria poteſtate, libertas excipitur in ingenuitatem, & ſeruus in libertatem.*

3 *Qui expoſitos recolligunt, nihil iuris in eorum perſonis acquirunt, & ſumptus alimentorum non competunt.*

4 *A qua regula excipitur vnus caſus.*

5 *Si infans aut languidus expoſiti fuerunt patre, patrono aut domino inuitis vel ignorantibus, tunc poſſunt illos repetere reſtitutis expenſis.*

6 *Quid ſi partus aſſcriptus, aut aſſcriptitius exponatur.*

7 *Monachus expulſus & redire volens, non admiſſus, aut fugitiuus vel eiectus, quem abbas requirere neglexit, ſi in ſæculo manens aliquid acquirat & moriatur, monaſterium ab ipſorum bonis manet ſegregatum, & ſuccedit in eis Epiſcopus.*

NECARE videtur non tantum is, qui partum præfocat, ſed & is qui abijcit, & qui alimoniam denegant, & is qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet, *l. necare ff. de lib. agn. l. 2. C. hoc tit. l. nec filium & ibi gloſſ. & DD. C. de patr. poteſt.* defenſio-
1 que expoſitorum eſt mixti † fori pertinens ad Iudices eccleſiaſticos & ſæculares, *l. 3. in fine C. hoc tit. & ibi Bald. in fine notat. & DD. communiter,*
2 quando infans vel languidus † cuiuſcunque ætatis exponuntur, vel alicui eorum alimenta negantur à patre, patrono, vel domino, vel illis tatum habentibus ab alio, filiusfamilias liberatur à patria poteſtate, libertus eripitur in ingenuitatem, & ſeruus in libertatem, quia pereuntes contempſerunt: illi qui expoſitos † re- 3
colligunt, nihil iuris in eorum perſonis acquirunt, *c. vnico hoc tit. l. 2. & 3. C. eod. tit. c. fin. & ibi gloſſ. 1. & Can. 87. diſtinct.* & ſumptus alimentorum præſtitorum non repetunt, quia præſtiterunt cauſa pietatis, *l. cum is §. penult. ff. de cond. indeb. Pan. in c. vnico n. 3. hoc tit. & ibi Can.* ac vnico
caſu † pater qui filiam expoſuit, tenetur ad ali- 4
menta pro diſpendio burſali & non pro labore perſonæ, quando impedit vel renititur nuptiis iam factæ adultæ cum nutritore eiuſque filio contrahendis, quas dicitur eo ipſo impedire, quod non dat dotem, cum nutritoris filius non vult eam ſine dote, *l. patrem & ibi Bald. C. de nupt.* Si in capitali cauſa ſeruum ſuum reum crimine factum quis non defendat, non videtur eum pro derelicto habere, & ideo ſi abſolutus ſit, non fit liber, ſed manet domini, *l. ſciendum ff. de public. iud.* Quando expoſiti fuerint patre, pa-
trono, aut domino inuitis † vel ignorantibus 5
nullum fit eis præiudicium, quominus illos poſſunt repetere, propoſita conteſtationis epiſtola intra decem dies, *c. fin. 87. diſtinct.* & perpetuo nulla facta proclamatione reſtitutis expenſis, ſi quæ in alendis eis, vel forte ad diſcendum opificium iuſte conſumptæ fuerint, niſi à fure vendicauerint. *l. 1. C. hoc tit. gloſſ. in c. vnico in verb. liberatus hoc tit. & ibi Can.* Idem obtinet in partu
aſcriptitiæ † ſiue aſcriptitio expoſito, *l. 1. C. hoc* 6
tit. ac in monacho quem Abbas & Capitulum
communiter † expulerunt, vel redire volentem 7
ſalua ordinis diſciplina non admiſerunt, ac forſan in fugitiuo vel eiecto, quem Abbas ſollicite annuatim requirere & recolligere neglexit, iuxta c. fin. de reg & tranſ. ad relig. & ſi ille in ſæculo manens aliqua acquirat & moriatur: quia monaſterium ab ipſius bonis remanet ſegregatum ob denegata alimenta, & in eis ſuccedit Epiſcopus. *Innoc. in c. cum olim el. 2. n. 3. de priuileg &c. gloſ. pen. in c. vnico hoc tit. & ibi Pan. & Latè add. ad Pan. & Can. communiter.*

Titulus

Titulus XII.
De homicidio voluntario vel caſuali.

SVMMARIA.

1 Homicidivm voluntarium eſt, quod animo & intentione occidendi hominem perpetratur per inſidias, vel per induſtriam.

2 Committitur lingua vel authoritate aut conſenſu, vel corporali præſentia præſtitu, nec non conſilio aut mandato.

3 Item præcepto, actu & defenſione, & ratihabitione homicidij nomine meo facti.

4 In quocunque iſtorum caſuum, quis committit homicidium in figura iudicij ſiue extra iudicium, & interuenit actus proximus, & propter ipſum homo fuit mutilatus aut occiſus, incurrit irregularitatem.

5 Quando vero homicidium præceſſit culpa leuiſſima, & actus fuit valde remotus, non contrahitur irregularitas.

6 Ex homicidio & membri detruncatione tantum incurritur irregularitas, & non ex quacunque alia pœna ſanguinis, membrum quodnam appellatur.

7 Irregularitatis effectus eſt inhabilitas ad officium & beneficium eccleſiaſticum.

8 Clericus homicida repellitur à lectionibus legendis, & reſponſoriis in choro ſeparatim cantandis.

9 Intruditur in diſtrictum clauſtrum monachorum vel canonicorum regularium.

10 Collatio ipſi facta, eſt ipſo iure nulla.

11 Non priuatur obtentis, niſi duobus caſibus.

12 Furioſus infans dormiens aliquem mutilans vel occidens, non incurrit irregularitatem.

13 Clericus habens iuriſdictionem in loco criminalem, ſiue ratione beneficij, ſiue patrimonij pro maleficio in diſtrictu ſuo commiſſo poteſt balliuo ſuo, aut alij cuicunque delegare abſque incurſu irregularitatis, vt veritate inquiſita iuſtitia debitum exequatur.

14 Clerici & ſacerdotes in iuſto bello poſſunt hortari alios ad pugnam contra hoſtes abſque metu incurſus irregularitatis.

15 Papa poteſt dare licentiam clericis pugnandi in bello iuſto.

16 Aduocati & procuratores in cauſis capitalibus pro reo ad defenſionem citra incurſum alicuius irregularitatis poſſunt interuenire.

17 Clerici de laicis ſiue malefactoribus coram iudice ſæculari poſſunt querelas deponere petendo emendam ſibi fieri de criminibus, ex quibus debetur ſupplicium mortis, aut membri detruncationis. ſine metu incurſus irregularitatis proteſtando expreſſe, quod ad pœnam ſanguinis non intendant.

18 De malefactoribus ſibi coniunctorum etiam eorum, qui veniunt numero ſuorum clerici querelam exponentes, etiam proteſtatione præmiſſa incurrunt irregularitatem.

19 Assassinatvs crimen ex mixti fori.

20 Committitur quando quiſpiam pecunia data vel promiſſa, vel vt placeat, vel obediat, corruptus ſiue conductus interficit aliquem.

21 Aſſaſſinatus pœna.

22 Homicidæ voluntario laico datur abſolutio in foro poli, vel etiam in polo exteriori extra terras eccleſiæ, quando iure ciuili licitum eſt homicidiũ, non iure canonico.

23 Diſpenſatio vero & rehabilitatio denegatur.

24 Exceptis prætoribus, iudicibus, aſſeſſoribus, notariis, & procuratoribus in cauſis criminalibus, quibus datur rehabilitatio ad ordines & beneficia.

25 Ac armigeris concurrente nobilitate, ac aliqua magna cauſa.

26 Cancellario, Secretario, alijſque familiaribus dominorum, qui bellis interfuerunt cum clauſula attento, quod orator non interfecit aut mutilauit, &c.

27 Clericvs homicida voluntarius abſoluitur in foro poli, ac ab altari auellitur, nec cum eo diſpenſatur, niſi cum certis perſonis, aut certis clauſulis hic annotatis.

28 Homicidivm caſuale eſt, quod præter voluntatem euenit, & ex caſu fortuito quod in nullo imputatur occidenti, ſi dabat operam rei licitæ, & adhibuit diligentiam, quam debuit.

29 Si non adhibuit diligentiam, quam debuit, incurrit irregularitatem.

30 Si dabat operam rei illicitæ, indiſtincte incurrit irregularitatem.

Quis diſpenſet ſuper homicidio caſuali.

31 Homicidivm neceſſarium eſt, quod committitur neceſſitate defenſionis vitæ propriæ incontinenti cum moderamine inculpatæ tutelæ, & ſi neceſſitas erat ineuitabilis, nullam incurrit irregularitatem mutilans vel occidens ſuum inuaſorem.

32 *Si neceſsitas erat euitabilis, ad ſuperiores ordines non promouetur, in ſuſceptis misericorditer tolleratur.*

34 PATER, *aut filius, aut hæres, an poſsint agere ad damna, & intereſſe hominis liberi occiſi.*

SEQVITVR rubrica de homicidio in genere
quod duplex eſt, voluntarium, *c.1. hoc tit.* &
caſuale, *c. lator hoc tit.* neceſſarium rubrica omit-
tit, quia commiſſum pro neceſſitate defenſionis
vitæ propriæ, pœnam non meretur, *l.4. ff. ad leg.*
Aquiliam l.2. & 3. C. ad leg. Cornel. de ſicar. & c. c.2. §.
fin. hoc tit. de quibus ordinate videndum eſt. Vo-
1 luntarium eſt †, quod animo & intẽtione occi-
dendi hominem perpetratur cũ effectu per in-
duſtriam, vel per inſidias, *c.1. hoc tit. c. cum etiam*
*ſeſ.*14. in dubio præſumitur doloſe factum, *l.1. C.*
ad leg. Cornel. de ſicar. & ibi gl. in verb. non occidendi &
DD. c.1. & ibi gloſ. in verb. ludens & Can. de præſumpt.
Gail. obſ. 118. *in princ. & n.8. lib.2.* committitur
2 lingua, † *c. ſicut §. qui vero hoc tit.* vel auctoritate,
aut conſenſu, vel præſentia corporali præſtitis,
c. ſicut 1. *§.1. & 2. hoc tit. c. ex literis de exceſſ. Prælat.*
*Franc. Marc. quæſt.*503. *n.8. & 9. par.1.* nec non
conſilio, *Pan. in c.1. n.3. de furt. c. ſicut §. fin. hoc tit.*
aut mandato, (licet mandans verberari in caſu
illicito, aut conſulens expreſſe inhibeat, ne oc-
cidatur nullatenus, aut membro aliquo muti-
letur, ſi mandatarius fines mandati excedens
mutilet vel occidat, aut ipſe mandatarius ſiue
aggreſſor mutiletur aut occidatur, *c. fin. hoc tit.*
in 6. & ibi Io. And. & Can. communiter.) præce-
3 pto, † actu, & defenſione, *c. ſi quis viduam* 50. *di-*
ſtinct. c. fin. de cleric. pug. in duell. & tali habitio-
ne homicidij nomine meo facti & non alias,
quia ſola voluntate non incurritur irregularitas,
gloſſ. fin. & Archid. in c. omnes n.3. & 4. 17. quæſt.
4. & in c. ſi quis viduam 50. *diſtinct. ſub dubio ſorte*
contra gloſſ. ibidem in verb. conſilio in fine arg. c. ſi
quis viduam de ſent. excomm. in 6. In quocunque
4 iſtorum † caſuum quis committit homicidium,
ſiue ex merito & in figura iudicij criminalis, *gloſ.*
pen. in clem. vnica hoc tit. Socin. in c. ad audientiam n.
139. *& ſeqq. hoc tit. c. aliquantos & ibi gloſſ. mag. in*
verb. ad ſacerdotium 51. *diſt. in iudice, aſſeſſore, nota-*
rio, teſte & alijs. ſiue extra iudicium dolo lato cul-
pa vel leui, *c. quæſitum & ibi Pan. n.2. & 3. de pæ-*
nit. & remiſſ. c. de cætero c. ſicut el. 2. hoc tit. aut
5 etiam culpa leuiſſima, † quãdo interuenit actus
proximus, & propter ipſum homo fuit mutila-
tus aut occiſus, incurrit irregularitatem, vt cu-
ſtodiens ſarcinas & veſtes ſicarij ſciens eum eſſe
ſicarium, *c. ſicut.1. §. hi quoque hoc tit.* qui in ludo
non adhibuit diligentiam quam debuit, *c. conti-*
nebatur & ibi gloſſ. fin. hoc tit. l. nam luſus ff. ad leg. A-
quil. qui calcaribus ſtimulauit equum bucca du-
rum, cum equi vitium prius ſciuiſſet, *c. ſignificaſti*
el.1. & ibi gloſſ. in verb. ſcilicet hoc tit. aut ſi quaſi lu-
dens grauidam mulierem arripuit, & ipſa abor-
tiuit, *c. ſicut 2 hoc tit.* quia abortiuum præſumitur
fuiſſe cum anima, *Pan. in d. c. ſicut 2. n.7.* clericus
vel laicus qui clamauit, cum viderit furem, vnde
alij venerunt, & furem occiderunt, *Pan. ſub dubio*
ſorte in c. ſignificaſti 1. el. 2. n.12. hoc tit. & ibi pulchrè
Io. de Anan. ſub n.6. & 7. vulnerans aliquem de
cuius vulnere an ſit lethale, vel ſciri non po-
teſt, ſi percuſſus ab alio, vel aliis occidatur, *d. c.*
ſignificaſti el. 2. hoc tit. & ibi Can. plures vnum
vulnerantes quando non apparet, ex quo vul-
nere ille mortuus fuerit, omnes cenſentur ho-
micidæ, *l. item mela §. ſed ſi plures ff. ad leg. Aquil. &*
ibi gloſſ. & DD. c. fin. 23. quæſt. 8. Io. de Anan. in d. c.
ſignificaſti n.2. & ibi Can. Gail. obſ 109. *n.10. libr.2.*
Prælati qui clericos mancipant, in duriſſimo
carcere diminuentes adeo cibum & potum, vt
in breui tempore cogantur exſpirare, licet enim
Prælatis moderate diminuere cibum & potum,
ſicut agentes pœnitentiam faciunt, non tamen
adeo quod poſſit ſequi pœna mortis, *c. ad audien-*
tiam & ibi Pan. n.4. de crimine falſi per illum textum.
quãdo vero homicidium præceſſit culpa leuiſ-
ſima, & actus † fuit valde remotus, non contra- 6
hitur irregularitas, vt ſi quis requiſitus tranſmi-
ſit Iudici ſæculari interſignia furis, *c. tua non §.*
fin. hoc tit. vel ſi quis fecit feneſtram in domo, &
aliquis ſponte ſe præcipitauit de ea, *c. de occiden-*
dis 23. quæſt. 5. c. de cætero & ibi Pan. n.3. hoc tit. Ex
homicidio & membri mutilatione ſiue detrun-
catione tantum incurritur irregularitas, quæ-
cunq; alia pœna ſanguinis imponatur, ſiue mẽ-
brum debilitetur, aut nerui incidantur, ſeu ſan-
guis effundatur, non incurritur irregularitas, *c.*
fin. & ibi Franc. n.2. & 3. hoc tit. in 6. clem. 1. hoc tit.
Pan. in c.1. n.9. qui clerici vel vouent. Membrum ap-
pellatur, quod in corpore noſtro habet officiũ
principaliter per ſe diſtinctum & ſeparatum, *c.*
ſingula 89. diſtinct. Bart. in l.2. ff. de republ. Iud. Pan. in
c.1. n.10. qui clerici vel vouent. & c. c.1. de cleri. pugn. in
duello,

Digitized by Google

duello, vt oculus, *c. ſi euangelica* 55. *diſtinct.* manus,
*c. expoſuiſti de corp. vit. ord. Authen. ſed nouo iure C.
de ſeru. fugit.* pes, aures, naſus, mammillæ mu-
lierum, ſed non mammillæ hominis, *Bald. in l.
data opera num.* 50. *C. de ijs qui accuſ. non poſſ.* geni-
talia hominis, *c. ſignificauit c. ex parte de corp. vitiat.*
barba eſt inſtrumentum formale non inſtru-
mentale, *Bald. in l. reos num.* 5. *& 6. C. de accuſ. &
inſcript.* digitus non eſt membrum, ſed officium
membri, *l. non ſunt liberi ff. de ſtat. homin. & ibi gl.
& DD. l. item Officius ff. de edil. edic.* item dens, *l. cui
dens ff. de edil. edict.* ideo abſcindens alicui digi-
tum vel excutiens dentem non eſt irregularis,
Pan. in cap. 1. *num.* 10. *qui cleric. vel vou.* vel ſi ho-
mini aut mulieri aliquid fecerit vel ad potan-
dum dederit, vt non poſſit generare aut conci-
pere aut naſci ſoboles, *c. ſi aliquis & ibi gloſſ.* 1. *&*
7 *Can. hoc tit.* Effectus irregularitatis † eſt, quod
laicus non poteſt ordinari, aut clericus in ſuſce-
ptis ordinibus miniſtrare, *c. miror* 50 *diſtinct. c. ſi-
cut el.* 2. *hoc tit. c. fin. de temp. ord. c. inquiſitionis de
accuſ. c. cum non ab homine de iud.* etiamſi paga-
num vel Saracenum mutilet aut interficiat, *cap.
pen. hoc tit.* ſiue inhabilitat ad officium & bene-
ficium eccleſiaſticum, *cap. ſicut la grande hoc tit.
Franc. Marc. quaſt.* 573. *par.* 2. *Garc. de benef par.* 7.
cap. 11. *num.* 6. *& ſeqq.* Quin imò clericus ob
homicidium voluntarium non ſolum ab altaris
miniſterio deponitur, ſed etiam in eccleſijs nul-
8 lo vnquam tempore lectiones † legit, vel re-
ſponſoria in choro ſeparatim cantat, ſed in
Pſalmis apud Deum de commiſſo ſatagit veni-
9 am impetrare. Inſuper in deſtricto clauſtro †
monachorum vel canonicorum regularium eſt
recludendus, ita quod ad ſeptennium vel quin-
quennium debeat ab eccleſiarum introitu
coerceri, *cap. ſicut* 1. §. *fin. hoc tit. c. clerici* 23.
10 *quaſt.* 8. collatio quoque beneficij facta † ho-
micidæ eſt ipſo iure nulla, quando homicidi-
um præceſſit collationem, *Felin. in c. inquiſitio-
nis numer.* 2. *& num.* 7. *de accuſat. Achill. deciſ.* 2. *n.* 3.
11 *de fim.* non priuatur † beneficio antea obten-
to etiam condemnatus de homicidio, niſi in
ſententia ſit poſita priuatio beneficiorum: *Put.
deciſ.* 227. *lib.* 2. *Franc. Marc. quaſt.* 397. *& ſeq. &
quaſt.* 573. *num.* 4. *&* 5. *par.* 2. *c. clerici in ne clerici vel
monach. Garc. de benef. par.* 11. *cap.* 3. §. 1. *num.* 48. *&
pluribus ſeqq. & part.* 11. *cap.* 10. *à num.* 40. *vſque ad
finem vbi ampliat & limitat* 4. *mod. Collect. in c. in-
quiſitionis num.* 2. *de accuſ. cap. Tholoſ. quaſt.* 208.
Excipe ab hac regula quando alij beneficiati a-
licuius eccleſiæ rectorem vel alium clericum
ipſius eccleſiæ occidere vel mutilare per ſe vel
alios præſumpſerint, quo caſu beneficiari be-
neficia prorſus amittant, *c. in quibuſdam de pœnis
& ibi Ioan. Andr. & Butr. num.* 12. *Anchar. num.* 5.
nam dictio, prorſus eſt latæ ſententiæ, *Felin. in
c. Rodulphus ſub numer.* 31. *verſ. eo ipſo de reſcript.*
Quando Prælatus non vult delinquentes in-
crepare eos proculdubio occidit, *c. Epheſijs* 43.
diſtinct. c. error 83. *diſtin. c. præterea* 23. *quaſt.* 8. ſed
ex hac morte illata quoad animas ſubditorum
non efficitur irregularis irregularitate indi-
ſpenſabili ab alio quàm à Papa, quam incurre-
ret ex interfectione quæ fieret corpori alicuius:
Prapoſ. in d. c. Epheſijs 43. *diſtinct.* Furioſus, † in- 12
fans, aut dormiens aliquem mutilans vel occi-
dens non incurrunt irregularitatem, *clem.* 1. *in
princ. hoc tit. facit Gail. obſeru.* 110. *num.* 28. *& ſeqq.
lib.* 2. Clericus qui habet iuriſdictionem † in lo- 13
co criminalem ſiue ratione beneficij ſiue pa-
trimonij, pro homicidio aut alio maleficio in
diſtinctu ſuo commiſſo poteſt balliuo ſuo aut
alij cuicunque delegare abſque incurſu irregu-
laritatis, vt ſuper hoc veritatem inquirens iuſti-
tiæ debitum exequatur, quamuis ipſe balliuus
vel alius contra malefactores ad pœnam capi-
tis vel detruncationis proceſſerit iuſtitia medi-
ante, *c. fin. ne cleric. vel monach. in* 6. *& ibi Franc. in*
1. *not. & Can. communiter*, aut etiam contra iuſti-
tiam, quia clericus non eſt in culpa quod iuſti-
tiarius delinquat. *gloſſ. antepen. in d. c. fin. & ibi Can.*
Idem iuris eſt in laico habente merum imperi-
um & committente balliuo vt iuſtitiam exe-
quatur, vt poſſit ordinari ad ordines abſque vl-
la præuia diſpenſatione, quia nullam incurrit
irregularitatem, *Gemin. poſt Ioan. Andr. in d. c. fin.
num.* 5. *ne cleric. vel monach. in* 6. eadem ratione
clerici qui conſilium dant in legibus conden-
dis, licet ex hoc ſequeretur per accidens mors
aut membri mutilatio, non fiunt irregulares.
Bald. in authen. habita numer. 2. *C. ne filij pro patre.*
Clerici etiam ſacerdotes in iuſto † bello poſ- 14
ſunt hortari alios ad pugnam contra hoſtes abſ-
que metu incurſus irregularitatis, in propria
perſona pugnare non poſſunt, *c. quicunque &
cc. ſeqq.* 23. *quaſt. fin. cap. pen. & ibi not. hoc tit.
cap. fin. de cleric. percuſſ.* & ſi lapides proiece-

Digitized by Google

rint, aut alias prægnauerint, licet aliquem non percuſſerint, ſuſpenduntur ad certum tempus à celebratione miſſarum, *c. præſentiam de cleric. percuſſ. & ibi Pan. & Can.* Poteſt Papa
15 † dare licentiam clerico pugnandi in bello iuſto ſine metu irregularitatis, imo poſſunt clerici ex iuſta cauſa mouere bellum. *Zab. in cap. 2. in 1. quaſt. de vita & hon. cleric. per c. dilecto. de ſent. excom. in 6.* ac Epiſcopi & Abbates Imperij Principes ſine metu irregularitatis agunt ad pœnas banni ſuper fracta pace, *Mynſing. d.*
16 *obſeru. 51. in fine cent. 2.* Aduocati † & Procuratores in cauſis capitalibus pro reo ad defenſionem citra incurſum alicuius irregularitatis poſſunt interuenire, ſed contra reos interuenientes incurrunt irregularitatem, *c. aliquantos & ibi gloſſ. in verb. ad ſacerdotium 51. diſtinct. & ibi Can. licet Socin. in c. ad audientiam num. 142. hoc tit. indiſtinctè teneat eos incurrere irregularitatem,*
17 Clerici de laicis ſuis † malefactoribus coram Iudice ſæculari poſſunt querelam deponere petendo emendam ſibi fieri, & prouideri, ne contra eos talia de cætero præſumantur, de criminibus ex quibus debetur ſupplicium mortis aut membri detruncationis, ſine metu incurſus irregularitatis proteſtando expreſſè quod ad pœnam ſanguinis ſiue vindictam non intendant, *cap. poſtulaſti hoc tit. c. prælatis hoc tit. in 6. Mynſing. obſeru. 51. cent. 2.* alioquin daretur pleriſque materia trucidandi clericos, & ipſorum bona libere deprædandi; *d. c. prælatis in fin. c. vnum ſolum circa finem 23. quaſt. 5.* ſi ſimpliciter querelam proponerent, omiſſa hac proteſtatione imputaretur ſibi mors & mutilatio membri per Iudicem illata, quando tale erat delictum quod huiuſmodi pœna debebat puniri, ſecus ſi imperitia vel ſæuitia Iudicis ſit proceſſum ad talem pœnam, *l. ſi per imprudentiam ff. de euict. l. qui cum natu maior §. is demum videtur ff. de bon. lib. Franc. in d. c. prælatis ſub numer. 6. hoc tit. in 6. & ibi Can. communiter,* iniuria enim quæ fit reo non debet clerico contingere, eadem ratione clericus non incurrit irregularitatem quando petita executione ſententiæ in ciuili latæ pro clerico contra laicum, hic familiæ Iudicis ſiue executoribus reſiſtens occiditur vel mutilatur, hoc enim eius duritiei vel malitiæ imputatur, *c. poſtulaſti hoc tit. Anchar. in d. c. prælatis in 2. not. hoc tit. in 6.* De malefactoribus ſibi † coniunctorum etiam eorum qui veniunt appellatione ſuorum, de quibus in c. iudicatum §. fin. 89. diſtinct. & in capit. fin. 12. quæſt. 5. vel aliorum, clerici ſimilem querelam exponentes, etiam proteſtatione præmiſſa, incurrunt irregularitatem, quia text. in d. c. Prælati loquitur de ſuis malefactoribus, *gloſſ. in clem. 1. in verb. ſuum hoc tit. & ibi Can.* niſi tales eſſent ſerui vel ancillæ, *d. c. prælatis ibi & ipſorum bona gloſſ. penult. in c. auctoritate de priuil. & ibi Can. Franc. in d. c. prælatis in princip. hoc tit. in 6.* quia ſunt in dominio noſtro, *§. ſeruitus Inſtit. de iure perſ. & ibi gloſſ. & DD.* Is quoque qui verberat, aut mandat aliquem verberari in caſu licito, non incurrit irregularitatem, ſi ſequatur mors aut membri mutilatio præter propoſitum ipſius, quando ceſſat omnis eius culpa, *Franc. in c. fin. numer. 4. & ibi Ioan. Andr. in fi. hoc tit. in 6. & Can. communiter c. & qui emendat. & ibi gloſſ. & Can. & cc. ſeqq. 45. diſtinct.* ſi vero non adhibuit omnem diligentiam, incurrit irregularitatem, & tam ab omni altaris miniſterio perpetuo remouetur, quàm ab officio ſacerdotali deponitur, *c. presbyterum hoc tit.*

Aſſaſſinatui † crimen grauius eſt homicidio, & horrenda inhumanitate, deteſtandaque ſæuitia enorme, *cap. 1. §. cum igitur hoc tit. in 6.* 19
eiuſque cognitio pertinet etiam ad Iudicem eccleſiaſticum, quia huiuſmodi delictum concernit ſtatum totius Chriſtianitatis. *Pan. in cap. cum ſit generale ſub numer. 26. de for. compoſ.*
Committitur quando quis pecunia † data, 20
vel promiſſa, vel ſine pecunia vt placeat vel obediat, conductus ſiue corruptus interficit aliquem, *Bart. in l. non ſolum §. ſi mandato meo, numer. 13. & 14. ff. de iniur. l. Cicero ff. de pœnit. arg. l. venales C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. pulchrè Remig. de Gonnij in tract. de immun. eccleſ. fallen. 15.* Quæcunque eccleſiaſtica ſæcularisue perſona quempiam Chriſtianorum per aſſaſſinos interfici fecerit vel etiam mandauerit (quanquam ex hoc mors forſitan non ſequatur, mandatumue re integra reuocauerit,) aut eos receptauerit vel defenderit, ſeu occultauerit excommunicationis † & depoſitionis 21
à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio

ficio incurrit ſententias ipſo facto, & illa li-
bere alijs per illos ad quos eorum collatio
pertinet conferuntur, capit. 1. §. ſacri hoc tit. in 6.
& ibi gloſſ. in ver. mandauerit. Præterea cum
ſuis bonis mundanis omnibus à toto Chri-
ſtiano populo perpetuo eſt diffidatus, id
eſt. poſitus in banno Imperiali, Authen. item qua-
cunque C. de epiſ. & cleric. Anchar. ind. c. num. in c. 12.
& 13. not. hoc. tit. in 6. & ibi Gemin. numer. 11. &
12. & impune offendi poteſt tam clericus
quam laicus etiam proditorie; d. cap. 1. §. ſacri
verſ. tit. etiam & ibi gloſſ. marg. & Franc. numer. 5.
& poſtquam probabiliter conſtiterit, argu-
mentis probatis per teſtes receptos parte cita-
ta, Creſcent. deciſ. 2. de teſtib. contra gloſſ. in d. cap. 1.
in verb. libere hoc tit. in 6. Felin. in cap. inter qua-
tuor de maior. & inobed. in fine remiſſiue gloſſ. Bart.
& alij in l. fin. C. famil. erciſc. aliquem ſcelus
tam execrabile commiſiſſe, nullatenus alia
excommunicationis, vel depoſitionis, ſeu diſ-
fidationis aduerſus eum ſententia requiritur,
d. cap. 1. in fin. hoc titulo in 6. ſed ſat eſt quod Iu-
dex competens ferat ſententiam declaratori-
am, eum illius criminis eſſe culpabilem, Franc.
in d. cap. 1. numer. 6. hoc titul. Anchar. in 14. not.
& Can. communiter, licet de conſuetudine quan-
do clericus aſſaſſinus eſt in fortijs Iudicis ſæcu-
laris non feratur aliqua declaratoria, neque
per Iudicem eccleſiaſticum neque per ſæcu-
larem, ſed reiecta exceptione clericatus pro-
ceditur ad vlteriora contra talem clericum, &
conſtito de aſſaſſinio fertur per ipſum Iudicem
ſæcularem ſententia declaratoria vna cum ipſa
condemnatione. Iul. clar. libr. 5. §. fin. pract.
crimin. quæſtion. 37. numero 30. & ſequent. plures
citans.

Homicidæ laico voluntario non vide-
tur concedenda abſolutio ab homicidio à
ſummo Pontifice, tempore cuius illud fuit per-
petratum, num. capit. 35. & Iaſ. capit. 20. & mo-
riatur ſacerdos magnus qui fuerit in illo tempore, pie-
tas ſanctæ matris eccleſiæ iſtum rigorem non
obſeruat, ſed homicidæ indiſtincte dat abſo-
22 lutionem in foro † poli, vel etiam in foro ex-
teriori extra terras eccleſiæ, quando iure ciuili
licitum eſt homicidium, non iure Canonico,
vt iure ciuili nocturnus fur impune occiditur
quoquo modo, diurnus ſi ſe telo defenderit,
l. itaque §. lex ff. ad leg. Aquiliam l. furem & ibi
gloſſ. & DD. ad leg. Cornel. de ſicar. latè Iaſ. in l. vt
vim. numer. 23. & ſequent. ff. de Iuſt. & iur. iure
Canonico pro rebus tantum liberandis, etiam-
ſi res eccleſiæ & ornamenta altaris aliter con-
ſeruari non poſſint, c. ſuſcepimus & ibi Pan. nu-
mer. 1. & c. ſignificaſti 2. & ibi Pan. numer. 2. hoc
titul. non licet furem mutilare aut occidere eti-
am nocturnum, & incurritur irregularitas, &
imponitur pœnitentia, c. interfeciſti ibi te tuaque
& Pan. numer. 2. & 4. hoc titul. gloſſ. in ſumma 23.
quæſt. 3. in verb. fugiens in fine c. ſuſcepimus hoc titul.
Pan. in cap. 2. numer. 3. de vit. & hon. clericor. Iu-
re ciuili pater poteſt occidere filiam adulte-
ram, & etiam maritus certo caſu vxorem, l. nec
ea & l. quod ait & l. marito ff. de adulter. Iure Ca-
nonico non licet vxorem adulteram occidere,
ſed tantum dimittere: c. interfeciſti & ibi gloſſ.
mag. & duob. cc. ſequent. & cap. ſi quod & c. ſeq. 33.
quæſtion. 2. Diſpenſationem vero † & rehabi- 23
litationem denegat, quia ex decretis Concilij
Tridentini qui ſua voluntate per induſtriam
aut inſidias homicidium perpetrauerit, etiam-
ſi crimen id nec ordine iudiciario probatum,
nec alia ratione publicum ſed occultum fue-
rit, nullo tempore ad ſacros ordines promo-
ueri poteſt, nec illi aliqua eccleſiaſtica benefi-
cia etiam ſi curam non habeant animarum
conferri licet, ſed omni ordine ac benefi-
cio & officio eccleſiaſtico perpetuo carere de-
bet, cap. cum etiam ſeſſ. 14. c. de his 1. & ibi gloſſ.
mag. & Can. 50. diſtinct. gloſſ. magn. in cap. ſicut §.
fin. in verb. conſilium hoc titul. & ibi Can. & cor-
recta eſt opinio volentium Epiſcopum cum
homicida voluntario poſſe diſpenſare ad ſim-
plex beneficium, Staphyl. de lit. grat. tit. de var.
mod. vacat. §. conſiderandi modo num. 11. exceptis † 24
Prætoribus, Iudicibus, Aſſeſſoribus, No-
tarijs & Procuratoribus in cauſis crimina-
libus, quibus datur rehabilitatio ad ordines
etiam in altaris miniſterio & ad beneficia quæ-
cunque; c. cum miniſter & c. ſi homicidium 23. quæſt.
5. Staphyl. de reſcript. apoſt. in form. breu. §. indul-
tum numer. 13. quæ enim fecerunt, in executio-
nem iuſtitiæ fecerunt, cap. quæſitum & c. ſeq. 23.
quæſtion. 4. cap. ſi homicidium 23. quæſtion. 5. ar-
migeris † concurrente nobilitate & aliqua 25
magna cauſa, c. miles & d. c. ſi homicidium 23. quæſt.
5. c. aliquantos & ibi Archid. num. 3. & Can. 15. diſtinct.
Cancellario, † Secretario, alijsq; familiaribus 26

Dominorum qui bellis interfuerunt datur, eum clauſula, attento quod orator non interfecit neque mutilauit, neq; incendia vel rapinas fecit, *arg. c. ſi quis poſt & ibi gloſſ. in verb. militauerit*
27 *51. diſtinct.* Clericus homicida † voluntarius abſoluitur in foro poli, at ab altari euellitur, *c. cum etiam in princ. ſeſſ. 14. c. 1. ſicut 1. §. fin. hoc tit.* nec cum illo diſpenſatur etiam poſt peractam pœnitentiam, vt poſſit miniſtrare in ſuo ordine, *c. fin. de temp. ord. c. inquiſitionis 1. reſp. de accuſ.* niſi ſit perſona regularis, & tunc citra altaris miniſterium, aut velit ingredi religionem mendicantium, cui datur rehabilitatio ad omnes ordines etiam in altaris miniſterio; *Staphil. de for. expectat. §. noua forma n. 22. Idem de reſcript. apoſt. in forma breuis §. indultum num. 12. & ſeq.* interdum datur abſolutio & conceduntur obtenta, quibus ipſo iure non eſt priuatus, *c. his à quibus 23. queſt. 8.* cum clauſula citra aſcenſum ad ſuperiores ordines, *c. ſi quis poſt acceptum 51. diſtinct.* pro præsbytero adduntur clauſulæ citra altaris miniſterium & curata beneficia, *c. fin. de temp. ord. cap. 2. in fine & ibi gloſſ. fin. & DD. hoc tit.* item eo ad triennium ſuſpenſo à die perpetrati delicti computandum, & extra locum perpetrati delicti, *Staphyl. de reſcript. apoſt. in for. breuis §. indultum ante num. 12.* & variæ adduntur clauſulæ iuxta qualitatem perſonarum & circumſtantias homicidij, *c. ſicut 1. in princ. hoc tit.*

28 Homicidium caſuale † eſt quod præter voluntatem euenit & ex caſu fortuito, *c. de Hiſp. & ibi gloſſ. mag. & cc. ſeqq. 50. diſt. c. ſi homicidium 23. queſt. 5.* quod in nullo imputatur occidenti ſi dabat operam rei licitæ & adhibuit diligenti-
29 am † quam potuit & debuit, *c. lator c. dilectus c. ex litteris 2. c. ſignificaſti 2. c. exhibita c. Ioannes c. fin. hoc tit. Gail. obſeruat. 110. numer. 38. lib. 2.* niſi contra ipſum graue ſcandalum ſit exortum, vel tanta laboraret infamia, quod oporteat ei Canonicam purgationem indicere; *c. ex litteris 1. hoc tit.* ſi non adhibuit diligentiam quam debuit, incurrit irregularitatem, & non poteſt aſcendere ad ſuperiores ordines, nec in ſuſceptis miniſtrare, *c. praebyterum c. ad audientiam hoc tit.* Hinc infertur quod laicus medicus ex ſolo artis exercitio non inhabilitatur ad ſacros ordines, ſi mors infirmi non poſſit aliquo modo eidem imputari, ſed ex imperitia vel negligentia incurrit irregularitatem: *c. ad aures de ætat. & qualitat. Pan. in c. tua, nos numer. 2. & ſeq.*
hoc tit. Quod ſi dabat operam rei † illicitæ ſi- 30
ne diſtinctione an adhibuerit diligentiam vel non, ſemper ei imputatur, & incurrit irregularitatem & non promouetur ad ordines ſuperiores, nec vtitur ordine iam ſuſcepto, *c. continebatur c. tua nos hoc tit.* exemplum poni poteſt in clerico ſiue religioſo chirurgiam exercente, ſi inde mors ſequatur, *d. c. tua nos hoc tit.* in clerico ludente cum laico, *d. c. continebatur*, ideo de ſtylo Curiæ beneficiaro medico petenti conceditur licentia exercendi medicinam cum clauſula citra aductionem & inciſionem, *c. ſententiam §. nullus quoque ne clerici vel monachi*, ac amore Dei, *c. tua nos §. non igitur verſ. ſi tamen cauſa pietatis hoc tit.* & ſi eſt medicus Principis adduntur hæc verba pro perſona Principis & familiarium ſuorum domeſticorum dumtaxat, quia ſtudium phyſicæ ſiue medicinæ laicale eſt magis quam clericale, *c. fin. ne cleric. vel monach.* ſuper homicidio caſuali diſpenſat ſolus ſummus Pontifex quando culpa præceſſit caſum in ſacris ordinibus, *c. clericus 50. diſtinct. c. continebatur & ibi Pan. numer. 2. hoc tit. c. cum etiam verſ. ſi vero ſeſſ. 14.* in minoribus ordinibus diſpenſat Epiſcopus, *c. ad audientiam hoc tit. latè Franc. Marc. de vtroque membro, queſt. 572. par. 2.*

Homicidium neceſſarium † eſt quod com- 31
mittitur neceſſitate defenſionis vitæ propriæ, non vltionis, in continenti cum moderamine inculpatæ tutelæ, *c. ſi perfodiens & ibi gloſſ. in verb. ſæcularibus & Can. c. ſignificaſti 2. & ibi gloſſ. in verb. tutela & Can. hoc tit. gloſſ. mag. in c. ſicut §. fin. in verb. Conſilium hoc tit. & Can. l. 2. 3. & 4. C. ad leg. Cornel. de ſicar. clem. vnic. §. fin. eodem tit. Gail. obſeruat. 110. numer. 10. lib. 2. Pan in cap. 2. de vit. & hon. clericor.* & ſi neceſſitas erat ineuitabilis, nullam incurrit irregularitatem occidens vel mutilans ſuum inuaſorem, ſecus ſi occiderit volentem occidere patrem, filium, coniugem vel perſonam coniunctam, quam aliter iuuare non poterat, *clem. 1. in fin. & ibi gloſſ. fin. & DD. hoc tit.* aut neceſſitas erat euitabilis, & ad ſuperiores ordines non promouetur, ſed in ſuſceptis poſt peractam pœnitentiam miſericorditer toleratur; quia clerico ſi poteſt fugere, non licet occidere aut mutilare, alias incurrit irregularitatem, *capit. de his clericis*

Digitized by Google

clericis & c. ſeq. 50. diſtinct. c. interfeciſti & ibi gloſſ. fin. & Can. hoc tit. Diſpenſat cum homicida ex
32 neceſſitate † euitabili ſolus Summus Pontifex,
& iure quodammodo diſpenſatio & rehabilitatio debetur etiam ad ſacrorum ordinum & altaris miniſterium, & beneficia quęcunque ac dignitates, & committitur loci ordinario, ex cauſa Metropolitano ſeu viciniori Epiſcopo, qui nonniſi cauſa cognita & probatis precibus & narratis, nec aliter diſpenſare poteſt, *c. cum etiam verſ. ſi verò homicidium ſeſſ.* 14. Quando liber homo occiſus ſit ex deiecto, & pœna conſtituta 50. aureorum, *§. 1. Inſtit. de oblig. quæ & quaſ. del. naſcunt.* etſi fuerit occiſus ab animale feroce, quod eo loci habetur, quo vulgò iter eſt pœna 200. aureorum, *§. fin. Inſtit. ſi quandoq. paup. feciſ. dic.* vtroque caſu incurritur irregularitas, *c. de cætero c. Ioannes & c. fin. hoc tit. & ibi Can.* quia vtroque caſu datur opera rei illicitæ, præterea fi-
33 lius aut pater † agere poſſunt ad damna & intereſſe, vt ſicut hominis liberi vulnerati operæ & cætera damna æſtimantur, ita & hominis liberi occiſi, *l. qua actione §. ſi colluctatione & ibi gloſ. in verb. gloriæ cauſa l. huic ſcripturæ, & ibi gloſſ. fin. ff. ad leg. Aquil. Achill. deciſ. 1. de iniur. & damno dato.* etiamſi occiſo extiterint hæredes, *Pan. in c. 1. nu. 6. de iniur. Achill. d. deciſ. 1. dicit nihil fuiſſe deciſum.* & incertitudo temporis quo viuere potuiſſet, eſt determinata in l. hæreditatum ff. ad l. Aquiliam; *Facit Greg. XV. deciſ.* 186. *& ibi annot.* hæres extraneus ad huiuſmodi damna & intereſſe agere non poteſt, quia abſurdum accideret, vt hæres pretium quaſi occiſi conſequeretur eius, cui hæres extiterit. *l. huic ſcripturæ in fine & l. nam ſicut §. ſi Dominus ſeruum ff. ad leg. Aquil.*

Titulus XIII.

De torneamentis.

SVMMARIA.

1 TORNEAMENTA *ſunt feriæ in quibus milites ex conducto conuenire ſolent & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ congredi*

2 *Ad torneamēta animo ea faciendi accedēs, & ibi mortuus, quamuis ei petenti pœnitentia non negetur, Eccleſiaſtica caret ſepultura.*

3 LVDI *ad oſtendendum vires extra torneamenta iure canonico non prohibentur.*

NVNC ſubijcit quoſdam actus ex quibus interdum licet non ſemper prouenit homicidium, & ideò hanc & ſequentes duas rubricas ſubnectit. Torneamenta † ſunt nundinę 1
ſeu feriæ in quibus milites ex condicto conuenire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ congredi, *c. 1. hoc tit.* prohibitæ ab Eccleſiaſticis, quia periculoſæ ſunt, & ex eis imminet periculum mortis & animarum, pœna appoſita contra facientibus, quod ſi quis eorum, qui ad torneamenta animo, † id faciendi 2
accedunt, ibi mortuus fuerit, quamuis ei præſenti pœnitentia non negetur, Eccleſiaſtica tamen caret ſepultura, *c. 1. §. quod ſi quis & c. 2. hoc tit.* corpus eius quem conſtat ad torneamentum perueniſſe non animo ludendi, ſed percipiendi credita aut ex alia cauſa, licet ibi fortuito caſu obierit Eccleſiaſticæ traditur ſepulturæ, *c. 2. in 2. reſp. hoc tit.* Pœnæ excommunicationis & interdicti ſublatę ſunt per extrauag Ioan. XXII. vnicam hoc tit. alius ludus ad oſtendendum † 3
vires extra torneamenta de iure Canonico non prohibetur, ſicut eſt luctari, ſaltare, lapidem vel haſtas proijcere, *l. ſolent §. fin. & l. ſeq. ff de aleat.* ideò ad damnum inde emergens quis non tenetur. *Pan. in c. 1. in fine hoc tit. per l. qua actione §. ſi in collatione ff. ad leg. Aquil.*

Titulus XIV.

De clericis pugnantibus in duello.

SVMMARIA.

1 DVELLVM *iure decretalium non inhabilitat laicum.*

2 *Certis caſibus permittitur, quinque concurrentibus.*

3 *Clerici ſponte duellum alicui offerentis vel oblatum ſuſcipientis pœna.*

4 *Concilium Tridentinum decretalium duellorum vſum penitus exterminauit ſub grauiſſimis pœnis.*

5 *Quas Clemens octauus extendit ad pugnantes in duello priuato & ad diuulgantes cartulas prouocatorias.*

DICIT rubrica de clericis, quia iure decretalium duellum, † non inhabilitat lai- 1
cum,

Digitized by Google

Dominorum qui bellis interfuerunt datur,
cum clauſula, attento quod orator non inter-
fecit neque mutilauit, neq; incendia vel rapinas
fecit, arg. c. ſi quis poſt & ibi gloſſ. in verb. militauerit
27 51. diſtinct. Clericus homicida † voluntarius ab-
ſoluitur in foro poli, at ab altari euellitur, c. cum
etiam in princ. ſeſſ. 14. c. 1. ſicut 1. §. fin. hoc tit. nec
cum illo diſpenſatur etiam poſt peractam pœ-
nitentiam, vt poſſit miniſtrare in ſuo ordine,
c. fin. de temp. ord. c. inquiſitionis 1. reſp. de accuſ. ni-
ſi ſit perſona regularis, & tunc citra altaris mi-
niſterium, aut velit ingredi religionem mendi-
cantium, cui datur rehabilitatio ad omnes or-
dines etiam in altaris miniſterio; Staphil. de for.
expectat. §. noua forma n. 22. Idem de reſcript. apoſt.
in forma breuis §. indultum num. 12. & ſeq. inter-
dum datur abſolutio & conceduntur obtenta,
quibus ipſo iure non eſt priuatus, c. his à qui-
bus 23. queſt. 8. cum clauſula citra aſcenſum ad
ſuperiores ordines, c. ſi quis poſt acceptum 51. di-
ſtinct. pro præsbytero adduntur clauſulæ citra
altaris miniſterium & curata beneficia, c. fin. de
temp. ord. cap. 2. in fine & ibi gloſſ. fin. & DD. hoc tit.
item eo ad triennium ſuſpenſo à die perpetrati
delicti computandum, & extra locum perpe-
trati delicti, Staphyl. de reſcript. apoſt. in for. breuis
§. indultum ante num. 12. & variæ adduntur clau-
ſulæ iuxta qualitatem perſonarum & circum-
ſtantias homicidij, c. ſicut 1. in princ. hoc tit.

28 Homicidium caſuale † eſt quod præter vo-
luntatem euenit & ex caſu fortuito, c. de Hiſp. &
ibi gloſſ. mag. & cc. ſeqq. 50. diſt. c. ſi homicidium 23.
queſt. 5. quod in nullo imputatur occidenti ſi
dabat operam rei licitæ & adhibuit diligenti-
29 am † quam potuit & debuit, c. lator c. dilectus
c. ex litteris 1. c. ſignificaſti 1. c. exhibita c. Ioannes c.
fin. hoc tit. Gail. obſeruat. 110. numer. 38. lib. 2. niſi
contra ipſum graue ſcandalum ſit exortum, vel
tanta laboraret infamia, quod oporteat ei Ca-
nonicam purgationem indicere; c. ex litteris 1.
hoc tit. ſi non adhibuit diligentiam quam de-
buit incurrit irregularitatem, & non poteſt
aſcendere ad ſuperiores ordines, nec in ſuſce-
ptis miniſtrare, c. presbyterum c. ad audientiam
hoc tit. Hinc infertur quod laicus medicus ex
ſolo artis exercitio non inhabilitatur ad ſacros
ordines, ſi mors infirmi non poſſit aliquo mo-
do eidem imputari, ſed ex imperitia vel negli-
gentia incurrit irregularitatem: c. ad aures de
ætat. & qualitat. Pan. in c. tua, nos numer. 1. & ſeq.
hoc tit. Quod ſi dabat operam rei † illicitæ ſi- 30
ne diſtinctione an adhibuerit diligentiam vel
non, ſemper ei imputatur, & incurrit irregula-
ritatem & non promouetur ad ordines ſupe-
riores, nec vtitur ordine iam ſuſcepto, c. con-
tinebatur c. tua nos hoc tit. exemplum poni po-
teſt in clerico ſiue religioſo chirurgiam exer-
cente, ſi inde mors ſequatur, d. c. tua nos hoc tit.
in clerico ludente cum laico, d. c. contineba-
tur, ideo de ſtylo Curiæ beneficiato medico
petenti conceditur licentia exercendi medi-
cinam cum clauſula citra aductionem & inci-
ſionem, c. ſententiam §. nullus quoque ne clerici vel
monachi, ac amore Dei, c. tua nos §. non igitur
verſ. ſi tamen cauſa pietatis hoc tit. & ſi eſt medi-
cus Principis adduntur hæc verba pro perſona
Principis & familiarium ſuorum domeſtico-
rum dumtaxat, quia ſtudium phyſicæ ſiue me-
dicinæ laicale eſt magis quam clericale, c. fin. ne
cleric. vel monach. ſuper homicidio caſuali di-
ſpenſat ſolus ſummus Pontifex quando cul-
pa præceſſit caſum in ſacris ordinibus, c. cleri-
cus 50. diſtinct. c. continebatur & ibi Pan. numer. 2.
hoc tit. c. cum etiam verſ. ſi vero ſeſſ. 14. in mino-
ribus ordinibus diſpenſat Epiſcopus, c. ad audi-
entiam hoc tit. latè Franc. Marc. de vtroque membro,
queſt. 572. par. 2.

Homicidium neceſſarium † eſt quod com- 31
mittitur neceſſitate defenſionis vitæ propriæ,
non vltionis, in continenti cum moderamine
inculpatæ tutelæ, c. ſi perfodiens & ibi gloſſ. in verb.
ſæcularibus & Can. c. ſignificaſti 2. & ibi gloſſ. in
verb. tutela & Can. hoc tit. gloſſ. mag. in c. ſicut §.
fin. in verb. Conſilium hoc tit. & Can. l. 2. 3. & 4.
C. ad leg. Cornel. de ſicar. clem. vnic. § fin. eodem tit.
Gail. obſeruat. 110. numer. 10. lib. 2. Pan in cap. 2. de
vit. & hon. clericor. & ſi neceſſitas erat ineuita-
bilis, nullam incurrit irregularitatem occidens
vel mutilans ſuum inuaſorem, ſecus ſi occide-
rit volentem occidere patrem, filium, coniu-
gem vel perſonam coniunctam, quam aliter
iuuare non poterat, clem. 1. in fin. & ibi gloſſ. fin.
& DD. hoc tit. aut neceſſitas erat euitabilis, &
ad ſuperiores ordines non promouetur, ſed
in ſuſceptis poſt peractam pœnitentiam mi-
ſericorditer toleratur; quia clerico ſi po-
teſt fugere, non licet occidere aut mutila-
re, alias incurrit irregularitatem, capit. de his

clericis & c. ſeq. 50. *diſtinct. c. interfeciſti & ibi gloſſ. fin. & Can. hoc tit.* Diſpenſat cum homicida ex
32 neceſſitate † euitabili ſolus Summus Pontifex, & iure quodammodo diſpenſatio & rehabilitatio debetur etiam ad ſacrorum ordinum & altaris miniſterium, & beneficia quęcunque ac dignitates, & committitur loci ordinario, ex cauſa Metropolitano ſeu viciniori Epiſcopo, qui nonniſi cauſa cognita & probatis precibus & narratis, nec aliter diſpenſare poteſt, *c. cum etiam verſ. ſi verò homicidium ſeſſ.* 14. Quando liber homo occiſus ſit ex deiecto, & pœna conſtituta 50. aureorum, §. 1. *Inſtit. de oblig. quæ & quaſ. del. naſcunt.* etſi fuerit occiſus ab animale feroce, quod eo loci habetur, quo vulgò iter eſt pœna 200. aureorum, *§. fin. Inſtit. ſi quandoq; paup. feciſ. dic.* vtroque caſu incurritur irregularitas, *c. de cætero c. Ioannes & c. fin. hoc tit. & ibi Can.* quia vtroque caſu datur opera rei illicitæ, prætereà fi-
33 lius aut pater † agere poſſunt ad damna & intereſſe, vt ſicut hominis liberi vulnerati operæ & cætera damna æſtimantur, ita & hominis liberi occiſi, *l. qua actione §. ſi colluctatione & ibi gloſ. in verb. gloriæ cauſa l. huis ſcripturæ, & ibi gloſſ. fin. ff. ad leg. Aquil. Achill. deciſ. 1. de iniur. & damno dato.* etiamſi occiſo extiterint hæredes, *Pan. in c. 1. nu. 6. de iniur. Achill. d. deciſ. 1. dicit nihil fuiſſe deciſum.* & incertitudo temporis quo viuere potuiſſet, eſt determinata in l. hæreditatum ff. ad l. Aquiliam; *Facit Greg. XV. deciſ.* 186. *& ibi annot.* hæres extraneus ad huiuſmodi damna & intereſſe agere non poteſt, quia abſurdum accideret, vt hæres pretium quaſi occiſi conſequeretur eius, cui hæres extiterit. *l. huic ſcripturæ in fine & l. nam ſicut §. ſi Dominus ſeruum ff. ad leg. Aquil.*

Titulus XIII.

De torneamentis.

SVMMARIA.

1 TORNEAMENTA *ſunt feriæ in quibus milites ex conducto conuenire ſolent & ad oſtentationem virium ſuarum & audacia congredi.*

2 *Ad torneamẽta animo ea faciendi accedẽs, & ibi mortuus, quamuis ei petenti pœnitentia non negetur, Eccleſiaſtica caret ſepultura.*

3 LVDI *ad oſtendendum vires extra torneamenta iure canonico non prohibentur.*

NVNC ſubijcit quoſdam actus ex quibus interdum licet non ſemper prouenit homicidium, & ideò hanc & ſequentes duas rubricas ſubnectit. Torneamenta † ſunt nundinę 1
ſeu feriæ in quibus milites ex condicto conuenire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ congredi, *c. 1. hoc tit.* prohibitæ ab Eccleſiaſticis, quia periculoſæ ſunt, & ex eis imminet periculum mortis & animarum, pœna appoſita contra facientibus, quod ſi quis eorum, qui ad torneamenta animo, † id faciendi 2
accedunt, ibi mortuus fuerit, quamuis ei præſenti pœnitentia non negetur, Eccleſiaſtica tamen caret ſepultura, *c. 1. §. quod ſi quis & c. 2. hoc tit.* corpus eius quem conſtat ad torneamentum peruenisse non animo ludendi, ſed percipiendi credita aut ex alia cauſa, licet ibi fortuito caſu obierit Eccleſiaſticæ traditur ſepulturæ, *c. 2. in 2. reſp. hoc tit.* Pœnæ excommunicationis & interdicti ſublatę ſunt per extrauag Ioan. XXII. vnicam hoc tit. alius ludus ad oſtendendum † 3
vires extra torneamenta de iure Canonico non prohibetur, ſicut eſt luctari, ſaltare, lapidem vel haſtas proijcere, *l. ſolent §. fin. & l. ſeq. ff de aleat.* ideò ad damnum inde emergens quis non tenetur. *Pan. in c. 1. in fine hoc tit. per l. qua actione §. ſi in collatione ff. ad leg. Aquil.*

Titulus XIV.

De clericis pugnantibus in duello.

SVMMARIA.

1 DVELLVM *iure decretalium non inhabilitat laicum.*

2 *Certis caſibus permittitur, quinque concurrentibus.*

3 *Clerici ſponte duellum alicui offerentis vel oblatum ſuſcipientis pœna.*

4 *Concilium Tridentinum decretalium duellorum vſum penitus exterminauit ſubgrauiſſimis pœnis.*

5 *Quas Clemens octauus extendit ad pugnantes in duello priuato & ad diuulgantes cartulas prouocatorias.*

DICIT rubrica de clericis, quia iure decretalium duellum, † non inhabilitat lai- 1
cum,

cum, nec reddit eum criminoſum crimine e-
normi, *Rot. diuerſ deciſ. 30. par. 3. lib. 3. per quam rece-
ditur à deciſ. 94. par. 3. lib. 2. per not. à Felin. in c. 2. n. 2.
& ſeqq. & ibi Can. de reſcript. Iaſ. in l. hoc iure n. 23. &
ſeqq ff. de iuſt. & iur. & ibi DD.* Imò in certis † caſi-
2 bus permittitur, cõcurrentib. quinq; requiſitis.
*latè Franc. Marc. queſt. 731. & queſt. ſeq. vbi num. 5.
ponit exquiſita par. 2.* Clericus ſi alicui ſponte †
3 duellum obtulerit, vel oblatum ſuſceperit, ſiue
victus ſiue victor fuerit deponitur, *c. 1. hoc tit.*
ac inhabilitatur ad beneficia, *c. ſtudeat & ibi gloſſ.
pen. 50 diſt. c. 2 hoc tit. Put. deciſ. 70. lib. 3. facit c.
præsbyterum & ibi gloſſ. 2. 28. diſt.* & ſiue ipſe ſiue
alius pro eo pugil datus in duello pugnauerit &
aduerſarium interfecerit aut mutilauerit incur-
rit irregularitatẽ, nec excuſat eum conſuetudo
contraria, *c. 2. hoc tit.* Epiſcopus iure decretali-
um diſpenſat cum clerico ineunte duellum, ſi
mors aut membri mutilatio ſecuta non ſit, *c. 1.
§. fin. hoc tit.* nec non cum ſacerdote ad ſimplex
beneficium, & non ad officium, quando per
pugilem datum aduerſarium interfecit, *c. ſtu-
deat 50. diſt. in fi. & ibi gloſſ. pen. & Can. c. 2. in fine
hoc tit.* quæ iura per decreta Concilij Triden-
tini ſublata videntur, iuxta quæ pugnans in du-
ello infamia notatur, quam Epiſcopus non po-
teſt abolere, *dictum eſt ſupra de off. ordin. §. pen.* nec
cum homicida voluntario diſpenſare poteſt ad
ſimplex beneficium, *c. cum etiam ſeſſ. 14.*
4 Ex decretis Concilij Tridentini † deteſtabi-
lis duellorum vſus penitus exterminatur. Prin-
cipes qui locum ad monomachiam in terris ſuis
inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſunt ex-
communicati, ac iuriſdictione & dominio
ciuitatis, caſtri, aut loci, quod ab Eccleſia ob-
tinent priuati intelliguntur, & ſi feudalia ſunt
directis Dominis ſtatim acquiruntur, qui ve-
ro pugnam commiſerint, & eorum patrini, ex-
communicationis, omnium ſuorum bonorum
proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ notam
incurrunt, & vt homicidæ iuxta ſacros Cano-
nes puniuntur, & decedentes in ipſo conflictu
perpetuo carent Eccleſiaſtica ſepultura. Illi
qui conſilium in cauſa duelli, tam in iure quam
facto dant, aut id ſuadent, nec non ſpectato-
res excommunicationis ac perpetuæ maledi-
ctionis vinculo tenentur non obſtante priui-
legio ſeu conſuetudine etiam immemorabili,
5 *c. deteſtabilis ſeſſ. 25.* quas pœnas † Clemens Pa-
pa octauus in ſua conſtitutione edita 16. Cal.
Septembris 1592. Pontificatus anno primo ad
pugnantes in duello etiam priuatim nec non
admittentes ſcribentes aut diuulgantes char-
tulas prouocatorias aut ſcripta quæ dicuntur
manifeſta, vel etiam verbo denunciantes, eo-
rumque fautores & complices extendit, quia
monomachia non eſt vera probatio & per eam
tentatur Deus. *c. monomachiam 2. queſt. 5.*

Titulus XV.
De Sagittarijs.

SVMMARIA.

1 SAGITTARII *& Baliſtarij quando ſunt ex-
communicandi.*

SAGITTARII & Baliſtarij ſunt excommu-
nicandi, † hanc artem exercent contra Ca- 1
tholicos aut Chriſtianos in bello iniuſto, nam
data iuſtitia belli licitum eſt pugnare quibus-
cunque armis & decipere inimicum parando
inſidias. *c. vnico hoc tit. & ibi gloſſ. & Can. c. Domi-
nus 23. queſt. 2. & c. vt pridem 23. queſt. 8.*

Titulus XVI.
De adulterijs & ſtupro.

SVMMARIA.

1 COITVS *omnis præter vxorem eſt damnatus & punibilis quoad pœnam ſpiritualem.*

2 *Coitus dicitur damnatus lege ciuili vbi aliqua pœna temporalis imponitur per aliquam conſtitutionem, vel quando imponitur pœna extraordinaria.*

3 ADVLTERII *accuſatio & caſtigatio eſt mixti fori.*

4 CONCVBINATVS *eſt crimen mere Eccleſiaſticum.*

5 ADVLTERII *pœnæ canonicæ ſunt variæ, prima excommunicatio & amiſſio debiti coniugalis.*

6 *Secunda ſeparatio thori & mutuæ ſeruitutis.*

7 *Tertia amiſſio dotis, donationis propter nuptias ac lucri ex ſtatuto, vel pacto debiti quando matrimonium ſeparatur iudicio Eccleſiæ.*

8 *Vxor putatiua, an amittit dotem propter adulterium.*

9 *Quar-*

Digitized by Google

9 *Quarto poteſt Epiſcopus ex mero officio adulterum & adulteram laicos excommunicare.*

10 *Quinto maritus non debet adulteræ ſubminiſtrare neceſſaria.*

11 *Sexto ex decretis Concilij Tridentini concubinarij, tam ſoluti quam vxorati ſi ab ordinario ter admoniti concubinas à ſe non ſeiunxerint excommunicantur, & ſi per annum in concubinatu cenſuris neglectis permanſerint contra eos ab ordinario pro qualitate criminis proceditur.*

12 *Septimo detruſio in monaſterium.*

13 *Octauo ex rigore inducit impedimentum impediens matrimonium.*

14 *Nono Caluatio.*

15 CONIVX *coniugem de adulterio impetere non poteſt, quando ipſe adulterium commiſiſſe conuincitur, quando agetur ciuiliter.*

16 *Secus ſi ageretur ad pœnam legalem.*

17 SACERDOS *ex confeſſione mulieris maritatæ aſſerentis ſe cum eo commiſiſſe adulterium non poteſt puniri.*

18 STVPRANS *virginem ſi Laicus eſt, tenetur eam ducere in vxorem ſine dote, & etiam ſibi conſtituere certam dotem, quod ſi non vult illam ducere, debet tanto plus dare propter deflorationem.*

10 *Si clericus eſt debet eam dotare, caſtigatur & deponitur.*

20 *Eſt mixti fori.*

21 INCONTINENTIS *contra naturam pœnæ, eſt crimen mixti fori.*

IN decalogo poſt prohibitum homicidium
ſtatim prohibetur mœchia ſiue omnis coitus
illicitus, *c. nemo c. meretrices 32. quæſt. 4.* Ideò
compilator ſubijcit titulum de adulterijs & ſtu-
1 pro, nam iure Diuino & Canonico omnes †
coitus præter vxorium eſt damnatus & punibi-
lis quoad pœnā ſpiritualem, *c. concubinæ 32. quæſt.
2. c. nemo c. dicat 32. quæſt. 2. clem. ad noſtrum verſ. 7.
in verb. non eſt & Can. de hæret.* non quantum ad
temporalem, alias nati ex concubina per ſubſe-
quens matrimonium non legitimarentur, *Bart.
in l. in concubinatu poſt gloſſ pen nu. 2. 3. & 4. & ſeqq.
ff. de concub. Ang. in §. nouiſſimè in fin Inſtit. de 5. orfic.*
nec matri ſuccederent, *§. nouiſſimè Inſtit de S. Orfic.*
aut patri in duabus vncijs: *Pan. in c. tanta nu. 12.
qui filij ſint legit. Rip. in l. ſi vnquam n. 78. C. de reuoc.
donat. Hoſt. in c. lator n. 1. & plurib. ſeqq qui fil. ſint le-
git. Butr. n. 9. Prapoſ. n. 10. & ſeqq. & Io. And. & Can.
late Rota in diſcurſu poſt deciſ. 911. à n. 18. vſq; ad fin.
par. 1. diuerſ.* tunc dicitur coitus † dānatus aliqua 2
lege ciuili, vbi aliqua pœna temporalis imponi-
tur per aliquam conſtitutionem iuris ciuilis, vt
patet, quando pro tali coitu habet locum pœnæ
adulterij vel inceſtus, vel ſtupri, *§. Item lex Iulia.
Inſtit. de publ. iud. §. fin. verſ. vlt. ſiquidem auth quibus
mod. nat. eff. ſui gloſſ. in §. nouiſſimè in verſ. admitti &
ibi DD. Inſt de ſen. Orfic.* vel quādo imponitur pœ-
na extraordinaria, vt ei qui retinet plures cōcu-
binas, *§ fin verſ. ſi verò effuſa authen. quib mod. nat.
eff. ſui § neq; illo verſ. præſens autem lex & verſ ſi autem
confuſa Authen. de triente & ſemiſſ.* & ei qui habens
vxorem accipit concubinam in domo, *d. §. neq;
illa §. ſicut enim qui Authen. de triente & ſemiſſ. §. fin.
verſ. ſicut enim & ibi gloſſ. in verb. inteſtat. Authen. quib.
mod. nat. eff ſui §. nouiſſimè & ibi Ang n. 8. & DD. cō-
mun Inſtit. de ſen. Orfic.* ſtuprū cum vidua plebeia,
mulieribus vilis conditionis, impudica licet nō
publica, & ea quæ ſtat in concubinatu repro-
bato iure ciuili non eſt punibile, *l. quæ adulterium
C. de adult. l. palā ff. de rit. nupt. l. ſi vxor in princ. verſ.
ſed & in ea & ibi Bart. not. in fine princ. de adult. Angel.
n. 2. & DD. commun. Clar. in §. ſtuprum ſub n 4. late
Rot. deciſ. 808. à n. 5. vſq; ad fin. par 1. diuerſ.* adulte-
rium quoque commiſſum cum ea quæ potanti-
bus miniſterium præbuit, *d. l. quæ adulterium in
fine C. de adult.* aut cum meretrice nupta non eſt
punibile, *Bart. in l. adulterium cont. gloſſ. ibidem.*
Accuſatio † & caſtigatio adulterij eſt mixti fo-
ri iuxta qualitatem pœnæ ad quam concluditur 3
in libello, *c. intelleximus & ibi Pan. n. 1. hoc tit. cont.
Io. And in c. fin. de for. comp. in 6. c. 1. de offic. ord. c.
graue eſt ſeſſ. 24. de refor. Pan in c. cum ſit generale nu.
23. de for. compet. Roman. ſing. 674. Iul. Clar. pract. cri-
min. lib. 5. §. fin. quæſt. 37. nu. 3.* & ſi incidat quæ-
ſtio de matrimonio, quia niſi ſit nupta, non eſt
adulterium, iſte articulus ſiue ſit quæſtio facti
ſiue iuris, eſt remittendus ad Iudicium Eccle-
ſiæ, *Bald. in l. 3. num. 5. C. de iud. & ibi DD.* concu-
binatus eſt crimen merè † Eccleſiaſticum. *Pan.
in d. c. cum ſit generale n. 35. de for. com. Iul. Clar. lib. 5.
pract. crim. §. fin quæſt. 27. n. 4.*

Pœnæ canonicæ adulterij † ſunt variæ, Pri-
ma eſt excommunicatio, *c. 2. c. intellexim. hoc tit.* Itē
amiſſio debiti cōiugalis, quod adulter ab inno-
cente exigere nō poteſt, *gloſſ. mag. 1. in c. 1. 32. quæſt.
1. c. in coniugio & ibi gloſſ. & c. ſi quis vxorē 1. & 2. eadē
cauſa.*

Digitized by Google

cauſ. 32. *quæſt.* 1. *c. ſi vir & ibi gloſſ. in ver. reus erit &*
c. tua & ibi gloſſ. mag. & Can. hoc tit. ſumma Angel. in
verb. debitum coniugale num. 7. *vbi limitat octo modis*
& num. 8. & innocens poteſt ei negare propria
auctoritate, *c. fin. & ibi Pan. num.* 6. *& ſeqq. hoc*
tit. Butr. in c. porro num. 12. *de diuort. Nau. in c. di-*
uort. Nau. in c. diuortium de pœnit. diſt. 1. & ſi reddi-
derit non poteſt vlterius de præterito adulterio
opponere propter præſumptam reconciliatio-
nem. *Pan. in c. fin. num.* 7. *& ſeqq. hoc tit.* Secunda
6 ſeparatio † thori & mutuæ ſeruitutis, *dictum eſt*
ſupra tit. qui matrim. accuſ. & cont. illud, & tit. de
7 *diuort. in princ.* Tertia amiſſio dotis † etiam ſi pa-
ter eam pro filia dedit, nec eam reddi ſoluto
matrimonio ſibi incontinenti pacto vel ſtipu-
latione proſpexerit, *l. ſi dotem & ibi gloſſ. fin. &*
DD. C. de iur. dot. Butr. in c. plerumq; in fine de do-
nat. inter vir. & vxor. donationis propter nupti-
as, ac lucri ex ſtatuto vel pacto debiti, ſed non
bonorum paraphernalium aut receptitiorum,
c. plerumq; de donat. & dot. poſt diuort. & Panorm.
quando matrimonium ſeparatur iudicio Ec-
cleſiæ, ſi ſeparetur à iudice ſæculari non habet
locum præfata pœna amiſſionis, nam Iudex ſę-
cularis nō eſt in hoc competens quando agitur
ciuiliter: *Pan. in d. c. plerumq; nu.* 2. *c. tua & ibi not.*
8 *de procur.* vxor putatiua † propter adulterium a-
mittit dotem quando præceſſit ſententia ſuper
ſeparatione thori, *c. de plerumq; & ibi gloſſ. fin. de*
donat. & dote poſt l. ſi vxor ff. de adult. ſecus ſi præ-
ceſſit ſententia ſuper ſeparatione matrimonij
ex cauſa conſanguinitatis, & in repetitione do-
tis obijcitur adulterium, *Rot. diuerſ. deciſ.* 605. *&*
deciſ. 606 *par.* 1 *Anchar. in c. plerumq; num.* 7. *de do-*
nat. inter vir. & vxor. & ibi Butr. num. 11. *& Can.*
Hæres mariti non poteſt obijcere adulterium
ad effectum impediendi reſtitutionem dotis, *l.*
rei iudicata §. *heredi in fine. ff. ſolut. matrim. & ibi*
Bart. & DD. Bald. in l. fin. C. de adult. qui diſtinguit,
an maritus ſciuerit vel ignorauerit de adulterio. mari-
tus contra hæredes defunctæ vxoris poteſt ob-
ijcere, *l. fin. C. de adult. Pan. in c. plerumq; ſub num.*
7. *& ibi Can. de donat. & dote poſt diuort.* In his dua-
bus pœnis ſecunda & tertia eſt accuſatio mixta,
id eſt, ciuilis criminaliter intentata, in qua po-
teſt interuenire procurator, *c. tua & ibi Imol. &*
DD. de procurat. competens ſolis coniugibus, *c.*
quemadmodum §. *alioquin de iure vir. c. per venerabi-*
lem §. *preterea rex ipſe qui filij ſint legit. & ibi Can. c.*
tua §. *ſi vero de procurat.* & in qua oportet accu-
ſantem ſe inſcribere, vt deſignet in ſcriptis no-
men locum & tempus & omnia quæ compre-
henduntur in lege ciuili, ad talionem tamen nō
debet ſe aliquatenus obligare, *d. c. tua* §. *alioquin*
de procurat. & ſeruare debet præfinita tempora
accuſationi criminali, quibus decurſis non au-
ditur, *gloſſ. fin. & Hoſt. in d. c. tua num.* 6. *de procur.*
Bald. in l. abolitionem C. hoc tit. Quarta eſt quia
poteſt Epiſcopus ex † mero officio adulterum 10
& adulteram laicos excommunicare, à qua ad-
ultera petens abſolutionem debet prius abiu-
rare adulterium, id eſt, cum iuramento renun-
ciare promittendo de non redeundo amplius
ad eundem. *c. intelleximus & ibi Pan. num.* 1. *&* 2.
hoc tit. Quinta maritus † non debet adulteræ
ſubminiſtrare neceſſaria, *Pan. in c. ſi vir. ſub num.*
2. *hoc tit.* ſi vir ſciens vxorem ſuam deliquiſſe
quæ non egerit pœnitentiam, ſed permanet in
fornicatione, vixerit cum illa, reus eſt & ipſius
peccati particeps, *d. c. ſi vir. hoc tit. c. in coniugio*
& c. ſi quis vxorem 2. *&* 3. *quæſt.* 1. *c. apud miſericor-*
dem §. *crimen* 32. *quæſt.* 2. Quod ſi mulier dimiſſa
egerit pœnitentiam, & voluerit ad maritum
reuerti, poteſt maritus ei, etiamſi ſæpius deli-
querit, & ſe correxerit, parcere, *c. quod autem &*
cc. ſeqq. 32. *quæſt.* 1. & remittere vxori adulterium
quoad pœnam fori contentioſi, pœnam fori
pœnitentialis non poteſt remittere, *Imol. in c.*
quemadmodum num. 8. *de iureiurando.* ſed Eccleſia
pro ſæpius peccante non intercedit, *gloſſ. fin. in*
d. c. ſi vir. quia indignum eſt eis ab Eccleſia ſub-
ueniri per quas conſtat in Eccleſia ſcandalum
generari. *c.* 2. *ne clerici vel monachi c. fin. de immu-*
nit. Eccleſ. Sexta ex decretis Concilij Tridentini
Concubinarij, † tam ſoluti quam vxorati cuiuſ- 11
cunque ſtatus, ſi poſtquam ab ordinario etiam
ex officio rer ea de re admoniti fuerint, concu-
binas à ſe non ſeiunxerint, excommunicatione
ſunt feriendi, à qua non abſoluuntur, donec re
ipſa admonitioni factæ paruerint; quod ſi per
annum in concubinatu cenſuris neglectis per-
manſerint contra eos ab ordinario pro qualita-
te criminis proceditur, mulieres ſiue coniugatæ
ſiue ſolutæ, qua cum adulterijs ſeu Concubina-
rijs publicè viuunt, ſi ter monitæ non paruerint
ab ordinario etiam ex officio grauiter pro mo-
do culpæ puniantur, & extra oppidum vel diœ-
ceſim ſi ordinarijs videbitur eijciuntur, alijs
pœnis

Digitized by Google

pœnis contra adulteros & concubinarios infli-
ctis in ſuo robore permanentibus, c. graue ſeſſ. 24
12 de refor. matrim. c. de benedicto 32. quæſt. 9. Nauarr.
conſ. 8. de offic. ord. Septima eſt detruſio in † mo-
naſterium ad agendam pœnitentiã in quo tonſa
ſumit habitum, ſed non emittit profeſſionem,
c. gaudemus & ibi poſt gloſſ. fin. Can. de conuerſ. coniug.
Auth. ſed hodie C. hoc tit. & ibi gloſſ. in verb. habit. Bald.
& DD. eadem à viro quæ ab vxore debetur ca-
ſtimonia, c. nemo 32. quæſt. 4. & eiſdem rationi-
bus vir ad pœnitentiam redigitur, ſi vxor non
velit ei reconciliari, c. placuit 32. quæſt. 7. c. ſi quis
vxorem 1. verſ. ſimiliter 32. quæſt. 1. grauiorem,
quia grauius vxore adultera delinquit, c. indi-
gnantur & c. ſeq. 32. quæſt. 6. Octaua eſt quia ex
13 † rigore inducit impedimentum impediens
matrimonium contrahendum, c. hi verò in fine
32. quæſt. 7. c. ſi quis veniente & ibi gloſſ. in verb. regu-
14 la 31. quæſt. 1. Nona eſt caluatio, † id eſt abſciſſio
capillorum & veſtium ante & retro in ignomi-
niam & deciſionẽ, c. de benedicto & ibi gloſſ. in verb.
15 & caluatos 32. quæſt. 1. Cõiunx coniugem † de ad-
ulterio non poteſt impetere, quando ipſe adul-
terum commiſiſſe conuincitur, quia paria deli-
cta mutua compenſatione tolluntur, quando a-
gitur ciuiliter & ad priuatam vtilitatem, puta ad
ſeparationem thori, amiſſionẽ dotis, gloſſ. in ſum-
ma, vbi notat 7. caſu in quib. maritus repellitur ab accu-
ſatione adulterij & c. 1. 32. quæſt. 6. c. pen. & fin. hoc tit.
& ibi Can. c. ſignificaſti de diuort. eſt autem exceptio
adulterij peremptoria litis finitę, quæ ante litem
conteſtatam poteſt opponi ad impediendum
litis ingreſſum, tu ipſe es adulteratus, ergò
non es audiendus, vel etiam poſt litem cõteſta-
tam in vim peremptoriæ: Pan. in c. fin. nu. 9. & ibi
16 Can. hoc tit. ſecus ſi ageretur † ad pœnam legalem
imponendã, quia tunc non repellitur exceptio-
ne lenocinij vel adulterij accuſator, ſed cuiuſli-
bet delictum pœna condigna eſt puniendum. l.
2. § ſi publico ff. hoc tit. Pan. in c. intelleximus n. 5. & 9.
hoc tit. & ibi Can.

17 Sacerdos ex confeſſione † mulieris maritatę
aſſerentis ſe cum eo commiſiſſe adulterium nõ
poteſt puniri, quia nihil probat ex eo quod eſt
mulier, c. forus de verb. ſignif. ſola, c. licet de teſtib. &
particeps criminis, c. 1. de confeſſ. c. veniens de teſtib.
verum ſacerdoti ſi eſt infamatus alias quàm ex
confeſſione ſola mulieris participis, quæ nõ eſt
ſufficiens ad cauſandam infamiam, c. 1. inquiſitio-
nis § fin. in fine de accuſ. gloſſ. penult. in c. ſignificaſti hoc
tit. & ibi DD. indicitur purgatio, quam ſi præſti-
terit abſoluitur, deficiens verò in ea ſuſpenditur
ab officio. c. ſignificaſti hoc tit.

Stuprans virginem † ſiue eam ſeduxerit ſiue 18
eadem ſponte acquieuerit, c. 1. & ibi Pan. nu. 2.
hoc tit. nam ſemper virgo præſumitur & transfer-
tur onus probandi in ſtuprantem, Pan. in c. 1. n.
5. hoc tit. & præſumitur ſeducta inſidijs, l. vnic. C.
de rapt. virg. gloſſ. fin. in fine in c. ſcienti de reg. iur.
ſi laicus eſt tenetur eam ducere in vxorem ſine
dote, ex proprijs bonis alere, ac etiam ſibi con-
ſtituere certam dotem iuxta facultatem ſuam,
& dignitatem ſtupratæ, vt ſoluto matrimonio
aliquo caſu dos illa ſic conſtituta redeat ad mu-
lierem, aut lucrifaciat eam propter delictum vi-
ri, c. 1. hoc tit. quod ſi non vult eam ducere, de-
bet tanto plus dare, quantum oporteat dare
propter deflorationem, cum virginitas ſit ſe-
cunda dos, præterea corporaliter caſtigatur, à
communione Sacramentorum repellitur, & in
monaſterium detruditur, à quo non recedit ſi-
ne licentia, c. 2. & ibi Pan. n. 2. hoc tit. quas pœnas
euitat ſi ducat à ſe ſtupratam, cum matrimonia
ſunt libera à pœnis conuentualibus, c. Gemma de
reſponſ. non legalibus, quibus cauſatiue quis cõ-
pellitur ad contrahendum matrimonium, c. 1.
& ibi Anchar. n. 4. & 5. hoc tit. ſi clericus † eſt, tene- 19
tur eam dotare, & quia non poteſt eam ducere
fuſtigatur, & deponitur; Pan. in c. 2. n. 4. hoc tit. c.
presbyter & c. ſeq. ſi qui ſunt 81. diſtinct. Pan. in c. at ſi
clerici ſub n. 35. de iud. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. § ſtu-
prum. nu. 3. dicens eſſe communem licet Dias in pract.
crimin. alter ſentiat, plures citans Butr. in c. ſi autem n.
3. de cohabit. cleric. & mulier. eſt mixti † fori. c. 2. 20
hoc tit.

Incontinens contra naturam, † ſi clericus eſt 21
etiam occultus, atque etiam peracta pœniten-
tia ſuſpenſus eſt ab ordinis executione, & inter-
im celebrans fit irregularis, Apoſt. ad pract. Can.
Dias cap. 86. verſ. illud tamen plures citans. ac depo-
nitur, & in monaſterium detruditur, ſi laicus ex-
communicatur, & à cœtu fidelium penitus ſit a-
lienus, c. clerici de exceſſ. prælat. eſt mixti fori, Pan.
in d. c. clerici Iul. Clar. pract. crim. lib. 5. § fin. quæſt.
37. num. 3. Hodie ex conſtitutione Pij Quinti
edita tertio, Calend. Septembris 1568. Ponti-
ficatus anno tertio quicunque presbyteri & a-
lij clerici ſæculares & regulares tam dirum ne-

ſas exercentes omni priuilegio clericali, omniq́ue beneficio, dignitate & officio Eccleſiaſtico, auctoritate dicti canonis priuantur, ita quod per Iudicem Eccleſiaſticum degradati poteſtati ſtatim ſæculari tradantur, qui de illis illud idem capiat ſupplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum, *Quarant. in ſumma bullarij in verb. ſodomia & ibi add. limitat quinq; mod. l. cum vir nubit C. de adult. & ibi DD. Garc. de benef. par. 21. c. 10. §. 2. à num. 191. vſq; ad fin.* nam & laicus ſodomita ipſo iure perdit dominium bonorum ſuorum, *Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. ſodomia per c. cum ſecundum & ibi gloſſ. in verb. natura, contrarias de heret. in 6.* & teſtari non poteſt. *Bart. in auth. vt non vſur. cont. nat. num. 7. Franc. Marc. quæſt. 687. par. 2. num. 5.*

Titulus XVII.

De raptoribus, incendiarijs & violatoribus Eccleſiarum.

SVMMARIA.

1 ECCLESIA *non cognoſcit de delictis laicorum etiam in perſonas Eccleſiaſticas aut in Eccleſia cõmiſſis, niſi delinquant Eccleſiam collectando, aut aliter ipſius bona rapiendo ratione ſacrilegij & ratione turbatæ pacis, raptores, & inuaſores aliorum locorum, nec non in omnibus caſibus in quibus eſt certa qualitas tribuens iuriſdictionem Eccleſiæ contra laicos.*

2 RAPINAM *manifeſtam & inter non manifeſtam Eccleſia diſtinguit & illam grauius caſtigat attentis facilitate & difficultate raptoris in ſatisfaciendo hanc mitius.*

3 *Rapina manifeſta Eccleſiarum pœna.*

4 *Rapinæ occultæ ſiue nec manifeſtæ Eccleſiarum pœna.*

5 *Clerici vel laici Eccleſiæ ſeu cuiuuis beneficij aliorumue piorum locorum bona ſeu quaſcunque obuentiones vſurpantis ſeu impedientis ne ab eis ad quos pertinent percipiantur pœna.*

6 *Arreſtantis ſeu occupare præſumentis depoſita Eccleſiarum pœna.*

7 DOMINVS *agri ſeu poſſeſſionis, nec non Dominus caſtri comitatus, ac ipſa villa ex rapina facta in agro, poſſeſſione, territorio vel villa tenentur ciuiliter in ſimplum ſi ſciuerunt, potuerunt, & noluerunt rapinam impedire.*

8 SPOLIANTIVM *Chriſtianos naufragium patientes pœna.*

9 INCENDIARII *ſunt qui domos alienas, arbores, ſegetes, incendunt igne appoſito.*

10 *Incendiariorum pœna.*

11 *Eccleſia incendiariorum pœna.*

12 RAPTVS *in virgine aut honeſta fama fœmina iure canonico committitur, vbi nullus proceſſit tractatus de nuptiis, ſed libidinis cauſa de loco ad locum conducitur.*

13 *Quando præceſſit tractatus de nuptijs & puella pro matrimonio contrahendo fuit abducta, iure canonico non admittitur raptus, quamuis parentes reclamauerint.*

14 *Vtroq; iure non dicitur commiſſus raptus quando non eſt ſecuta copula carnalis.*

15 *Raptus pœnæ iure canonico ſunt quinque.*

16 *Eſt mixti fori.*

IN decalogo poſt mœchiam ſequitur, non furtum facies, ideò ſubdit de furtis, & præmittit de raptoribus, quia qui vi rapit, fur eſt improbiſſimus, *Inſtit. de vi bon. rapt. in princ. l. ſi cum exceptione §. qui cum ff. quod met. cauſ.* & pluribus tenetur actionibus, de quibus Franc. Marc. quæſt. 251. par. ſecunda, de rapina mobilium, & violentia illata rebus immobilibus traditur in inſtit. Imper. tit. de vi bon. rapt. & & tit. de interd. §. recuperandæ, & quia ſæpius fit plagium virginum, ac in rapinis committuntur incendia & violationes Eccleſiarum, ideò de his ſubijcit in eadem rubrica,
Eccleſia regulariter non cognoſcit de delictis,
† laicorum etiam in perſonas Eccleſiaſticas, 1
c. ſunt quædam 23. quæſt. 5. aut in Eccleſia committit, *l. ſi quis in hoc C. de Epiſc. & cleric. c. fin de immunit. Eccleſ. Bart. in l. ſi cui §. fin. ff. de accuſ.* niſi delinquant Eccleſiam collectando, vel aliter ipſius bona rapiendo, de quibus Eccleſia cognoſcit, & punit laicos ratione ſacrilegij, quod ex mixti fori, *Panorm. in c. cum ſit generale num. 1. & 16. & num. 27. de for. compet. Iul. Clar. lib. 5. pract. crimin. §. fin. quæſt. 37. num. 6.* & ratione turbatæ pacis, raptores, prædones, & inuaſores aliorum locorum, *Panorm. in d. c. cum ſit generale ſub num. 29.* nec non in omnibus

Digitized by Google

bus caſibus vbi certa qualitas eſt tribuens iuriſ-
dictionem Eccleſiæ contra laicos, vt iniuriæ,
violentiæ, moleſtiæ, oppreſſionis, fraudis, vel
minus legitimi contractus, notorij delicti, vel
vbi reperitur Iudicem Eccleſiaſticum poſſe ex-
communicare, *latè Pan. in c. cum ſit generale à n. 6.
vſq. ad fin. de for. compet. vbi magiſtraliter docet quan-
do contra laicos malefactores accumulatur forum Eccle-
ſiaſticum & ibi Felin. & Can. commun. Lap. alleg. 65.
Bald. in auth. clericus quoq. n. 4. 6. & 7. C. de Epiſc. &
cler.* etiamſi dubia ſit rapina vel oppreſſio quæ-
libet. *Hoſt. in d. c. cum ſit generale ſub n. 1. in fin. Mynſ.
obſ. 9. & ſeq. cent. 2.* Iure ciuili rapina etiam rei mi-
nimè punitur pœna quadrupli, in quo ineſt ſim-
plum, ſiue comprehendatur raptor in ipſo deli-
cto, ſiue non, *Inſt. de vi bon. rapt. in princ.* Ius cano-
2 nicum diſtinguit † inter manifeſtam rapinam
& non manifeſtam, & illam grauius caſtigat at-
tentis facilitate & difficultate raptoris in ſatiſ-
faciendo, hanc mitius, *c. ſuper eo iuncto c. in litteris
hoc tit. Panorm. in d. c. ſuper num. 4.* Quicunque
ex ijs, qui violenter ſurrexerint in rapinam ſiue
3 Eccleſiarum violationes, manifeſte † fuerit de-
prehenſus, eſt ipſo iure excommunicatus, *c. om-
nes 17. quæſt. 4. c. Canonica 11. quæſt. 3. & vtrobiq.
gloſſ. C. conqueſti de ſent. excomm. & ibi not.* ac et-
iam excommunicatus, vel denunciatur excom-
municatus ab illo Epiſcopo, in cuius diœceſi
rapinam commiſit, appoſito præcepto, ne antea
de illa parochia exeat, quam dignè, quæ perpe-
trauit, emendauerit, dictamq. excommuni-
cationem ſignificat proprio eius Epiſcopo, ne
eum recipiat antequam illuc redeat, vbi rapi-
nam fecerit, & omnia plenè emendet, *c. pri-
mo hoc tit.* quia ratione delicti factus eſt de iudi-
ciali foro illius Epiſcopi vbi rapinam fecit, &
ibi poteſt conueniri & puniri, *c. primo 3. quæſt.
6. c. placuit ſecundo 6. quæſt. 3. c. poſtulaſti c. fin. de
for. compet. Auth. qua in prouincia C. vbi de crim. a-
gi oport. Panorm. in c. 1. num 6.* non pœnitentia-
li, quia confiteri debet proprio Epiſcopo, non
Epiſcopo loci vbi deliquit, *in c. 1. 16. quæſt. 1. & i-
bi gloſſ. in verb. ſpoliat. & Can. Pan. in 1. c. num. 4. &
5. hoc tit.* ante denunciationem excommunica-
tionis, poſt factam excommunicationis denun-
ciationem ſiue publicationem, abſolutio re-
ſeruatur Summo Pontifici, *c. conqueſti & ibi
gloſſ. fin. & Can. de ſent. excom.* ſi in rapina moria-
tur, denegatur ei cœmiterium, & ſepultura Ec-
cleſiaſtica, quia in peccato mortali deceſſit,
nec pœnituit, *c. pro obeuntibus & ibi gloſſ. fin. 13.
quæſt. 2. c. placuit 23. quæſt. 5. c. quicunq. clericus 23.
quæſt. 8.* ſi verò ex rapina incolumis euaſit, niſi
prius ablata reſtituerit ſi poterit, vel emen-
dandi plenam ſecuritatem fecerit, penitus
pœnitentiæ beneficium ei viuo, *c. ſecundo in
princ. hoc tit.* & cœmeterium mortuo denega-
tur, *c. pro obeuntibus & ibi gloſſ. 13. quæſt. ſecunda
c. placuit 23. quæſt. quinta, Panorm. in c. 2. in fine
hoc tit.* quod ſi in vita, obſtinata mente, no-
luit ſatisfacere, cum multoties potuit, aut in
morte non poteſt ſatisfacere, aut cauere &
contrito pœnitentiæ quantitas non venit im-
ponenda, ſed innoteſcenda, *c. primo 26. quæſt.
7. Panorm. in c. cum in litteris in fine hoc tit.* quia
ex quo non poteſt pœnitentiam in hac vita
peragere, peragat eam in purgatorio, *c. qualis
25. diſtinct. c. quid ergo 23. quæſt. 5.* eique abſolu-
tio à quolibet propter extremam neceſſitatem
impartitur, *c. fin. 26. quæſt. 6.* ac viaticum &
cœmiterium non negantur, verum denegatur
ei ſolemnis reconciliatio in foro fori in oppro-
brium hæredum, *Io. And. in d. c. 2. in verb. vide-
tur hoc tit.* & clerici eius ſepulturæ intereſſe
non debent, nec eius eleemoſynam accipe-
re, *c. 2. §. qui autem & ibi Panorm. in fine. hoc tit.
Anchar. num. 5. & Can.* aut in articulo mor-
tis conſtitutus ſatisfecit, aut ſatisfacere promi-
ſit ſi conualeſceret, & ante ſatisfactionem mo-
ritur, abſoluitur ac in cœmeterio comitanti-
bus clericis ſepelitur, *c. ſecundo §. ſi vero hoc tit. &
ibi Panorm. in fine.* aut de eius facultatibus dubi-
tatur, & pœnitentia, viaticum, cœmeteriũ non
denegantur, ſed clericorum præſentia & ſolem-
nis reconciliatio ad hæredum verecundiam, *Io.
And. in d. c. 2. in fin. hoc tit. & ibi Anchar. num. 7.* qui
compelluntur per Epiſcopum, vt iuxta faculta-
tes defuncti condignè ſatisfaciant, *in c. litteris hoc
tit. faciunt not. per Pan. in c. cum ſit generale ſub n. 22. de
for. compet.* nam iure canonico hæredes non ſolũ
ex contractu, ſed etiã ex delicto defuncti tenen-
tur in ſolidũ, etiamſi ex delicto nihil ad eos per-
uenerit, aut lis cum defuncto non fuerit conte-
ſtata, iuxta vires hæreditarias & non vltra eas,
*Pan. in d. c. in litteris n. 3. & 4. hoc tit. c. Epiſc. qui filios
& ibi gloſſ. mag. in verb. ad hæredibus & Can. 12. qu. 2.
c. ſi Epiſc. & ibi gloſſ. fin. & Can. 16. quæſt. 6. Capr. con-
cluſ. 67. Gail. obſeru. 20. n. 21. & 22. de pac. publ. lib. 1.*

 præ-

præſertim quando defunctus contritus deceſ-
ſit, quia tunc videtur tacitè mandaſſe reſtitutio-
nem fieri, *Pan poſt gloſſ. in c. à nobis 2. n. 13. de ſent.*
excomm. Pan. latè in c. fin. n. 5. de ſepult. qui videatur.
vt ſic à peccato valeat liberari. *c. in litteris in fin.*
hoc tit. Si qui preſbyterorum vel clericorum
contra præſcripta in vita vel in morte pœniten-
tias dare, aut ſepulturæ intereſſe, vel eorum
eleemoſynas accipere attentauerint, ſine hu-
iuſmodi rapinæ particeps inuenti fuerint, per
ſententiam ordinis ſui damnum irrecuperabi-
liter patiuntur, & Eccleſiaſtico beneficio ſpo-
liantur, *d. c. 2. §. fin. hoc tit.* ac ſolus Sum-
mus Pontifex diſpenſat ſiue reſtituit eos, non
autem Epiſcopus: *Io. And. in c. 2. in verb. irrecu-*
4 *perabiliter hoc tit.* Propter rapinam † occultam
raptor incurrit etiam excommunicationem i-
pſo iure, *c. canonica 11. quæſt. 3. c. in litteris, hoc*
tit. & ibi in gloſſ. in ver. anathematis. verum non
denegatur ei in extremis conſtituto pœniten-
tia, abſolutio, & mortuo præſentia clerico-
rum & Eccleſiaſtica ſepultura, *Panorm. in d. c.*
2. num. 4. hoc tit. & ibi Can. per c. in litteris hoc
tit. ratio diuerſitatis eſt, quia delicta notoria
propter exemplum grauius puniuntur. *l. aut*
5 *facta ff. de pœnis.* Clericus vel laicus † Eccle-
ſiæ ſeu cuiusuis beneficij, montium pietatis,
aliorumque piorum locorum iuriſdictionis,
bona, iura, fructus, ſeu quacunque obuen-
tiones per ſe vel alios, vi ſeu incuſſo timore,
vel quocunque quæſito colore vſurpans, &
in proprios vſus conuertens, ſeu impediens
ne ab ijs ad quos pertinent percipiantur, a-
nathemati tamdiu ſubiacet, quamdiu iuriſdi-
ctiones, bona, fructus & redditus quos oc-
cupauerit, vel ad eum quomodocunque perue-
nerint, Eccleſiæ eiusque adminiſtratori reſtitue-
rit, ac deinde abſolutionem à Romano Pontif.
obtinuerit. Quod ſi Eccleſiæ patronus fuerit,
vltra præfatas pœnas eo ipſo priuatus exiſtit,
clericus ſi vſurpationi conſentiens fuerit, eiſ-
dem pœnis ſubiacet, nec non quibuscunque
beneficij priuatus eſt, & ad quæcunque alia in-
habilis, & ab executione ſuorum ordinum, et-
iam poſt integram ſatisfactionem & abſolu-
tionem arbitrio ordinarij eſt ſuſpendendus,
c. ſi quem clericorum ſeſſ. 22. dictum eſt ſupra tit. de
6 *rebus Eccleſ. alien. vel non.* Arreſtans † ſeu oc-
cupare præſumens depoſita Eccleſiarum ſeu
Eccleſiaſticarum perſonarum apud ædes ſa-
cras, & ea ſcienter recipiens, eſt ipſo iure ex-
communicatus, & vniuerſitas in his culpabilis
interdicto ſubiacet. *c. clericis §. 1. de immun. Ec-*
cleſ. in 6.

Dominus agri † ſeu poſſeſſionis, *l. ne quid ibi* 7
inter fines agri & infra à Domino quoq; poſſeſſionis ff.
de incend. ruin. nauf. ratè non expug. nec non domi-
nus caſtri, comitatus, ac ipſa villa ſiue vniuerſi-
tas villæ, *Bart. in d. l. ne quid n. 2. & ſeq. ff. de incend.*
ruin. nauf. Pan. in c. 1. nu. 8. & 9. enumerat caſus in
quib. in delictis quis teneatur ex ſolo conſenſu de reſtit.
ſpoliat. ex rapina facta in agro, poſſeſſione, terri-
torio, vel villa tenentur ciuiliter in ſimplum
tantum, ſi ſciuerunt & potuerunt, & nolue-
runt rapinam impedire, *l. 1. in princ. verſ. is au-*
tem accipitur ff. ſi fam. furt. feciſ. dicat. l. 3. & 4. ff. de
noxal. act. Gail. obſ. 64 lib. 2. Mynſ. obſ. 70. & 71. cent.
5. ſi villa non eſt ſoluendo, imponitur collecta
hominibus villæ, *l. 4. §. actor. ff. de rei vid. & ibi*
Bart. & DD. Illi quoque qui Chriſtianos nau-
fragium † patientes damnata cupiditate ſpoli- 8
ant rebus ſuis, niſi oblata reddiderint, poſt ad-
monitionem, vel poſtquam in mora fuerint,
cum poſſunt reſtituere & non reſtituunt, ipſo
facto excommunicationi ſubiacent, *c. excommu-*
nicationem hoc tit. & ibi Pan. habet enim Eccleſia
in laicos publicè delinquentes iuriſdictionem,
Pan. in c. cum ſit generale n. 30. de for. compet. & ibi
DD. vti dictum eſt.

Incendiarij † ſunt qui domos alienas, arbo- 9
res, ſegetes incendunt igne appoſito ex odio vel
vindicta, *c. peſſimam 23. quæſt. 8. cum deuotiſſi-*
mam 12. quæſt. 2. qui, ac mandantes, eisque auxi-
lium aut conſilium ſcienter tribuentes excom-
municandi ſunt, † carent ſepultura Eccleſiaſti- 10
ca, nec abſoluuntur niſi prius damno, cui intu-
lerint, reſarcito, & iurent ſe alterius ignem nō
appoſituros; pœnitentia eis danda eſt, vt Hie-
roſolymis aut in Hiſpania per annum integrum
permaneant, in ſeruitio Dei, *d. c. peſſimam 23.*
quæſt. 8. poſſunt abſolui ab Epiſcopo ante pu-
blicationem excommunicationis, poſt cuius
publicationem ſiue denunciationem abſolutio
reſeruatur Papæ. *gloſ. in c. cum deuotiſſimā 12. quæſt.*
2. in verſ. ſi incendium Pan. in c. tua n. 2. de ſent. excom.
Incendiarij Eccleſiæ † ſunt ipſo iure excommu- 10
nicati, *c. in litteris hoc tit. & ibi gloſſ. in verb. ana-*
thematis & Can. gloſſ. in d. c. cum deuotiſſimā in verb.

ſi vero

ſi vero incendium in fine 12.*quæſt*. 2. & ante denun-
ciationem ipſius excommunicationis poſſunt
abſolui ab Epiſcopo loci, poſt factam denun-
ciationem, abſolutio reſeruatur ſummo Ponti-
fici, *Pan. in c. tua nos n*. 2. *de ſent. excom*.
12 Raptus à fornicatione, ſtupro, adulterio, in-
ceſtu differt, *c. lex illa* 36. *quæſt*. 1. Raptus in virgi-
ne † aut honeſtæ vitæ fœmina iure Canonico
committitur, vbi nihil ante de nuptijs actum
eſt, vel vbi nullus præceſſit tractatus de nupti-
is, ſed libidinis & abducendi cauſa de loco ad
locum conducitur, *Clar. in pract. crimin*. §. *raptus*
n. 10. ſiue puellæ ſolummodo, ſiue parentibus
tantum, ſiue vtriſque vis illata conſtiterit, *c. lex*
illa & c. ſeq. 36. *quæſt*. 1. *c. cum cauſa* 1. *reſp. hoc t*. Idem
videtur vbi parentes ignorabant, vel fortè non
erant ſuperſtites, nam mulier non poteſt ſe ra-
pui, aut membra ſua exponere, *l. liber homo* 1. *ff.*
ad leg. Aquil. c. ſignificauit & ibi not. de corp. vitiat.
ſemperque præſumitur decepta, & conſenſus
eius præſumitur extortus, *l. vnica C. de rapt. virg*.
gloſſ. fin. in fine in c. ſcienti de reg. iur. in 6. & vbi ca-
ſtitas periclitatur, eſt licitum propria manu pe-
rire, *c. non eſt noſtrum* 23. *quæſt*. 5. Quando præceſ-
13 ſit tractatus † de nuptijs, & puella pro contra-
hendo matrimonio fuit abducta, tunc iure
Canonico non admittitur raptus, quamuis pa-
rentes reclamauerint, *c. cum cauſa* 2. *reſp. hoc tit*.
& ibi Pan. num. 4. *& Can*. Iure ciuili fit raptus,
quoties inuitis ijs, in quorum poteſtate eſt ab-
ducitur, *l*. 1. *C. de rapt. virg*. etiamsi pater preci-
bus exoratus iniuriam remiſerit, tamen extra-
neus ſine quinquennij præſcriptione, reum po-
ſtulare poterit, cum raptus crimen adulterium
excedat, *l. qui cœtu* §. *qui vacantem ff. ad leg. Iul. de*
vi. public. ratio diuerſitatis eſt quia ius Cano-
nicum conſiderat libertatem matrimonij, &
puella non poterat liberè contrahere in domo
parentum & eis pœnitentibus, *d. c. cum cauſa hoc*
tit. Ius ciuile conſiderat delictum raptoris &
deceptionem mulierum, *l*. 1. *C. de rapt. virgin*. In
matrimonio autem & acceſſorijs ſtamus iuri
Canonico, *c. pen. & fin. de ſec. nupt*. prçterea vtroq;
14 † iure non dicitur commiſſus raptus, quando
non eſt ſecuta copula carnalis, *l*. 3. §. *præterea ff.*
ad leg. Iul. de vi publ. c. cum cauſa ibi quam cognouerit
hoc tit. Io. de Anan. in d. c. cum cauſa in fi. hoc tit. per
l. 1. *in princ. ibi cum virginitas & caſtitas corrupta*
reſtitui non poſſent C. *de rapt. virg. & ibi Angel. &*
DD. Ferret. conſil. 63. *lib*. 1. *Clar. in* §. *rapt. numer*. 4.
atteſtant. de commun. Pœnæ † Canonicæ raptus 15
ſunt plures. 1. Eſt quod raptor, ac omnes illi
conſilium, auxilium & fauorem præbentes ſunt
ipſo iure excommunicati, perpetuo infames,
omnium dignitatum incapaces, & ſi clerici fue-
rint de proprio gradu decidunt, 2. Raptor ra-
ptam tenetur dotare, ſiue eam ducat, ſiue non,
c. decernit verſ. & nihilominus & verſ. fin. ſeſſ. 24. *de*
refor. matrim. 3. Inter raptorem & raptá quam-
diu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum
conſiſtit matrimonium, quod ſi rapta à rapto-
re ſeparata & in loco tuto ac libero conſtituta
illum in virum habere conſenſerit, eam raptor
in vxorem habere poteſt, *c. decernit in princ. ſeſſ*.
24. *de refor. matrim. c. fin. hoc tit*. & per huiuſmodi
matrimonium raptor euitat pœnas à lege pro-
pter raptum impoſitas, *Ioan. de Anan. in vtramq;*
partem diſputans in c. cum cauſa num. 5. *hoc tit. & ibi*
Pan n. 4. *Salicet. in d. l. vnica n*. 12. *de rapt. virg Clar.*
in d. §. *raptus num*. 8. *atteſtans ita iudicatum in ſenatu*
Mediolanen. ſecundum antiquos Canones & ſe-
cundum leges raptor non poterat contrahere
cum rapta, *c. de puellis c. ſi autem c. placuit* 36. *quæſt*. 2.
l. vnica §. *ſin autem* C. *de rapt. virgin* hinc inoleuit
ſtilus quod in diſpenſationibus ſuper conſan-
guinitate & affinitate addatur clauſula, dum-
modo mulier rapta non fuerit. *reg*. *Cancell*. 48.
de diſpenſ. in grad. conſang. concordat lex vnica C. *de*
rapt. virg. ſeu vid. Ferret. conſ. 65. *ſub n*. 3. 4. Pœna
eſt quod raptori imponitur publica pœniten-
tia, qua peracta poteſt contrahere cum rapta,
& ea mortua propter enormitatem criminis
ſuperſtes iterare matrimonium non præſumat,
niſi Epiſcopus aliquam conceſſerit indulgenti-
am, vt grauiorem poſſit amouere offenſam, *c. ſi*
autem in fin. princ. 36. *quæſt*. 2. *ſecundum vltimam ca-*
ſus poſitionem, raptæ non imponitur publica pœ-
nitentia, quia non ita conſtat an rapinæ con-
ſenſerit, *gloſſ. in d. c. ſi autem in ver. public*. 5. Tollit
exceptionem declinatoriam fori & benefici-
um appellationis, *l. vnica in fin. princ*. C. *de rapt.*
virg. Franc. Marc. quæſt. 2. par. 1. & poſt eum
Bern. Chou. in tit. Conc. Later. de public.
concubin. in rubric. de ſtup. in fine, dicit cri-
men raptus quando agitur inter laicos eſſe ci-
uile, quodque cognitio ſpectat ad Iudicem ſæ-
cularem, etiam quando puella ob raptum petit
ſibi conſtitui dotem, *Franc. Marc. quæſt*. 6. *p*. 1. ego

dicerem eſſe mixti † fori, quia reperitur à Canonibus fulminata contra raptores excommunicatio vti dictum eſt, ac ſpecialis impoſita pœna etiam ſæcularibus, *Pan. in c. cum ſit generale n. 6. & ſeq. & in fin. de ſor. comp. & ibi Can. communiter.*

Titulus XVIII.
De furtis.

SVMMARIA.

1 FVRVM *pœna iure Canonico.*

2 FVRANS *ex maxima neceſſitate famis, vel nuditatis nullum incurrit peccatum in foro contentioſo aut in foro anima.*

3 *Si neceſſitas non eſt multum vrgens, leuem pœnam incurrit.*

4 FVRTI *conſcius querenti Domino & ad eius inſtantiam non tenetur indicare furem ſed furtum.*

5 *Iudex ex implorato officio vel dum procedit per inquiſitionem generalem poteſt compellere aliquem ad indicandum furem.*

6 FVR *iure ciuili pro furto non punitur pœna mortis quam regulam Cepell. limitat octo modis.*

7 *Et iſtis caſibus quibus imponitur pœna furcæ non efficitur crimen publicum.*

8 FVRTI *actio non datur malæ fidei poſſeſſori ne ex improbitate ſua conſequatur actionem.*

DE furtis tractatur in inſtit. Imper. lib. 4.
1 tit. 1. Iure Canonico † furibus & latronibus, ſi in furando vel deprædando occiduntur, oratio & eccleſiaſtica ſepultura denegantur, quia conſtat eos in mortali peccato deceſſiſſe; *c. placuit 23. quæſt. 5. in fin. c. fures hoc tit.* ſi comprehenſi aut vulnerati confeſſi fuerint, communio & ſepultura eis non negatur: *d. c. fures h. t. c. pœnitentes in fi. 50. diſt. c. quæſitū eſt & c. ſeq. 13. q. 2.*
2 Furans † ex maxima neceſſitate famis vel nuditatis nullũ incurrit peccatũ in foro contentioſo aut in foro animæ, nec aliquam tenetur agere pœnitentiam, quia tempore neceſſitatis omnia ſunt communicanda, *c. ſi quis hoc tit. l. 2. §. cum in eadem in fin. ff. ad leg Rhod de iact. c. diſcipulos & c. ſeq. de conſecrat. diſt. 5. & ibi gl. in verb. fame c. ſicut §. 1. & §. ſeq. 47. diſt.* nec tenetur illud reſtituere cum poteſt, quod talis ſubtractio permittitur tempore neceſſitatis, *c. ſacrorum & c. ſeq. 12. quæſt. 2.*
3 ſi neceſſitas † non eſt multum vrgens, leuem pœnam incurrit; *c. exigunt in fine 1. quæſt. 7. Pan. in c. ſi quis n. 5. & 6. hoc tit.* ſecus eſt in alijs malis, quę tempore neceſſitatis non deſinunt eſſe mala, vt adulterari, peierare, idololatrare quæ prætextu paupertatis non ſunt committenda, & habet locum regula, potius omnia mala pati, quàm peccato conſentire, *c. ſicut 32. quæſt. 4. & ibi gloſſ. in ver. ſemel. palam §. non eſt ignoſcendum ff. de rit. nupt. c. quoniam & ibi gloſſ. in ver. paupertatis & Pan. n. 5. de ſim. c. itane 32. quæſt. 5.* Conſcius furti † querenti 4
Domino & ad eius inſtantiam non tenetur indicare furem, ſed furtum, alias teneretur reus furti, *c. qui cum fure hoc tit. & ibi Pan. n. 5. poſt Hoſt. Bart. in l. ciuile C. de furt. Franc. Marc. quæſt. 647. n. 3. par. 2. l. qui vas §, qui furem ff. h. t.* verum eſt quod ad inſtantiam partis quis tenetur teſtimonium dicere contra furem, *l. nullum C. de teſtib. Franc. Marc. quæſt. 561. n. 4. par. 2.* ſed aliud eſt perhibere teſtimoniũ, aliud eſt indicare ſine teſtimonio, nam cum quis teſtificatur, iam fur eſt detectus per accuſationem, ſed Iudex † ex implo- 5
rato officio, vel dum procedit per inquiſitionẽ generalem poteſt aliquem compellere ad indicandum furem, *l. congruit ff. de off. præſid. Bart. in d. l. ciuile C. de furt. & ibi DD. Anchar. in d. c. qui cum fure n. 3. hoc tit.* quia Iudices tenentur omnibus modis purgare prouinciam malis hominibus: *l. 3. ff. de off. præſid.* ex quibus iuſtificatur ſententia Epiſcoporum, qui quotidie ſubditos ſuos conſcios furti admonent, vt debeant reuelare & nõ reuelantes excommunicant. *Pan. in d. c. qui cum fure n. 2. h. t. text. in c. dilectus & ibi Pan. n. 1. de exceſſ. prælat.* Iure ciuili † fur pro furto regulariter non 6
punitur pœna mortis, *Authen. ſed noue iure C. de ſeru. fugit. Iul. clar. in §. furtum n. 7. Iaſ. in l. cum ſeruus n. 5. & 6. ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. Iaſ. in §. ex maleficijs Inſtit. de act.* quam regulam Cepell. limitat octo modis in d. authen. ſed nouo iure n. 87. & ſeqq. & DD. communiter Iul. clar. in §. furtum n. 8. & ſeq. latè Couar. var. reſol. li. 2. c. 9. n. 7. & 8. plures citans Franc. Marc. quæſt. 6. n. 4 par. 2. & iſtis caſibus quibus imponitur pœna furcæ, non efficitur † crimen publicum, vt qui- 7
libet de populo admittatur ad accuſandum ſed remanet priuatum, *Iaſ. in l. cum ſeruus num. 4. ff. de cond. cauſ dat.* non datur malæ † fidei poſſeſſori 8
actio furti ne ex improbitate ſua conſequatur actionem, *l. itaq. fullo in princ. verſ. ſed furti actio & l. qui re §. ſi quis furi ff. de furt. l. cum par. §. fin. & ibi gloſſ. ff. de reg. iur.*

Titulus

Titulus XIX.

De vſuris.

SVMMARIA.

1 VSVRA *eſt quicquid ſorti mutuale accedit, ipſius rei vſus gratia, ex pacto vel intentione præcedente.*

2 *Ex parte accipientis ad vſuram non eſt vis quid detur ratione lucri dummodo pecunia ſit æſtimabile.*

3 *Ex parte dantis ad vſuram non cadit niſi in mutuo vero vel palliato & in rebus in quibus conſiſtit mutuum.*

4 *Contractus in quo loco, alicui, pecunias vt teneat in banco ad pompam non eſt vſurarius.*

5 *Cenſus ſiue annuus redditus emptio non eſt contractus vſurarius.*

6 *Cenſus ſiue annus redditus quomodo hodie conſtituatur ex conſtitutione Pij V.*

7 *Contractus in quo vnus contrahentium dat certam pecuniam numeratam vt alio tempore certe ſibi grani, vini, vel olei menſura ab altero reddantur, ex ſua forma non cenſetur vſurarius.*

8 *Qui pannos, granum vel alias merces vendit vt amplius quam tunc valeant in certo tempore recipiat, ſi ea tempore contractus non erat venditurus, vſuram non committit.*

9 VSVRA *mentalis eſt prohibita & obligat ad reſtitutionem.*

10 VSVRA *dicitur quaſi raptus vſus vtroque teſtamento prohibetur.*

11 *Dominium rerum ſolutarum pro vſuris quæ conſiſtunt in pondere, numero & menſura transfertur in vſurarium quando ſunt conſumpta vel permixta ſed competit repetitio.*

12 *Quod ſi res mobiles quæ ſeruando ſeruari poſſunt vel res immobiles pro vſuris ſoluta ſint earum dominium non transfertur in vſurarium.*

13 VSVRARIVS *an teneatur ad reſtitutionem omnium quæ fuit lucratus de pecunia numerata an vero tantum ad reſtitutionem vſurarum.*

14 ANTVHVSIS *non eſt prohibita.*

15 VSVRÆ *triplices ſunt, alia ſunt merè lucratiuæ, quæ iure diuino ac etiam omni iure etiam nouiſſimo ciuili ſunt prohibita.*

16 *Sors principalis propter ſtipulationem vſurarum non amittitur.*

17 *Quædam ſunt vſuræ reſtauratiuæ damni, & iſta omni iure etiam diuino ſunt permiſſæ.*

18 *Quædam ſunt alicuius commodi percepti recompenſatiuæ, quæ omni iure ſunt permiſſæ.*

19 CAMBIA *ſunt licita vtilia & neceſſaria.*

20 *Triplicia ſunt realia.*

21 *Per literas.*

22 *Sicca.*

23 CAMBIA *& recambia vt debeantur mercatori propter retardatã ſolutionẽ quatuor requiruntur.*

24 ASSECVRATIO *eſt quando quidam ſuſcepit periculum mercium cuiuſdam nauis nauigaturæ, verbi gratia ex portu Romano in Hollandiam & ſi quidem ipſe nauta qui res tranſuehendas conduxit, ſuſcepit in ſe periculum rerum quæ portantur recepta certa mercede, pro centenario poteſt agi contra ipſum actione oneris auerti.*

25 *Si vero tertius ſuſcepit periculum maius, eſt quidem contractus emptionis, vel venditionis aut ſaltem ei maximè accedit, nam in aſſecuratione æſtimantur merces quarũ precium poſtea ſoluitur.*

26 *Imo tale pactum licitum eſt inter dantem & recipientem pecunias vltra mare vehendas quando dans in ſe ſuſcipit periculũ pecuniarũ ſi perierint.*

27 SOCIETATES *officiorũ quomodo contrahuntur.*

28 VSVRARIVS *contractus quomodo probetur.*

29 SVPERFVTATIO, *anaticiſmus, & fœnoris renouatio eſt prohibita etiam iure ciuili.*

30 VSVRARVM *in cauſa quis ſit iudex competens.*

31 VSVRARIORVM *multiplices ſunt pœnæ, clericus ſuſpenditur ab officio & beneficio ac ab obtento repellitur & obtinendo beneficio, laicus per iudicẽ eccleſiaſticum excommunicatur & eſt infamis.*

32 *2. Edunt libros rationum ſuarum.*

33 *3. Super computatione fructuum in ſortem aut repetionem ſolutarum à ſe vſurarum nulla: enus vſurarius auditur niſi prius reſtituat vſuras quas extorſit ipſe à reo ac etiam ab alijs nomine proprio vel ille cuius eſt hæres vel etiam alieno nomine & principalis non eſt ſoluendo.*

34 *4. Res ex vſuris empta eſt infecta & in ſubſidium pro illarum reſtitutione venditur.*

35 *5. Qui non habet in facultatibus, vnde vſuras valeat reſtituere ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, tenetur, vt prius in ſolidum.*

36 *6. Officiales communitatum ſtatuentes ſuper vſuris ſoluendis non repetendis, non reſtituendis, vel iudicantes ſecundum illa aut non delentes ſi poſſunt ſunt excommunicati.*

37 *7. Recipiẽtes in terris ſuis alienigenas volẽtes fœnus publicè exercere puniuntur pœnis hic ſpecificatis.*

38 *8. Vſurarij manifeſti non admittuntur ad communio-*

Digitized by Google

munionem altaris, oblationes, aut Chriſtianam ſepulturam, niſi aut reſtituerint, aut idoneè cauerint de vſuris reſtituendis.

39 *Teſtamenta manifeſtorum vſurariorum etiamſi deſierint vſuras exercere, exceptis Iudæis vſurarijs aliter quam præmiſſa ſatisfactione aut idonea cautione, ſunt irrita ipſo iure, idem iuris eſt in codicillis & qualibet alia vltima voluntate.*

40 9. *Manifeſtus vſurarius in cauſa reſtitutionis vſurarum non appellat, nec eius filij aut hæredes extranei.*

41 *Manifeſtus vſurarius quis dicatur.*
Vſurarius poteſt declarari poſt mortem etiã quoad annullationem teſtamenti & exhumationem.

42 10. *Dominium rerum quas creditor extorquet à debitore ex cauſa vſurarum, non tranſit in ipſum vſurarium.*

VSVRAM exercens rapinam facit & furtũ. *c. ſi quis & c. ſeq. 14. quæſt. 4.* & inſtar furis &
raptoris tenetur ad reſtitutionem, *c. cum tu hoc*
1 *tit.* ideo ſubijcit de vſuris. Vſura eſt † quicquid
ſorti mutuatæ accedit ipſius rei vſus gratia, *c. ſi*
feneraueris & c. ſeq. & c. vſura 13 quæſt. 3. ex pacto
vel intentione præcedente, *c. conſuluit hoc tit.*
Bald. in rubr. Cod. huius tit. n. 10. dicitur quidquid,
2 nam ex parte accipientis † ad vſuram non eſt
vis quid detur ratione lucri, ſiue conſiſtat in
dando ſiue in faciendo, dummodo pecunia ſit
æſtimabile & vltra ſortem exigatur, *c. putant &*
c. plerique 13 quæſt 3 l. rogaſti & ibi gloſſ. in verb. condici
non poſſe & DD. ff. ſi cert. pet. dicitur mutuata, quia
3 vſura ex parte † dantis ad vſuram non cadit niſi in mutuo vero vel palliato, *gloſſ. magna in ſumma 13. quæſt. 3. & ibi Can. c. conſuluit hoc tit. gloſſ. in c. conqueſtus in ver. de feudo & Can. hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ. 197. n 3. par. 2.* & in rebus in quibus conſiſtit mutuum, quia in iſtis transfertur dominiũ, & vſus rei non eſt ſeparatus à conſumptione rei, & ideo pro vſu rei mutuatæ nihil exigi poteſt, *gloſſ. mag. in ſumm. 13. quæſt. 3. l. 2. § mutui da-*
tio ff ſi cert. pet. Pan. in rubrica huius tit. n. 2. Bald. in
4 *rubric. C. huius tit. n.* 11. vnde contractus, † in quo
loco tibi pecunias, non vt expendas, ſed vt ad pompam teneas in banco, ſub certa parte lucri, non eſt vſurarius, quia tunc vſus ſeparatus eſt à pecuniæ dominio, & non eſt mutuum, ſed locati, *l. ſed mihi §. fin. & l. ſeq. ff. commod. gloſſ. in c. conqueſtus in verb. de feudo in fine verſ. item vbi pecunia datur ad pompã hoc tit. Pan. in rubr. huius tit. n. 3.* Præterea licitum erat iure Canonico veteri, dare a-
licui centum, † vt ipſe ſingulis annis in perpetu- 5
um, ſeu ad vitam ſuam ſeu hæredẽ, det tibi certum & annuum redditum, ſiue iſte redditus annuus conſtituatur ex redditibus alicuius fundi, *late Franc. Marc. quæſt. 21. par. 2.* aut oppidorum, terrarum, aliorumue bonorũ in contractu expreſſorum, & pro ipſius annui cenſus exolutione perpetuo obligatorum, cum pacto (quandocunque vellet libere, ſine alicuius requiſitione contradictione vel aſſenſu in toto vel in parte cenſum extinguere) reuenditionis pro eodem pretio, ad quã venditor inuitus nequaquam aſtringi deberet; *extrauag. 1. & 2. de empt. inter communes Gail. obſ. 7. & 3. ſeqq. lib. 2.* ſiue etiam conſtituatur ex laboribus liberæ perſonæ, vel ſerui, quia in veritate nõ interuenit mutuum; & ſicut quis libere poteſt emere annuum redditũ iam conſtitutum ab antiquo, ita licitum eſt, ſiue in perpetuum, ſiue ad certũ tempus, vel ſine tempore, *Hoſt. in c. in ciuitate n. 7. h. t. Fab. in l. vnica in fi. n. 1. C. de pact. pign. Iaſ. conſ. 153. vol. 4. Petr. Foller. de cõtract. cenſ. §. vt vides n. 14. Tiraq. de retract. conuent. § 1. gl. 2. n. 69. & ſeqq. vſque ad fin.* de nouo conſtitutum emere, *Pan. in c. in ciuitate n. 7. & 8. h. t. & ibi Io. And. n. 2. & Can. Bald. in l. ſi pater 2. C. de inoff. teſtam. in fin. l. ſi ea paſſione & ibi Bart. & DD. C. hoc, C. tit. latè Couar. var. reſol. lib. 3. c. 7. n. 5. & ſeqq. & c. 8.*
n. 7. & 8. Ex conſtitutione gloſſ. mem. Pij V. † 6
cenſus ſiue annuus redditus cõſtitui nullo modo poteſt pro ſe, aut perſona nominanda, *Rot. Farin. dec. 106. par. 2. l. ſecundum C. de contrahen. et commit. ſtipul & ibi DD. Alex. conſ. 232. n. 3. vol. 6. Greg. 15 dec. 157. & ibi annot.* niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, quæ nominatim certis finibus, *Rot. Farin. dec. 502. n. 8. & ſeqq. l. fin. & ibi gl. in ver. manifeſtum eſſet Bart. Salicet. & DD. C. de reb. cred.* deſignata ſit, *Rot. Farin. dec. 353. & dec. 502. p. 1. Bart. in l. demonſtratio falſa n. 14. verſ. 7. quæro ff. de cond. & demonſtr. l. forma ff. de cenſib. Greg. 15. dec. 355. & ibi annot.* vel in re cum alio communi, aut ſubiecta fideicommiſſo ſuper qua competit detractio legitimæ & trebellianicæ, aut in quæ fecit melioramenta, *l. qui tabernæ ff. de contrah. empt. & vend. c. paſtoralis de don. Bald. in l. 1. n. 2. & ibi Paul. de caſtro n. 4. C. qui teſtam. fac. poſſ. Alex in l. ſi domus §. ſi fundus n. 2. & ſeqq. ff. de leg. 1. l quod in rerũ §. ſi vſum fruct. ff. de leg. 1. l vxor patini C. de legat. Greg. 15. dec. 225. & ibi an. & dec. 256*

cuius

Digitized by Google

cuius valorem, quoad proprietatem & dominium, ſors, capitale, ſeu pretium cenſus, vel fructus cenſuum, fructus rei non excedant, *Greg. 15. deciſ. 388. n. 1. & ſeqq. & n. 5. Cin. de cenſib. par. 1. cap. 3. quaſtion. 2. art. 1. n. 8. & 9. l. 1. C. de ann. & tributis & ibi gloſſ. fin. lib. 10. l. obſiſtere C. eod. tit. & lib.* & niſi vere pecunia numeretur, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recipiatur integrũ & iuſtum pretium; quæ ſunt de ſubſtantia, & eorum neglectus vitiat conſtitutionem cenſus, *Rot. Farin. deciſ. 670. par. 1. Zaz. conſ. 12. lib. 1. Card. Seraph. deciſ. 1006. & deciſ. 1418. & deciſ. 169. c. fin. de cond. appoſ. l. per ſeruum § fin. ff. de vſu & habit. Bald. in c. 1. § fin. n. 7. per quos fiat inueſtitura Bart. in l. 2. n. 7. C. de iure emphyt. Bart. in l. ſi pater la. 1. in 2. lect. ff. de adopt. &c.* poteſt probari per teſtes, vel inſtrumentum, *Rot. Farin. deciſ. 539. par. 2. atteſtans de vſu Rota l. cum res C. de probat.* In eo non eſt licita pœnitentia, ſed emptor cenſus agit ad implementum, & in defectum implementi ad damna & intereſſe, & loco intereſſe petit ſortem principalem cenſus, non vt pretium, ſed vt intereſſe, *Bald. in l. ſi traditio n. 7. C. de act. empt. Rot. Farin. dec. 77. n. 2. par. 2. Greg. 15. dec. 88.* Re in totum vel pro parte perempta, aut infructuoſa effecta ad ratã petit cenſus, etiam quoad ſortem capitalem, *Rot. Far. deciſ. 175 par. 2. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 7. n. 5. Roman. conſ. 417.* niſi fructus illius partis quæ remanſit, ſufficiunt pro ſolutione cenſus, *Greg. 15. dec. 388. in fin. l. ſi vno § hoc idem ff. locat. l. forma § illam voluntatem ff. de cenſib.* alias non extinguitur, niſi per actualẽ reſtitutionem ipſius ſortis, *Rot. Farin. deciſ. 56 Pan. l. 1. t. & 2. C. quand. liceat ab empt. diſced.* præmiſſa ante id per bimeſtre, cui pretium dandum eſt, denunciatione, *Rot. Farin. deciſ. 492. n. 2. & ſeqq. & deciſ 535. par. 1.* poſt factam autem huiuſmodi denunciationem infra annum tamen, etiam ab inuito venditore, pretium cenſus repeti poteſt, & vbi pretium, nec volens intra bimeſtre ſoluit, nec ab inuito intra annum exigitur, nihilominus quandocunq; cenſus extingui poteſt, præuia tamẽ ſemper denunciatione, *§ volumus d. conſt. Pij V.* non obſtante longiſſimi temporis ac immemorabilis imo centũ & plurium annorum præſcriptione. Item plurima pacta reprobantur, quæ vitiantur & non vitiant conſtitutionem cenſus, *Rot. Far. d. deciſ. 670. par. 1. Card. Seraph. d. deciſ. 1418. & deciſ. 1431. Zaz. conſ. 12. lib. 1. Bart. in l. vbi ita donatur in fin. & per tot. ff. de donat. cauſ. mortis &c. & ibi DD. Bald. in l. 2. ſub n. 5. C. de iur. emph. & ibi DD. Bald. in c. 1. § fin. 7. per quos fiat inueſt. &c.* per eandem conſtitutionem datã 1568. cuius tenor eſt ſeruandus, *Nauar. in comm. de vſur. à n. 84. vſq; ad finem explicat dictam conſtitutionẽ.* Is cui conſtituitur, habet in re, ex qua cenſus debetur, aliquale dominium, quia res vbi vendenda eſt, dominus cenſus aliis præfertur in venditione voluntaria, & neceſſaria, quæ fit per viam ſubhaſtationis, *Greg. 15. deciſ. 193. per l. ſi ob cauſam C. de euict. l. ſi pignora ff. de euict. Idem deciſ. 425. Card. Seraph. deciſ. 1474. Rot. Far. dec. 620. par. 1.* eiq; denunciari debent conditiones, quibus vendenda ſit, & per mentem debet expectari, *Conſt. Pij V. in princ. verſ. vbi autem Greg. 15. dec. 425. Rot. Far. dec. 620 p. 2. arg. l. fin. § 1. C. de iur. emph. & c. potuit de loc.* exigit cenſus præteritus à quolibet ſucceſſore ſingulari, *Guido Pap. quæſt. 42. & q. 575.* nec exceptio excuſſionis poteſt ei opponi, quia cenſus eſt onus reale, quod tranſit cum ipſa re, *l. 2. & 3. C. ſine cenſ. vel reliq. &c. l. cum poſſeſſor § fin. ff. de cenſib. &c.* Simili ratione contractus in quo vnus contrahentium dat certã † pecuniam nume- 7
ratam, vt alio tempore certæ ſibi grani, vini vel olei menſuræ ab altero reddantur, ex ſui forma vſurarius non cenſetur, quia licet tunc plus valeant, vtrum plus vel minus ſolutionis tempore ſint valituræ veriſimiliter dubitatur, *c. fin. § 1. hoc tit. Bald. in rubric. Cod. huius tit. n. 12. l. ſi ea lege l. oleo C. h. t.* ſi certum eſt, quod tẽpore ſolutionis plus valerent, cum nemo præſumatur iactare ſuum, videtur paleatum mutuum, & contractus cenſetur vſurarius, *c. in ciuitate hoc tit. gloſſ. in c. fin. in verb. dubitatur & ibi Can. hoc tit.* eadem ratione qui pannos, † granum, vinum, oleum, vel alias 8
merces vendit, vt amplius quam tunc valeant in certo tempore recipiat, ſi ea tempore cõtractus non fuerat venditurus, vſuram non committit, alias ſi tunc fuerat vẽditurus, & plus recipit propter dilationem ſolutionis in alio termino, videtur ſimulatum mutuum, ſtocco, ſiue ciauantia nuncupatum & committitur vſura, *c. fin. § ſi. hoc tit. d. c. in ciuitate hoc tit. & vtrobique Can.* nam iura quæ permittere videntur deceptionem vſque ad dimidium iuſti pretij, *l. in cauſæ la. 2. § idem Pomponius ait ff. de in int. reſt. min. &c. cum dilecti c. pen. de empt. & vend. l. 2. C. de reſc. vend.* intelligenda ſunt, quando res & pretiũ ſunt de præſenti, ſecus quãdo differtur ſolutio pretij, quia tunc id

quod eſt vltra verum pretium, videtur conſtitu-
tum propter illam dilationem pretij, Pan. in c. in
ciuitate n. 6. hoc tit. ac quandoq; deceptio venit re
ipſa: ſed vbi dolus dedit cauſam contractui, vel
incidit in contractum, cōpellitur, tam clericus,
quam laicus ad reſtitutionem eius, quod habuit
vltra verum pretium in foro eccleſiaſtico con-
tentioſo, Pan. in c. in ciuitate n. 6. hoc tit. & ibi add.
Calder. in repetit. c. nauigantis n. 17. h. t. Mynſ. obſ. 73.
cent. 4 circa fin. Dicitur ipſius vſus gratia, quia ſi
pœnæ, vel intereſſe: vel damnorũ loco appone-
retur, non eſt vſura, c. conqueſtus & ibi gloſſ. mag. in
verbis de feudo hoc tit. & Can gloſſ in ſumma 13. quæſt.
3. §. alteri ſtipulari verſ. pœnam Inſtit. de inutil ſtipul.
§. fin. & ibi gloſ. in ver. probare Inſt. de verb. obl. Franc.
Marc. quæ. n. 4. in par. 1. per totam & q. 167. par. 2. di-
citur pactione, quia ſi ſine pactione aut exa-
ctione, gratis aliquid detur, non eſt vſura, Bald.
in l. rogaſti me §. ſi tibi ſub n. 4. & 5. ff. ſi cert. pet. per l.
ſi quis duos ff. de ſolut. Bald. in rubr. C. huius tit. in prin.
n. 14 & ſeqq. Innoc. in c. 1. in princ. hoc tit. Pan in c.
præterea in 1. not & n. 3. hoc tit. Prob. ad monach. in c. 2.
9 n. 16. h. t. in 6. Dicitur intentione, quia vſura †
mētalis eſt prohibita, & obligat ad reſtitutionē,
c. conſuluit hoc tit. ſecus in ſimonia mentali, quę li-
cet ſit prohibita, non tamen obligat ad reſtitu-
tionem, gloſſ. fin. in c. fin. de ſimon. & ibi Can. gloſſ. in
c. vnic in verb. receperit in fin. & ibi Can. de cleric. non
reſid. in 6. Zab. in clem. vnic. 24. & 25. quæſt. hoc tit. la-
tè Ioan. de Anan. in c. conſuluit. hoc tit. quia ex mu-
tuo nihil eſt ſperandum, c. conſuluit hoc tit. & ibi
poſt gloſſ. in verb ſperantes Can Archid. in c. ſi fænera-
ueris 14. quæſt 3. n 3. poſt fin. gloſſ. Dicitur vſura
10 quaſi † raptus vſus, quia rapit & inducit vſum,
vbi vſus non eſt, vtroque teſtamento nouo &
veteri prohibetur, quia eſt contra pietatem &
charitatem, nam debet quis ſubuenire proximo
in neceſſitate conſtituto, c. non ſatis 88. diſtinct. c.
dilectiſſimus 12. quæſt. 1. c. ſicut hi 47. diſtinct. præ-
terea eſt vitium quoddam contra naturam re-
rum, quia venditur vſus rerum, vbi vſus non eſt,
& pecunia germinat pecuniam, quæ naturali-
ter non eſt apta germinare, cum ſit tantum in
menſura rerum, l. 1. ff. de cont. empt. & c. c. eijciens
§. quicunque verſ. vnde ſuper & §. ſeq. 58. diſtinct.
Bald. in rubr. Cod. huius tit. in princ. & numeris ſeqq.
Pan. in rubr. huius tit. n. 5.

11 Dominium rerum † quæ conſiſtunt in pon-
dere, numero & menſura ſolutarum pro vſuris,
transfertur in vſurarium, quando ſunt conſum-
ptæ ſeu permixtæ, l. ſi à furioſo in fine & l. nam & ſi
fur. l. non omnes §. 1 in fine ff. ſi cert. pet. l. ſi alieni & ibi
gloſſ. in verb. accepit ff. de ſolut. ſed competit repeti-
tio, c. debitores de iureiur. Quod ſi res mobiles † 12
quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vel res immobi-
les pro vſuris ſolutæ ſunt, an earum dominium
tranſeat in vſurarium, difficultatem habet gloſ.
in c. ſi quis vſuram 14. quæſt. 4. dicit, quod poſ-
ſit concedi, quod transferatur dominium Ar-
chid. ibid. & ibi fuſe tenet ſumma Tabiena in
verb. vſura 6. in princ. ſed gloſſ. in c. ex tranſ-
miſſa in verb. licite in fine de decim. tenet quod
in vſurarium non tranſit dominium, ac idem
videtur ſentire Bal. in l. rem quam n. 2. in fine C.
de iur. dot. & in l. 2. n 3. & ſeqq. C. de pign. act.
Franc. in c. quanquam n. 16. hoc tit. in 6. Pan. in
c. cum tu n. 13. hoc tit. latè Angelica in verb. v-
ſura el. 2. n. 18. Syluest. in verb. vſura 16. in prin.
Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 3. n. 6. verſ. ſed ad hu-
ius plures citans, quæ opinio nihil placet, quia
ex contractu vſurario nulla oritur obligatio,
gloſſ. 1. in c. debitores de iureiur. & ibi Can. & nuda
traditione ſine titulo vero vel putatiuo non
transfertur dominium, l. nunquam nuda & ibi
gloſſ. ff. de acquir. rer. dom. l. traditionibus. & ibi gloſſ. C.
de pact. tum quia ſi vſurarius res huiuſmodi pro
vſuris acceptas alienauit, tertius poſſeſſor com-
pellitur officio Iudicis ad earum reſtitutionem
indiſtincte, ſiue poſſideat titulo lucratiuo, ſiue
oneroſo, qualis diſtinctio fit in re empta ex pe-
cunia fenebri, gloſſ. fin. in c. cum tu hoc tit. & ibi Can.
Bald. in l. ſi tutor n. 3. & ſeq. C. de ſer. pig. dat. man.
ſed non habet locum in ipſis rebus formaliter
datis pro vſuris, quia ſunt affectæ vitio, Angel.
in verſ. vſura el. 2. n. 18. in fine & ibi latè additio l. ſi
cum exceptione §. aliquando verſ. vnde & §. ſeq. ff. quod
met. cauſ. Bald. in l. 1. C. de pig. act. n. 3. & 4. dicens pi-
gnoratitiam, fæneratitiam eſſe perſonalem in rem ſcri-
ptam, quæ datur contra quemlibet ſingularem ſucceſſo-
rem. & iniquiſſimum eſt per illicitas vſurariorũ
extorſiones tertium locupletari, l. licet tantum §.
ex furtiua ff. de peculio l. fin. in fine princ. ff. de eo per quẽ
factum erit l. metum 3. §. fin. ff. quod met. cauſ. An vſu-
rarius † teneatur ad reſtitutionem omnium, 13
quæ fuit lucratus de pecunia vſuraria, an vero
tantum ad reſtitutionem vſurarum, vide Ar-
chid. in d. c. ſi quis vſuram n. 2. 14. quæſt. 4. & ibi
Bell. & Can. Anchar. in c. peccatum n. 23. & 24.
de

Digitized by Google

de reg. iur. in 6. Pan. in c. fin. n. 21. hoc tit. Franc.
in c. quanquam n. 14. hoc tit. in 6. & ibi Can.
14 Antichreſis † non eſt prohibita, *l. ſi ea pactione*
C. hoc tit. Archid. in c. plerique n. 1. 14. quæſt. 3. Gail. ob-
15 *ſer. 3. lib. 2.* Vſuræ triplices † ſunt, *Bald. in l. 2. C.*
hoc tit. Ioan. de Anan. in c. 1. poſt num. 6. hoc tit. Aliæ
ſunt mere lucratiuæ, quæ iure diuino & omni
iure, etiam nouiſſimo ciuili ſunt prohibita, *Iul.*
Clar. lib. 5. §. vſura n. 3. & 4. gloſſ. fin. in fine authen.
ad hæc C. de vſur. & ibi DD. Imol. in clem. 1. n. 8. hoc
tit. Couar. lib. 3. var. reſolut. c. 1. n. 6. Gail. obſ. 5. libr. 2.
n. 5. nec poſſunt peti in aliquo foro, quia ius di-
uinum vincit humanum, *Bald. in rubric. C. huius*
tit. in princ. Idem in l. rogaſti §. ſi tibi n. 13. ff. ſi cert.
pet. Salicet. in authen. ad hæc n. 3. C. hoc tit. nec li-
cet eas exercere etiam pro opere pio, *c. ſuper eo*
hoc tit. aut ſi mutuans in ſe ſuſcipiat periculum
pecuniarum, *c. fin. in princ. hoc tit. Franc. Marc. quæ.*
889. par. 1. Hinc infertur, quod ſi cui certa
quantitas legetur, & quoad præſtetur in ſingu-
los annos certum aliquid, veluti vſuras iuſſerit
præſtari teſtator, legatum ſortis valet, legatum
vſu, earum iure canonico non poteſt exigi, quia
nullo modo poteſt imponi vſura, etiam in vl-
timis voluntatibus, *l. 3. §. fin. & ibi Bart. & DD.*
ff. de ann. legat. &c. Bart. in l. 2. n. 3. ff. de iis quæ pœ-
næ nom. relinq. & ibi DD. tum quia iſta vſura pro-
uenit ex cupiditate & prouiſione Legatarij, qui
cum poſſit, non attingit hæredem ad ſoluen-
dam certam quantitatem legatam, *l. 1. §. 1. verſ.*
nec tamen ff. de vſur. Quando legatarius non po-
teſt exigere ſortem legatam, tunc valet lega-
tum vſurarum, quatenus probabilem modum
non excedit, vt teſtator alicui legat mille hac
lege, quod ſi hæres nollet ſoluere, non poſſet
cogi vſque ad decem annos, & pro eo tempo-
re quo nollet ſoluere, ſoluat certum quid pro
centenario, nam hoc caſu legatarius vſuras
percipit ex iudicio defuncti, non ex ſua cupi-
ditate, quia ab inuito hærede ſortem non po-
teſt exigere, *Bart. Socin. in l. 2. n. 7. & ſeqq. ff. de*
iis, quæ pœnæ nomine vel contra Franc. Aret. conſ. 151.
Rot. Farin. deciſ. 773. n. 6. plures cumulans Couar.
pract. quæſt. capit. 11. ſub n. 3. verſ. primum. Simile
eſt in vxore, quæ ſoluto matrimonio poteſt in-
fra annum vſuras petere dotis conſtitutæ in pe-
cunia, quam infra annum non poteſt exigere,
poſt annum vſuras non poteſt petere, quia po-
teſt ipſam dotem exigere, *l. in inſulam §. vſuras*
& ibi Bart. & DD. communiter ff. ſolut. matr. Pan.
in c. ſalubriter n. 5. & ibi Can. hoc tit. 2. Infertur,
quod mutuans certam ſummam pecuniarum
alicui cum pacto, quod ſors reſtituatur in pro-
ximis nundinis cum dono quinque pro cen-
tum, ſin minus cum dono decem pro centum
in ſequentibus nundinis, committit vſuram
quocunque nomine huiuſmodi interuſurium
fuerit appellatum, *c. ſi fœneraueris c. plerique 14.*
quæſt. 3. l. rogaſti § ſi tibi & ibi Bald. n. 3. & DD. ff. ſi
cert. pet. l. cum allegas C. de vſuris Rot. deciſ. 315. n. 2.
par. 2. diuerſ. Sors autem principalis † propter 16
ſtipulationem vſurarum non amittitur, quia
pactum vſurarium non vitiat pactum alias per
ſe licitum, ſed vitiatur, & pro non adiecto ha-
betur, *l. ſi pecunia ff. de vſur. l. 1. §. ſed ſi mihi ff. de*
verb. oblig. gloſſ. in l. eos §. ſi quis autem in verbo de ſu-
perfluo C. de vſur. Gail. obſer. 4. & obſer. 5. n. 7. libr. 2.
3. Infertur, quod creditor committit vſuram,
qui vult lucrifacere fructus rei ſibi pignoratæ,
qui ipſo iure attenuant ſortem, quando credi-
tor eos conſumpſit, *c. 1. & ibi Pan. & c. 2. con-*
queſtus hoc tit. 4. Infertur, quod pecunia, *Dec.*
conſ. 116. n. 5. Bald. in l. 1. in 9. quæſt. C. pro ſocio c. ple-
rique & ibi gloſſ. in verb. negotiationibus & Can. 14.
quæſt. 3. etiam pupillaris vel dotalis, non poteſt
abſque vſuræ crimine mercatori tradi hoc pa-
cto, vt quolibet anno ex ratione lucri, ſemper
ſalua ipſa ſorte, certa quantitas pupillo, aut vxo-
ri, vel marito detur, ſed conueniri poteſt, vt de-
tur certa pars ſiue quota lucri, *Couar. var. reſol. lib.*
3. cap. 2. vbi tradit tres concluſiones tomo 2. C. agn. in
repert. l. curabit n. 21. C. de act. empt. Pan. in c. per ve-
ſtros n. 3. de donat. int. vir. & vxor. &c. Franc. Marc.
quæſt. 887. n. 2. & n. 18. par. 1. 5. Quod ſocietas
ita coiri non poteſt, vt is qui pecuniam confert,
ſortem capitalem vocans, ſaluam habeat, da-
mnum vero non ſentiat, quia talis contractus
eſt vere mutuum, eo quod ſors nullo periculo
exponatur, ſed permaneat in dominio dantis,
ex parte vero eius qui operam ponit, valet pa-
ctum, quod nullam partem damni ſortis ſen-
tiat, lucrum vero commune ſit, *Gail. obſeru.*
24. lib. 2. Pan. in c. nauiganti ſub n. 11. de vſur. & ibi
Can.

Quædam ſunt vſuræ † reſtauratiuæ damni, 17
& iſtæ omni iure, etiam diuino ſunt permiſſæ,
quia quantum ad petentem ſunt, vt ſors, *c. dilecti*
ante fin. de for. compet. c. 2. & ibi gloſſ. in verb. in-

demnem & Can. & c.3. & ibi gloſ. in verb. Aſſertiones de fideiuſ. Bald. in l.2. n.2. C. h.t. Gail. obſ.6. lib.2. Ideo marito poſt moram in dando ſibi dotem debentur vſuræ conſtãte matrimonio quando ſuſtinuit onera matrimonij, & non alias, *l. in inſulã §. vſuras & ibi Bart. & DD. ff. ſolut. matr. c. ſalubriter h.t. Greg.15. dec.93. & ibi annot. Rot. Farin. dec. 471. gl. fin. in l. de diuiſione ff. ſol. matr. Greg.15. deciſ.573. n.7. & 8. & ibi annot. Pan. in c. ſalubriter n.4. hoc tit. & ibi Can.* 2. Fideiuſſor qui propter defectum debitoris cõpulſus fuit accipere ſub vſuris, vt ſolueret creditori vſuras & capitale, licite repetit vſuras, *c.2. & ibi gl. in verb. indemnem & C. de fideiuſ. Innoc. in c.1. h.t.* Imo ex aliquorũ opinione fideiuſſor qui ſatisdat pro eo, qui pecunias mutuo accipit ſub vſuris, pro ſatisdatione poteſt accipere vnũ vel duo pro centenario, quia fideiuſſor nõ poteſt eſſe ita ſecurus, quin poſſit interuenire aliquod periculum, vel ſaltem aliqua difficultas & labor in rehabendo, & ratione huius poteſt aliquid percipere plus vel minus, ſecundum periculi & rei qualitatẽ, *Sylueſt in verb. negotium n.4. & ſummiſta Io. de Anan. in c. naviganti n.42. h.t. qui dicit totius eſſe abſtinere & ibi Can. Bart. in l. hoc iure §.1. ff de donat. Dec. conſ.7. in princ. Greg.15. dec.76. n.4. & 5. & dec.161.* 3. Si debitor tenetur ſoluere ad certam diem, & quia non ſoluit creditor, ab aliis ſub vſuris accepit propter aliquã ſuam vtilitatem, & rei familiaris neceſſitatẽ, debitor tenetur creditori reſarcire has vſuras, *Bald. in l.2. n.2. C. h.t. Pan. in c.1. n.6. hoc tit. & ibi Inno. n.2. & Can.* verum animaduertendum eſt, quod nõ ſufficit creditori probare, quod acceperit pecunias ad cambium, poſtquã venerat dies ſolutionis, ſed eſt neceſſarium 1. quod probet in indiuiduo, quod ob non ſolutum debitum à debitore acceperit pecuniam ad cambium, & ex defectu ſolutionis dictę merces & cambia fuiſſent omiſſa, *l.3. §. fi. & ibi Caſtr. n.3. Iaſ. n.6. & 8. ff. de eo quod certo loco &c. Pan. in c. conqueſtus n.6. & ibi Can. hoc tit. Mohed. deciſ.3. hoc tit. Put. deciſ.231. lib.1. plures cumulans Franc. Marc. quæſt 167. n.7. & ſeqq. par.2.*

18 Quædam ſunt alicuius commodi † percepti recompenſatiuæ, quæ omni iure ſunt permiſſæ, quia potius loco permutationis quam loco pœnæ petuntur, *l. Iulianus §. ex vendito ff. de act. empt. l.2. C. hoc tit. l. curabit C. de act. empt. c. ſalubriter hoc tit. Couar. var. reſolut. lib.3. c.4.4.* fundantur in naturali æquitate, quæ eſt, quod quis cum aliena iactura non locupletetur, *l. ſi quis mancipiis §. proculus ff. de inſt. l. nam hoc natura ff. de cond. indeb.* Hinc emptor qui nactus poſſeſſionem fructus percepit, compellitur pretium, quod penes ſe habet cum vſuris reſtituere, quas perceptorum fructuũ ratio, licet nulla mora interceſſerit, generauit, *l. curabit C. de act. empt. d. l. Iulianus §. ſi ex vendito ff. de act. emp. pulchrè Mynſ. obſer.56. cent.4. dicens eum teneri ad intereſſe pretij, non ſoluti & lucri ceſſantis, Greg.15. deciſ.297. n.1. & ibi latè annot. & deciſ.347. & ibi annot.* niſi emptori fuerit data certa dilatio ad ſoluendum, qua pendente non tenetur ad fructus interim perceptos, *l. lecta §. ſed cum ſertiũ ff. ſi cert. pet. Paul. de Caſtro in l. Iulianus §. ex vendito ſub n.3. & 4. ff. de act. empt. Gab. conſ.57. n.5. vol.1. Dec. conſ.119. n.6. & 7. Greg.15. dec.297. n.1. & ibi late annot. & deciſ.573. n.6.* eadem æquitas intrat reſpectu vẽditoris, qui pretium recipit, & rem venditã retinuit, imo æquitas d. l. curabit, habet locum in omni contractu correſpectiuo, tam nominato, quam innominato, *Caſtr. in l. de diuiſione n.10. & ſeqq. & ibi Iaſ. n.15. in fi. & DD. ff. ſol. matr. Rot. deciſ.340. par. diuerſ. n.6.* ac retinente bona ſubiecta pacto cum onere dotandi, *Rot. diuerſ. deciſ.658. n.2 par.1. l. in minorum C. in quib. cauſ. in integ. reſtit.* non eſt neceſſe *l. ius io in verb. dumtaxat & DD. C. de pact. int. empt. & vendit. & ibi gloſſ. & DD. ff. de act empt. l.2. C. de vſur.* 2. Gener non compellitur ad fructus poſſeſſionum, quæ ſibi à ſocero pro numeranda dote ſunt obligatæ computandos in ſortem, *c. ſalubriter h.t.* 3. Generaliter concludi poteſt, quod licite qui percipit fructus ex poſſeſſione, data pecunia mutua, in pignus accepta, quando poſſeſſio erat ſua, vel ſibi debita, nec poterat eam aliter recuperare, & non cogitur eos computare in ſortem, vt dominus qui à vaſallo vel emphyteuta recipit pignori feudũ vel emphyteuſim: clericus qui de manu laici recipit pignori beneficium eccleſiæ, *c.1. in fin. & ibi gloſ. fin. Pan. n 5. Io. de Anan. n.5. & Can. communiter hoc tit.* imo à principio poſſunt partes taxare, intereſſe ob moram ſolutionis ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis, vel ob retardatam rei traditionem, quod non excedat legitimum modum, & ſit infra dimidium centeſimæ, nempe quinque pro centum, *Dec. in c. cum venerabilis n.57. & ſeq. & ſub n.65. & ibi Can. de except. Caſar. deciſ. 1. & 2. hoc tit. Couar. var. reſol. lib.3. cap.4. n.6.* non in debito certæ quantitatis, aut in pecunia mutuata,

Felin.

Digitized by Google

Felin.in c.cum venerabilis n. 9. de except. plures cumulans. ſed quando res eſt frugifera, Rot.farin.deciſ. 331.n.4 par.1.l.rogaſti §.ſi tibi & ibi Bald.n.3 & Dd. ff.ſi cert.pet.l.cum allegas iuncta l.ſi ea lege C. de vſu. quæ eſt notabilis limitatio ad regulam vulgarem quod taxatio fructuum ad rationem certi numeri pro centenario facta ab initio regulariter non valet, Cagn.in l.curabit n.36.C. de act.empt. Dec.conſ.116. quia procedit quando taxatio excedit fructus, ſecus quando eſt minor vel æquiualens fructibus, etiamſi intereſſe non videatur taxatum ratione fructuum, ſed pretij, quia intereſſe pretij non ſoluti habet reſpectum & relationem ad fructus, Cagnol.in d.l.curabit n.4.Rot. diuerſ.deciſ.340. per totam & n.70.par.1.& deciſ. 71.n.1.& 5.par.2.l.Iulianus §.ex vendito ff. de act. empt.& ibi poſt gloſ.in verb.poſt diem Dd.Dec.in c.cum venerabilis n.65.de except.

19 Cambia ſunt licita † vtilia, ac etiam neceſſaria, propter diuerſitatem pecuniarum quæ vno modo expenduntur in vna Prouincia, & alio modo in alia, & lucrum percipitur ex illis ratione Patriæ, quia pecuniæ alijs locis facilius & leuioribus vſuris inueniuntur, alijs difficilius & grauioribus vſuris: l.& in contraria ff.de vſur.l.ideo ff.de eo quod certo loco Bald.obiter in l.3.C. de inſtit.& exercit.act.operarum, quia campſor ſubit pericula viarum, damna nunciorum, penſiones apothecarum, ſalaria factorum, inſtitorum, famulorum, l.nihil intereſt §.nec pignora & ibi gloſ.in verb. pro operis ff.de naut.fen.l.traiectitia & ibi gloſ.1.& 3. ff.de act.& obligat.l.qui Roma §.Callimachus ff. de verb.oblig.Ioan.de Anan.in c.fin.n.49.& 50.& ſeqq. de vſur. & induſtriæ quæ accedit rei licitæ, l.ſi hæres la.1.in princ.ff. ad l.falcid. Iaſ.in l.1.nu.64.C.de ſumm.Trinit.

20 Triplicia ſunt † realia, per litteras, ſicca. Realia ſunt quando campſor ſibi cambiat ducatum, dando monetam, vel econtra recipiendo monetam dat tibi ducatum, & retinet vnum denarium veri valoris, vel accipit vnum denarium vltra verum valorem ratione laborum in tui & aliorum vtilitatem, quibus talia miniſtrantur, Arg.§.ſi quis autem in princ. Authen. de Iudicibus Archid.in c.2.n.4.14. quæſt.3. Hoſtien. in c.ſalubriter n.4. circa finem verſ.& forſan & tertius decimus hoc tit. Io. Andr.in c. conqueſtus in fine hoc tit. Hinc videmus quod facultas fœnerandi per bancum poſſit locari à Principe contra gloſ. in lib. quædam §. nummularios in verb. decurritur in fine, dicentem quod hodie quilibet eſt campſor pro ſua voluntate, ſequitur Guid. Pap. qu.287. & ratione facultatis fœnerandi Iudex condemnat in certa pecunia, Rot.diuerſ.deciſ.195.ſub n.2. verſ.tertio par.1.diuerſ.l.ſi ea pactione C.de vſur.& ibi Dd.gloſ. in c. conqueſtus in verb. de feudo in fin. hoc tit.

21 Per litteras † fiunt quãdo campſor diſtanter facit numerare pecunias, vt mercator recipit à me in hac ciuitate centum ducatos, & occaſione cambii facit mihi numerari nonaginta ducatos Neapoli, tale cambium eſt licitum, dummodo non nimis excedat modum, ſed fiat ſecundum generalem conſuetudinem mercatorum, etſi aliquid minus ſoluitur, illud ſoluitur ratione periculi & laborum, Bald.in rubric.C.de conſtit.pecun. n.1.Io.de Anan.in c.fin.ſub n.50. verſ.in ſecundo caſu hoc tit.Marſil.in repet.rubr.C.de probat.n.305.& ſeq. Rot.Farin.deciſ.304 par.2. continent huiuſmodi litteræ cambii tria commercia, vnum inter numerantem & dantem litteras, alterum inter numerantem & eum cui diriguntur litteræ, tertiũ inter dantem litteras & eum cui diriguntur, & omnibus iſtis caſibus verificatur debitum contractum vigore litterarum cambii, quia numerans ſoluit, vt illas litteras haberet, & obligatio licet recontracta, tamen eſt correſpectiua ad illas litteras, ſuntq; mandata quæ contrahuntur gratia mandantis, mandatarii & aliena, l.ſi procuratorem §.ſi tutores ff.mand.gloſ.in verb. quinq; modis Inſtit.de mand.& ibi Dd. Bald.conſ.348.vol.1. Rot. Card.Seraph.deciſ.562.n.3. Rota Genuen.deciſ.1.n. 27.& huiuſmodi litteræ eo ipſo quod ſunt lectæ & receptæ ab eo cui diriguntur cenſentur approbatæ, niſi in contrarium fuerit proteſtatus, l.ſi filiusfamilias la.2.& ibi Angel. in fine & Dd.ff. ad SC.Macedon.l.Titius la.2.& ibi Bart. in fi.& l.quidam ff.de conſt.pecun.l.cum tabernam §.1.ff. de pignor. late Rota diuerſ.deciſ.811.plures cumulans par.1. non liberant debitorem niſi fuerint ſolutæ, Salicet.in l.ſi filiusfamilias la.2.n.7.ff.ad SC. Maced.Caſt.in l.ſi debitorem n.3.ff.de nouat. Bald.in l.pro debito n.2.C.de bon.auct.iud.poſt.Rot.Farin.dec.679.n.7.par.1. cont. Bart.in l.ſingularia ff.ſi cert.pet.pulchrè Greg.15.deciſ. 217.& ibi annot.aut creditor ſecundum nummularium acceptauerit, l.inter cauſas §.abeſſe ff. mandat.& ibi gloſ.in verb. admittit allegat.concord. non pro ſoluendo, ſed pro ſoluto, l.ſi debitorem ff.de nouat.& deleg.Bald.conſ.348.ſub n.2.verſ.amplius dicendum lib.1.Greg.15.deciſ.217.n.4.& 5.& ibi annot.nõ

Digitized by Google

poſſunt à ſcribente reuocari, quia in ijs vertitur principaliter vtiliter vtriuſque partis, quæ non poteſt ſolà vnius voluntate auferri, *l. antepen. ff. de ſolut. l. ſi cum fundum ff. de pact. Bald. in rubric. Cod. de conſtit. pecun. n.* 16. Hæc cambia non ſunt vniformia, modo enim plus, modo enim minus, nonnũquam nihil lucri, quandoque etiam damnũ adferunt, & ideo ad eãdem rationem cum præſentibus futura cambia taxati non poſſunt: *l. ideo in fine ff. de eo quod certo loco dari oport. Rot. diuerſ. deciſ.* 315. *n.* 6. *par.* 1.

22 Sic et a † cambia committũtur circa tempus & dilationẽ ſolutionis, vt pro nouem præſentibus, conſtituo me ſoliturum decem poſt menſem, quia iſtud pretium temporis eſt vſura, *l. quod ſi ephesi in fin. princ. ff. de eo quod certo loco dari oport. l. hactenus §. fin. ff. de conſtit. pecun. c. in ciuit. c. conſilium. c. naviganti hoc tit. Bald. in rubric. C. de conſtit. pecun.*

23 Cambia & recambia † vt debeantur mercatori propter retardatam ſolutionẽ pecuniarum ſibi debitarum plura requiruntur, 1. vt creditor habeat facultatẽ à debitore in caſum moræ accipiendi pecunias ſibi debitas ad cambium & recambium damno prius debitoris, *l. pecunia §. vſurarum l. ſeia l. cum quidam §. explorato ff. de vſur. l. magnam C. de contrah. & commit. ſtipul.* aut ſi huiuſmodi facultatem non habet, præmittat proteſtationem & intimationem de hoc ipſi debitori *l. cum quidam §. ex locato l. mora ff. de vſur.* 2. quod cum effectu & realiter pecuniæ per creditorem accipiãtur ad dictam met cauſam ad cambium, idq; notificetur ipſi debitori ad effectũ, vt certo ſciat debitũ ſuum iam eſſe ſub vſuris, vt vbi velit, valeat te liberare à futuris, ſoluendo quod debet, *l. pecuniæ in fine princ. l. ſeia in fine l. cum quidam ff. de vſur.* 3. quod litteræ verè tranſmiſſæ fuerint ad nundinas, quia lucrum percipitur ex cambijs propter diuerſitatẽ regionum vt ſupra dictum eſt, *Rot farin. deciſ.* 52. *par.* 1. *l. quemadmodum §. ſi nauis verſ. plane ſi culpa ff. ad l. Aquil. l. naturalem §.* 1. *ff. de acquir. rer. domin. Afflict. deciſ.* 20. *& ibi Vrſill.* 4. quod probentur requiſita à Caſtr. in l. 3 §. fin. n. 3. ff. de eo quod certo loco, *Rot. diuerſ. deciſ.* 315. *n.* 6. *p.* 2. *Mohed. deciſ.* 3. *de vſur. Dec. in c. cum venerabilis n.* 57. *& pluribus ſeqq. de except. & ibi Can. Bart. in l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt n.* 29. *& ſeq. & ibi Dd. Iac. l. n. ſummis n.* 18. *ff. de in litem iur. Rot. Genuens, dec.* 37. *ſub n.* 11. quia ita demum maioris pecuniæ fit cõdemnatio, quam intentatum eſt, ſi actoris interſit, *l.* 2. *ff. de eo quod certo loco l. cum allegas C. hoc tit. & ibi Bald. n.* 26. & hæc obiter dicta ſufficiant.

24 Aſſecuratio eſt, † quando quidã ſuſcepit periculũ merciũ cuiuſdam nauis nauigaturę, verbi gratia ex portu Romano in Hollandiã, & ſi quidem ipſe nauta qui res tranſuehendas cõduxit, ſuſcepit in ſe periculũ rerum quæ portantur per mare, & recepit certã mercedẽ pro centenario & promittit emendare quocunq; caſu perdantur, ſiue tẽpeſtate maris, ſiue certis cauſis, eis deperditis poteſt agi contra eum actione oneris auerſi, *l. in naue Saupheli & ibi Paul. de Caſtro n.* 6. *ff. locat.* nã licet reſpectu operatũ nautæ, ſit locatio & conductio, & ſuſceptio periculi, ex natura locationis intelligenda foret de periculo eueniẽte culpa leuiſſima conductoris, & non de eueniẽte caſu fortuito, *§. quod fugerit & ibi poſt gloſ. in verb. is caſus Dd. Inſt. de empt. & vend.* tamen ex pacto expreſſo inter eos conuento de periculo rei, venit omnis caſus fortuitus, *l. quæ fortuitis C. de pign. act. l. quod ſæpe §. ſi res ff. de contrah. empt.* dictaque actio oneris auerſi eſt propriũ nomen actionis, & nõ concurrit cum alia actione, *d. l. in naue Saupheli & ibi gloſ. in verb. oneris auerſi & in verb. ſuperuacuum & Dd. ff. locat.*

25 Si vero tertius † ſuſcepit periculũ nauis iuxta formã hodiernã de apotheca ad apothecam, etiamſi nauis iam portũ exierat tẽpore aſſecurationis, & merces periiſſent negligentia vel dolo magiſtri nauis, quodq; nauis poſſit morari in itinere per aliquot dies in tali inſula vel portu, tunc eſt quidam contractus emptionis & venditionis, aut ſaltem ei maximè accedit, quia aſſecuratio fit pro certo pretio conuento, & qui aſſecurationem facit, dicitur emere euentũ periculi, & quia in aſſecuratione æſtimantur merces, quarum pretiũ poſtea ſoluitur, *l. periculi pretiũ ff. de naut. fœn. l. ſi iactum retis ff de act. empt. l ſi fiſtulas §. frumenta ff. de contr. empt. & ibi Dd. de quibus videlo. de Anan. in c. naviganti ſub n.* 42. *v.* 13 *quæro hoc tit. & ibi Can. Aluarum Valaſcũ deciſ. Luſitan.* 64. *Petr. Santarenſ. in ſuo tract. de aſſecurat. & ſponſ. mercat. Beneuẽtum Straccham in eodem tract. ſum Syluest. in verb. negotium n.* 4. *& ſummiſtas Greg.* 15. *deciſ.* 126.

26 Imo tale pactum † licitum eſt etiam quando fit inter dantem & recipientẽ pecunias, nam qui mutuat alteri mille aureos vltra mare vehendos, aliquid præter ſortẽ ipſam poteſt accipere in pretiũ ſuſcepti periculi, quando promittit eam pecuniam ſaluam fore, & ſi perierit, eam ſe non petiturũ, *l.* 1. *l. nihil intereſt l. periculi ff. de naut. fœn. l.* 1. *&* 2. *C. eod.*

Digitized by Google

eod.tit. In hac enim ſpecie quod vltra ſortẽ accipitur, datur propter iuſtiſſimam cauſam, nempe periculi, contra naturã mutui ſpectantis ad creditorem, Couar. var. reſolut. lib. 3. c. 2. n. 5. Lupus in c. nauiganti in præfat. n. 11. de vſur. Rot. Farin. deciſ. 304. ſub n. 4. par. 2. nec his obſtat c. nauiganti hoc tit. vbi vſura eſt, ſi is qui ſuſcepit in ſe periculũ mercium inde aliquid percipit, quia vt ibi notat Io. Calderi, illud eſt verum, quando percipit ratione mutui facti mercatori propter vſum pecuniæ, aut propter nudum intereſſe interuſurii temporis, non ratione periculi.

27 Societates officiorum † contrahuntur ad ſex menſes, & deinde ad beneplacitũ cum diſdicta quindecim dierum ipſi officiali faciẽda, & cum aliis pactis licitis & honeſtis iuxta motum proprium Fælicis record. Pii Papæ quarti, Caſtrac. de ſociet. c. 4. n. 19. & ſeqq. & c. 54. n. 14. Put. deciſ. 67. & deciſ. 68. lib. 3. Rota diuerſ. dec. 763. parte 1. currentibus dictis quindecim diebus durat ſocietas, Put. deciſ. 68. lib. 3. Caſtrac. de ſociet. cap. 61. niſi appoſitũ ſit pactum reſolutiuum in caſu negligẽtiæ debitoris negligentis id ad quod tenebatur præſtare, Rot. diuerſ. deciſ. 134. par. 1. diuerſ. conſiſtũt inter dãtes pecunias & ipſos officiales, Gabriel. conſ. 78. in princ. vol. 1. & conſ. 63. n. 5. & ſeqq. & n. 9. & ſeqq. vol. 2. Greg. 15 deciſ. 167. n. 3. & 4. Rot. Farin. deciſ. 117. par. 2. quæ alias deciſ. alleg. etiam quando ſuper vita alterius certæ perſonæ nominatæ poſita eſt pecunia; l. nemo l. ſi fratres §. idem reſpondit 1. & ibi gloſ. ff. pro Soc. Gabriel. conſ. 78. n. 1. vol 1. Caſtrac. de ſociet. c. 8. n. 29. & ſeqq. alii accedentes ſocietatibus non ſunt ſocii, ſed conueniuntur ex ſtipulatione per quã promittunt finita ſocietate reſtituere ſortẽ, & interim ſoluere fructus conuentos, Gabriel d. conſ. 63. ſub n. 7. Greg. 15. deciſ. 167. n. 4. & ſeq. adſeſunt annuos fructus ad rationẽ 12. pro centenario, Caſtrac. de ſociet. c. 3. n. 7. §. quos ſola incertitudo vitæ dantium pecunias non iuſtificat, niſi etiam concurrant officia vacabilia, non perpetua officialium pecunias accipiẽtium, quæ ſunt ſubiecta & fundamenta ſocietatum, Boccat. de ſociet. n. 196. & ſeqq. Greg. 15. deciſ. 107. nu. 4. & ibi annot. Rot. Farin. deciſ. 552. par. 1. Caſtrac. de ſociet. cap 5. n. 5. Rot. deciſ. 742. n. 5. & 763. n. 7. par. 1. diuerſ. ac neceſſe eſt, vt eorum pretia & fructus ſufficiãt pro tota ſumma accepta ad ſocietatem eiuſq; redditu, Boccat. de ſociet. n. 102. 126. & ſeq. quod ſi ſumma ad ſocietates accepta valorem officiorũ excedat, & concurrat ſcientia tam dantium pecunias, quam officialium, vel etiam officialiũ tantum, non ſuſtinentur ſocietates niſi vſq; ad concurrentem valorem officiorum, quia in eo in quo excedunt, deficit ſubiectum, Caſtrac. de ſociet. c. 6. n. 7. & ſeqq Boccat. de ſociet. n. 102. & 126. Greg. 15. deciſ. 167. n. 1. & 2. & ibi annot. quid autem ſit dicendum data ignorantia exceſſus in dantibus pecunias, vide latè Zacch. de ſociet. offic. nu. 71. & ſeqq. In eis pecuniæ non fiunt officialium eas recipientium, ſed remanent dantium ſub periculo amiſſionis earum in caſu mortis durante ſocietate, arg. l. decem ff. de verb. oblig. Rot. Farin. deciſ. 552. n. 8 parte 1. etiam quando pecuniæ datæ ſunt ſub periculo vitæ alterius, nam per obitum eorum qui pecunias dederunt, etiam quod perſona nominata ſuperuiuat, diſſoluuntur ſocietates, & officiales ex eo die non compelluntur ad ſolutionem fructuum, neque poſſunt lucrari ſortem, etiamſi poſtea perſona nominata moriatur, quia illa pacta durant tantum donec ſocietates ipſæ durant, Gabriel conſ. 78. vol. 1. Caſtrac. de ſociet. c. 27. n. 1. nihil autem commune habent cum cenſu vitalitio, quia in hoc dominiũ pecuniarum amittitur ab initio, quæ fiunt illius qui conſtituit ſe debitorem cenſus, Rot. Farin. deciſ. 552. ſub n. 8. par. 1. Durant ſocietates quamdiu ſupereſt aliquid ex officio ſuper quo contrahuntur, ideo non diſſoluuntur per venditionem tituli notariatus retento dominio ſcripturarum, Rot. deciſ. 175. par. 2. diuerſ. aut per venditionem alterius ex duobus pluribusq; officiis ſuper quibus fuerunt contractæ, Rot. deciſ. 555. par. 1. diuerſ. in vtramq; partem & deciſ. 288. par. 1. diuerſ. finiuntur ſocietates per obitus officialium, & venditionem officiorum, & ſors principalis eſt reſtituenda, Rot. Farin. deciſ. 149. n. 2. & ſeqq. par 1. ac is qui pecuniam dedit, eam amplius non poteſt amittere, neq; illam lucrari officialis, aut is qui bonam fidem recognouit, quia ſecundum expreſſam formam pacti requiritur, vt moriatur qui pecuniam dat durante ſocietate, ſed neque fructus poſt mortuum officialem vel venditum officiũ ab eo qui pecuniam dedit amplius licitè poſſunt percipi, quia ceſſat periculũ amiſſionis pecuniæ, Gabriel d. conſ. 63. n. 15 & ſeqq. vol. 2. & d. conſ. 78. vol. 1. Rot. deciſ. 67. par. 1. diuerſ. Item finiũtur per obitum dantium pecunias ad ſocietatẽ quas officialis lucratur, Caſtrac. de ſoc. c. 16. aliiſq; modis.

modis traditis in l. verum §. fin. & ll. ſeqq. ff. pro
Soc. & §. manet & §§. ſeqq. Inſtitut. de ſociet.
Rot. Farin. deciſ. 545. n. 2. par. 1. etiamſi ſint con-
tractæ ad certum tempus. *Caſtrac. cap 39. n. 2. & cap. 47. n. 2.*

28 Vſurarius probatur contractus † ex aperta
contractus iniquitate, *l. cum allegas* C. *hoc tit. c. ad
noſtram de empt. c. illo voc. de pign.* ex modicitate pre-
tii in venditione, quando concurrit pactum de
retrouendendo, cuius propriam vim & natu-
ram expendit Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 8.
quamuis emptor non ſit vſurarius, nec ſolitus
fœnerari, *Caſſ. ad deciſ. 1. & 2. hoc tit. plures cumulans,
licet Rolan. conſ. 58. vol. 4. aliter ſentiat gloſ. in c. con-
queſtus in verb. de feudo paulò ante fin. verſ. item ſi ven-
do tibi fundum hoc tit. quam ibi Innoc. Hoſt. Io. And. &
Can. ſequuntur communiter Mynſ. obſ. 62. cent. 3.* ex
præſumptionibus quæ oriũtur ex perſona, quod
conſueuit fœnerari, & probantur contractus
fœneratitii ab eo celebrati qui transferunt in
eum onus probandi, quod talis non fuerit de
contractibus illis illicitis. *Franc. in c. quanquam §.
cæterum n. 6. hoc tit. in 6. plures cumulans.*

Nullo modo licet cuiquam vſuras præteriti
temporis, vel futuri, in ſortem redigere, quia et-
29 iam iure ciuili ſuperfœtatio, † anatocilmus, &
fœnoris renouatio eſt prohibita, *l. fin. C. hoc tit.*
& vſuras vſurarum illicitè exigenti infamiæ ma-
cula ipſo iure irrogatur, *l. improbum C. ex quib. cauſ.
infam. irrogat.* niſi vſura præterita ſit oblata in
præſentia, & poſtea conceſſa ex cauſa mutui, nã
duo actus creduntur interuenite, *gloſ. fin. in l. fin.
C. de vſur. & ibi Dd.*

30 Iudex competens † in cauſa vſurarum eſt ec-
cleſia, quæ hoc in caſu vendicat ſibi iuriſdictio-
nem in laicos, *c. præterea hoc tit. & ibi Pan. n. 2. Pan.
in rubric. huius tit. n. 6.* cum hac diſtinctione. Aut
ſunt tales vſuræ quæ debentur iure canonico &
ciuili, & tunc Iudex ſæcularis poteſt in eis con-
demnare, aut conſtat eas non deberi, & poteſt
abſoluere, Aut dubitatur an contractus ſit vſu-
rarius & cauſa eſt eccleſiaſtica, quia vſura v-
triuſque teſtamenti pagina condemnatur, *cap. 3.
hoc tit. Franc. Marc. quæſt. 496. n. 21. par. 1.* & Iudex
ſæcularis qui remittit articulum ſpiritualem, de
quo ipſe non poteſt cognoſcere, ad Curiam ec-
cleſiaſticam, bene poteſt aſſignare terminum ad
comparendum in illa Curia, ſed non ad finien-
dam cauſam, *Bart. in l. præſes ſub n. 4. C. de appell. &
ibi Paul. de Caſtro ſub n. 2. & Dd. communiter*, quæ di-
ſtinctio non eſt adhibenda in cauſis ſpirituali-
bus in quibus indiſtinctè Iudex ſæcularis non
poteſt pronunciare. *Bald. in l. 1. C. de ſent. quæ ſine
cert. quantit. n. 14 gloſ. in ſumma 11. quæſt. 1. & ibi Can-
late Gemin. in c. 1. n. 5. hoc tit. in 6. Bald in l. 3. n. 2. C. de
iudic.* Quando non refricatur in dubium, an
contractus ſit vſurarius vel ne, ſed ſolummodo
repetuntur vſuræ, tunc vtique Iudex laicus eſt
competens, *Bald. in l. quoties C. de iud. ſub n. 3. in fin.
& 4. Iul. Clar. lib. 5 pract. crimin. §. fin. quæſt. 3. ſub n.
2. plures citans*, quando vero agitur criminaliter
contra vſurarium ad pœnas, tunc eſt mixti fori,
*Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 3. in princ. Clar. lib. 5. pract.
crimin. §. fin. quæſt. 37. ſub n. 2.* quæ omnia proce-
dunt, quando principaliter in iudicio deduci-
tur quæſtio vſurarum, cæterum quando inci-
denter opponitur per modum exceptionis con-
tractum eſſe vſurarium, tunc benè poteſt Iudex
laicus cognoſcere etiam ſuper quæſtione iuris,
& contractum tanquam vſurarium reſcindere,
*Iul. Clar. lib. 5. § fin. pract. criminal. quæſt. 37. nu. 2. in
fin. Guid. Pap. conſ. 180. n. 2.*

Multiplices ſunt pœnæ † vſurariorum de qui- 31
bus Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 3. 1. eſt, clericus
exercens vſuras, ſi monitus non deſiſtat, ſuſpen-
ditur ab officio & beneficio eccleſiaſtico, *c. præ-
terea hoc tit.* ac ab obtento repellitur, *c. ſi quis obli-
tus c. quoniam multi 14. quæſt. 4. c. 1. hoc tit.* & multo
fortius ab obtinendo beneficio, *c. inter dilectos de
exceſſ. Prælat. & ibi Pan. n. 6.* cum quo epiſcopus
diſpenſat poſt ſatisfactionem & pœnitentiam,
*gloſ. in c. præterea in verb. ſuſpendas hoc tit. Pan. in d. c.
inter dilectos n. 6. de exceſſ. Prælat.* Laicus iure ff. aut
Cod. in foro ſæculari criminaliter aliqua pœna
non punitur, *Dec. conſ. 169 per totum.* Iure nouiſ-
ſimo Authẽticorum punitur, *Iul. Clar. lib. 5. pract.
crimin. §. fin. quæſt. 37. & aliis ſupra allegatis*, & per
Iudicem eccleſiaſticum monitus non deſiſtens,
excommunicatur, *c. 2. & c. præterea hoc tit.* & eſt
infamis infamia iuris vel facti citra aliquam
ſententiam, *l. improbum C. ex quib. cauſ. infam. irrog.
& ibi add. ad Bart. Iul. Clar. lib. 5. §. vſura n. 16. plures
citans Garc. de benef. par. 7. ca. 80. n. 20. & ſeqq.* 2. fœ-
neratores in cauſis vſurarum coguntur per cen-
ſuram eccleſiaſticam edere † libros rationum 32
ſuarum, *clem. 1. § cæterum hoc tit. Iaſ. in l. 1. n. 8. & 9.
C. de eden.* 3. vſurarius ſuper computatione † fru- 33
ctuum in ſortem, aut repetitione ſolutarum à ſe
vſurarum

Digitized by Google

vſurarum nullatenus auditur, niſi prius reſtituat
vſuras quas extorſit ipſe à reo, ac etiam ab aliis
nomine proprio, vel ille cuius eſt hæres, *c. tua c.*
quia fruſtra c. Michael hoc tit. licet ex vſuris nihil
peruenit ad hæredem, quia non conuenitur ex
delicto defuncti, ſed ex quaſi contractu ratione
indebiti ſoluti, *gloſ. in c. Michael in verb. patet. & ibi*
Pan. n. 4. & Can. hoc tit. c. 2. & ibi gloſ. in verb. man-
dauerint & Can. hoc tit. in 6. vel etiam alieno no-
mine extorſit, & principalis non ſit ſoluendo, *c.*
fin. & ibi gloſ. 1. 46. diſtinct. Pan. in c. Michael n. 6. hoc
tit. An proxeneta contractus vſurarii teneatur
ad reſtitutionem vſurarum, vide Summ. Angel.
in verbo reſtitutio, verſic. Vſurarius n. 5. & ſeqq.
Rom. ſing. 275. fui interrogatus, factor ſiue in-
ſtitor banco præpoſitus ad earum reſtitutionem
non tenetur, *Iaſ. in l. 3. §. 1. n. 15. ff. quod quiſq; iuris*
tutor vero & Curator exercētes vſuras nomine
pupilli, dato quod vtilitas ad pupillum vel adul-
tum peruenerit, ad earum reſtitutionem tenen-
tur, *gloſ. in c. ſicut non ſuo 46. diſt. & ibi Can. Iaſ. in d.*
l. 3. §. 1. n. 15 ff. quod quiſq; iuris & Dd. eſtq; hæc exce-
ptio dilatoria quæ proponi debet ante litē con-
teſtatam & probari intra octo dies, *Pan. in d. c.*
quia fruſtra in fin. per verb. nullatenus indicatur poſita
in dicto textu, ab aliis autem ciuilibus actionibus
vſurarius non repellitur antequam reſtituat v-
ſuras, nam ſpeciale eſt cum reperit vſuras, vt non
audiatur, niſi reſtituat à ſe extortas, ergo in aliis
actionibus audiri debet hac exceptione nō ob-
ſtante, *c. quia fruſtra & ibi Pan. in 2. not. hoc tit.* non
impedit manutentionem, *Gregor. 15. deciſ. 107. n.*
2. & 3. quia concernit proprietatem. 4. Res ex v-
34 ſuris † empta eſt infecta, & in ſubſidium pro il-
larum reſtitutione venditur, *c. cum tu §. poſſeſſiones*
hoc tit. & ibi gloſ. fin. & Can. officio Iudicis, etiamſi
peruenerit ad tertium ex cauſa non onoroſa, ſed
lucratiua excuſſo prius vſurario & eius hærede,
arg. §. item ſi quis in fraudem. Inſt. de Action. l. ex hoc e-
dicto, in fin. princ. ff. de eo per quem facturа erit, non eo
reſpectu quod res ſit obligata, ſed ex quadam æ-
quitate, quia ex quo res mea vel mihi debita
peruenit ad te ex cauſa lucratiua, tu teneris ad
reſtitutionem, *l. ſi & me & Titium ff. ſi cert. petat.*
Pan. in c. cum tu n. 10. hoc tit. & in c. tua nos n. 3. 7. &
8. hoc tit. & ibi Can. Idem iuris obtinet in re ſecū-
do loco empta de pecunia redacta ex venditio-
ne rei emptæ de pecunia fœnebri, *arg. c. eccleſia el.*
2. vt lite pend. Goffr. in Summ. huius tituli n. 17. quod
ſi res empta de pecunia fœnebri titulo lucratiuo
deuenerit ad eum qui vſuras ſoluit, liberatur v-
ſurarius, *l. omnes debitores ff. de Action. & oblig. 5.* Qui
non habet in facultatibus † ſuis vnde vſuras va- 35
leat reſtituere, nulla pœna mulctatur, cū eū nota
paupertatis euidenter excuſet, ſi tamen ad pin-
guiorem fortunam peruenerit, tenetur vt prius
in ſolidum, nec habetur ratione egeat in po-
ſtea quæſitis, *c. cum tu §. illi autem & ibi gloſ. in verb.*
in facultatibus & Can. hoc tit. & Pan. n. 10. 6. Offi-
ciales communitatum, † facientes, ſcribentes, 36
vel dictantes ſtatuta, quod ſoluantur vſuræ, vel
quod ſolutæ, cum reperuntur non reſtituantur
plenè & liberè, aut ſcientes iudicantes ſecundū
ea, ipſo facto ſententiam excommunicationis
incurrunt, eandem etiam ſententiam incurſuri,
niſi ſtatuta huiuſmodi edita de libris commu-
nitatum ipſarum, ſi ſuper hoc poteſtatē habue-
rint, intra tres menſes deleuerint, aut ſi ipſa ſta-
tuta, ſiue conſuetudines effectū eorum habētes
quoquomodo præſumpſerint obſeruare, *clem. 1.*
hoc tit. 7. Nullum collegium nec alia vniuerſitas
vel ſingularis perſona cuiuſcūq; ſit conditionis,
poteſt † permittere alienigenas publicè fœnebrē 37
pecuniam exercentes, aut exercere volentes ad
hoc domos in terris ſuis conducere, vel condu-
ctas habere, aut alias habitare, ſed huiuſmodi v-
ſurarios omnes intra tres menſes de terris ſuis
tenentur expellere, nemo illis ad fœnus exercē-
dum domos poteſt locare, aut ſub alio quocūq;
titulo concedere, qui contra fecerint ſi perſonæ
fuerint eccleſiaſticæ, epiſcopi, ſuſpenſionis, mi-
noris perſonæ ſingulares excommunicationis,
Collegium autē, aut alia vniuerſitas interdicti
ſententiā ipſo facto incurrunt, quā ſi per mēſem
animo ſuſtinuerint indurato, terræ ipſorū, quā-
diu in eis iidem vſurarii commorantur, ex tunc
eccleſiaſtico ſubiacēt interdicto, & illis recedē-
tibus ceſſat interdictum, ſi laici fuerint per ſuos
ordinarios per cenſurā eccleſiaſticā compeſcū-
tur, *c. 1. hoc tit. in 6.* 8. manifeſti vſurarii † non ad- 38
mittuntur ad communionem altaris, id eſt ec-
cleſiam quando celebrantur Diuina, oblationes
aut Chriſtianam ſepulturam, *c. 3. hoc tit. & ibi Pan.*
n. 23. & ſeq. nec requiritur præcedens ſentētia Iu-
dicis, *Pan. in d. c. 3 n. 9. hoc tit.* imo licet hæres velit
ſatisfacere, non tamen debet vſurarius admitti
ad ſepulturam eccleſiaſticā, quia ex quo deceſſit
in mortali peccato, reſtitutio hæredum non li-

berat animam ſuã, oportet ergo quod ipſemet
reſtituat, vel caueat de reſtituendo, ita quod ap-
pareat non deceſſiſſe in illo peccato, *gloſ. in c. 2. in
verb. mandauerint in fine hoc tit. in 6. Pan. in c. 3. n. 4.
hoc tit.* & hæres tenetur reſtituere, *c. tua nos hoc tit.*
etiamſi de vſuris nihil ad eum peruenerit inſoli-
dum, niſi fecerit inuentarium, *c. epiſcopus qui filios
& ibi gloſ. mag. 12. quæſt. 2. c. fin. & ibi gloſ. fin. & Can.
de ſepult. c. 2. & ibi gloſ. in verb. mandauerint & Can.
hoc tit. in 6.* quia, vt dictum eſt cõuenitur ex quaſi
contractu defuncti, Clericus qui acceperit ob-
lationes, vel chriſtianæ tradiderit ſepulturæ,
iuxta Concilium Lateranenſe quæ acceperit
reddere compellitur, & donec ad arbitrium e-
piſcopi ſui ſatisfaciat, ab officio ſui maneat ipſo
iure executione ſuſpenſus, *c. 3. §. qui autem hoc tit.
& ibi Pan. n. 9.* & corpora eorum exhumantur,
ſi ab aliorum corporibus diſcerni poſſunt, &
procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactantur, *c. ſa-
cris de ſepult. Franc. in c. 2. n. 21. hoc tit in 6.* ex conſti-
tutione Concilii Lugdunenſis vſurariis mani-
feſtis, quanquam de vſuris quas receperunt ex-
preſſa quantitate, vel indiſtinctè ſatisfieri in vl-
tima voluntate mandauerint, eccleſiaſtica ſe-
pultura denegatur, donec de vſuris his à quibus
ipſas extorſerunt, vel ipſorum hæredibus, vel his
non ſuperſtitibus pauperibus loci in quo fuerũt
extortæ vſuræ, *c. cum tu & ibi Pan. n. 4. & ibi Can.
hoc tit.* fuerit, prout patiuntur facultates eorum,
plenarie ſatisfactum vel illis, quibus facienda
eſt reſtitutio, ſi præſto ſint ipſi, aut aliis qui eis
poſſint acquirere, vel eis abſentibus loci ordina-
rio, aut eius vicẽ gerenti, ſiue Rectori parochiæ
in qua teſtator habitat, coram aliquibus fide di-
gnis de ipſa parochia aut ſeruo publico de ipſius
ordinarii mandato idoneè de reſtitutione fa-
cienda ſit cautũ per teſtatorem, aut poſt mortẽ
illius quando iuſſit ſatisfieri de vſuris per eius
hæredes, *gloſ. in clem. 1. in verb. manifeſtos de ſepult. &
ibi Can. Franc. in c. 2. hoc tit. in 6. n. 11. & ibi Can.* cum
expreſſa receptarum vſurarum quãtitate, ſi ma-
nifeſta ſit, alioquin alia quantitate recipientes
cautionem huiuſmodi arbitrio moderanda, qui
ſi ſcienter minorem, quã veriſimiliter creditur,
moderetur, ad ſatisfactionem reſidui de ſuo te-
netur. Religioſi & alii qui manifeſtos vſurarios
contra formam præſentis ſanctionis ad eccle-
ſiaſticam admiſerint ſepulturam pœnę prædicti
Concilii Lateranenſis ſubiacent, *c. 2. hoc tit. in 6.*
& ex conſtitutione Concilii Viennenſis ipſo iu-
re excommunicationis ſententiæ ſubiacent, a
qua nullatenus abſoluuntur niſi prius ad arbi-
trium diæceſani epiſcopi eis, quibus per pręmiſ-
ſa fuerit iniuria irrogata, ſatisfactionem exhi-
buerint competentem, nullo eis circa præmiſſa
exemptionis vel quouis alio priuilegio ſub qua-
cunque forma verborum conceſſo, ſuffragante,
clem. 1. in princ. de ſepult. Nullus teſtamentis † mani- 39
feſtorum vſurariorum poteſt intereſſe, aut eos
ad confeſſionem admittere ſiue abſoluere, niſi
de vſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo pro
iuribus ſuarum facultatum præſtent idoneam.
cautionem, Teſtamenta quoq; manifeſtorũ v-
ſurariorũ, etiamſi deſierint vſuras exercere, *Iul.
Clar. §. teſtamentum q. 26. n. 4.* exceptis Iudæis vſu-
rariis, qui ſunt extra eccleſiam, *Iul. Clar. §. teſta-
mentum q. 26. n. 5.* aliter quã præmiſſa ſatisfactio-
ne, aut idonea cautione facta, ſunt irrita ipſo iu-
re, *c. 2. §. nullus & §. teſtamentũ hoc tit. in 6. Iul. Clar.
§. teſtamentum q. 26. n. 2. Couar. var. reſol. lib. 3. c. 3. n.
6.* & prius facta non firmãtur per ſubſequentem
cautionem, præſertim ſi eadem poſt mortem
præſtetur, quia ab initio non valent, *d. §. teſtamẽ-
ta & ibi gloſ. fin. in fine & Gemin late n. 6. Io. And. in
gloſ fin. & Can. Iul. Clar. §. teſtamentum q. 26. n. 3. Co-
uar. var. reſol. lib. 3. c. 3. poſt n. 9. verſ. 12.* Idem iuris eſt
in codicillo & qualibet alia vltima volũtate, *gloſ.
fin in d. §. teſtamenta Iul. Clar. §. donatio q. 7.* 9. ma-
nifeſtus vſurarius in cauſa † reſtitutionis vſurarũ 40
non appellat, *c. quam pernicioſum hoc tit.* nec eius
filii, aut hæredes extranei, *c. tua nos hoc tit.* datur
autem optio Iudici quam ex dictis pœnis vſura-
rio velit infligere, *c. quoniam frequentes §. fin. in fine
vt lit. non conteſt. Pan. in c. cum tu n. 8. hoc tit. gloſ. fin.
in c. præterea & ibi Pan. n. 4 hoc tit. & Can.* Manife-
ſtus † vſurarius eſt qui eſt notorius, vel de iure, 41
quia conuictus & condemnatus de vſuris, vel
confeſſus coram Iudice, vel notorius notorieta-
te facti, vt quia publicè tenet bancum paratum,
*c. fin. in fine de cohab. cleric. & mulier. Pan in c. 3. in fine
verſ. ſed pro declaratione hoc tit. & ibi Can gloſ. in c. 1. in
verb. manifeſtis hoc tit. in 6. & ibi Can. Iul. Clar. d. §.
vſura ſub n. 15.* aut quando coram ſacerdote & te-
ſtibus confeſſus eſt ſe vſurarium, & mandauit
reſtitui vſuras, & reſignauit libros, quæ omnia
coniunctim requiruntur, quia ſola confeſſio ex-
traiudicialis non facit aliquem manifeſtum vſu-
rarium, *gloſ. 1. in c. 2. hoc tit. in 6. & ibi Franc. nu. 3. &
Can.* vel quando conſtat ex aliis præſumptioni-
bus,

Digitized by Google

bus,fama,inſtrumentis vſurariis, libto rationũ, & poſt mortem poteſt ferri ſententia declaratoria etiam quoad annullationem teſtamenti & exhumationem, *c. cum in diœceſi & ibi gloſ. pen. & Pan. n. 6. & ſeq. hoc tit. pulchre Fred. de ſen. conſ. 8. Frãc. in c. 2. n. 11. hoc tit. in 6. Iul. Clar. lib. 5. §. vſura nu. 15.*

42 ro. pœna eſt, quod dominiũ terum, † quas creditor extorquet à debitore ex cauſa vſurarum, non tranſit in ipſum vſurarium, *Syluest. in verb. vſura. 6. in princ. Couar. var. reſol. lib. 3. c. 3. poſt n. 6. verſ. ſed ad huius &c. Iul. Clar. lib. 5. §. vſura n. 12.* vti dictũ eſt ſupra illud notandum eſt quod ſufficit remiſſio illius qui vſuras ſoluit, vt euitetur peccatum, abſque reſtitutione reali, quando vſurarius eſt paratus reſtituere vſuras, & non alias, *Pan. in c. cum tu in fin. hoc tit. & ibi Can. 10. de Anan. in c. conſuluit ſub n. 1. verſ. nota quid libera hoc tit. c. peccatum & ibi gl. in verbo reſtituitur Dyn. & Can. de Reg. iur. in 6.*

Titulus XX.

De Crimine falſi.

SVMMARIA.

1 FALSI *crimen eſt mixti fori.*

2 FALSI *pœna canonica eſt multiplex ſecundum diuerſitatem falſitatum.*

3 *Quando ciuiliter agitur producenti Inſtrumentũ ſuſpectum de falſo, iudex ad inſtantiam partis præfigit certum terminum ad deliberandum an velit dicto inſtrumento vti.*

4 *Impugnanti priuilegia de falſitate, iudex præfigit certum terminum ad tam probandũ, & ſi in termino non probauerit, imponit ei perpetuũ ſilentiũ.*

5 *Falſitas commiſſa circa literas prouiſionum Papæ aut inferiorum eſt ſufficiens ad imponendum perpetuum ſilentium ſuper ipſo beneficio.*

6 *Falſitatẽ committens in cauſa circa acta, eam perdit.*

7 *Quando agitur criminaliter inſpici debet, circa quæ falſitas eſt commiſſa falſarii literarum Papæ, per ſe vel alios ſunt ipſo iure excommunicati, clerici eccleſiaſticis omnibus officiis & beneficiis priuati, & qui per ſe falſitatis vitium exercuerunt degradati ſæculari poteſtati traduntur.*

8 *Literis apoſtolicis ab alio falſificatis vtentiũ pœna.*

9. *Pœnæ quæ ipſo iure infliguntur ſtatim vbi falſum eſt commiſſum, intelliguntur inflictæ nec ius eſt qualiter fuerit actũ, an ciuiliter vel criminaliter, quæ diſtinctio adhibetur in pœnis infligẽdis per iudicẽ.*

10 *Qui habet literas apoſtolicas falſificatas per alium & eis non vtitur nulla pœna afficitur.*

11 *Clerici falſificantis ſigillũ regis vel principis, pœna.*

12 *Falſificãtis literas aliorũ prælatorũ, vel publica inſtrumẽta vel priuata aut falsũ teſtimoniũ dicẽtis pœna.*

13 *Falſificantis literas capituli pœna.*

14 *Falſi pœna eſt arbitraria.*

IVXTA ordinem decalogi cõpilator ſubnectit de crimine falſi titulum generalem & deinde duos ſpeciales. Crimen falſi eſt mixti † fo- 1
ri, *Pan. in c. cum ſit generale n. 24. de for. compet. Idem in c. ad falſariorum n. 4. hoc tit.* omiſſis traditis in Inſtit. Imper. tit. de public. iud. §. item lex Cornelia de falſis, Pœna canonica falſi † eſt multiplex 2
ſecundum diuerſitatem falſitatum, & modum agendi de eis; quando ciuiliter † agitur, produ- 3
centi inſtrumentum ſuſpectum de falſo, Iudex ad inſtantiam partis poteſt præfigere certũ terminum ad deliberandum, an velit dicto inſtrumento vti, nec admittere debet reſponſionẽ eius conditionalẽ, quod intendit eo vti, ſi & in quãtum ſit verum, & legitimè confectum, & non vltra nec aliter, *c. porrecta & ibi Can. de confir. vtil. vel inut. Archid. in c. in memoriam n. 12. diſt. 19. l. Titia ff. de accuſ. l. mancipiorum ff. de opt. vel elect. leg. Bart. in l. pen. ff. ad leg. Cornel. de falſ. n. 1. & 2. Lap. alleg. 119. Ferret. conſ. 88. lib. 1.* eadem ratione Iudex impugnanti † priuilegia de falſitate, poteſt præfigere 4
certum & peremptorium terminum ad probãdum falſitatem, & ſi in termino non probauerit, imponere ei perpetuum ſilentium, *c. accepimus de fid. inſtrum. & ibi Pan. n. 3. & Can. communiter,* ſimiliter ſufficit vitium falſitatis commiſſæ, tam circa litteras † prouiſionum Papæ, quam aliorũ 5
inferiorum ad imponendum perpetuũ ſilentiũ ſuper ipſo beneficio, ei, qui falſitatem huiuſmodi perpetrauit, *c. olim ex litteris de reſcript. & ibi Pan. n. 2. & Can. l. in fraudem §. 1. verſ. quoties & ibi gloſ. in verb. cadat & Dd. ff. de iure fiſ.* violans acta Iudicũ contra eadem non auditur, *c. cum olim el. 2. in fi. de off. deleg.* generaliter qui falſitatem committit in cauſa, † circa acta, ſecus ſi circa alia, puta teſtes, 6
vel inſtrumenta, perdit eam, *gloſ. in d. l. in fraudem §. 1. verſ. quoties in verb. cadat & ibi Bart. & Dd. ff. de iur. fiſci gloſ. fin. in l. 1. C. de fori & impetr. act. ſubl. & ibi Bart. in rubr. in fine,* Quando agitur criminaliter, † inſpici debet, circa quæ falſitas ſit cõmiſſa, nã 7
falſarii litterarũ apoſtolicarũ, qui per ſe, vel alios vitiũ falſitatis exercẽt, cũ fautoribus & defenſorib⁹, anathematis vinculo ipſo iure sũt innodati, & clerici qui falſarii fuerint deprehẽſi, omnibus officiis & beneficiis eccleſiaſticis perpetuo ſunt priuati, quiq; per ſe falſitatis vitiũ exercuerunt,

poſtquam per eccleſiaſticum Iudicem fuerint
degradati,etiam non data incorrigibilitate, ſæ-
culari poteſtati traduntur ſecundum conſtitu-
tiones legitimas puniendi, *cap. ad falſariorum in
princ. hoc tit. & ibi Pan. Anchar. & Can. Garc. de beneſ.
par. 11. cap. 10. §. 2. n. 170.* Qui litteris apoſtolicis
8 †ab alio falſificatis vtuntur, ſi clerici fuerint, of-
ficiis & beneficiis eccleſiaſticis ſpoliantur per
ſententiam, ſi laici, tamdiu ipſo facto maneant
excommunicationi ſubiecti, donec ſatisfaciant
competenter,ita tamē vt malitia grauius, quam
negligentia puniatur, *d. c. ad falſariorum §. qui vero
& ibi Can.* Idem obſeruatur etiam de iis, qui lit-
teras impetrant apoſtolicas per ſuggeſtionem
falſitatis, *d. c ad falſariorum in fin. & ibi Pan.* In lit-
teris gratiæ præſumitur malitia & ſcientia falſi-
tatis, niſi probetur ignorantia, In litteris iuſtitiæ
præſumitur ignorantia falſitatis, quia de facili
obtineri poſſunt, *c. accedens & ibi gloſ. 1. & 2. Pan. n.
5. & Can. hoc tit.* vbi dubitatur de falſitate com-
miſſa circa litteras Papæ, ſuſpectus capitur &
detruditur in carcerem, vel aliam cuſtodiam, vſ-
quequo ſedes apoſtolica conſulta definiat, quid
ſit ſtatuendum, *c. in memoriam 19. diſtinct. c. ſuper
hoc tit. & ibi Can.* Eſt autem notādum quod pœ-
9 næ, †quę ipſo iure infliguntur, ſtatim vbi falſum
fuerit commiſſum, intelliguntur inflictæ, nec
ius eſt, qualiter fuerit actum ciuiliter an crimi-
naliter *gloſ. not. in clem. 1. §. penult. in ver. eo ipſo incur-
runt de hæret. gloſ. 1. in l. infamem & ibi Dd. ff. de publ.
iud.* In pœnis infligendis per Iudicem, adhiben-
da eſt diſtinctio, an ciuiliter vel criminaliter a-
ctum ſit, *gloſ. in c. ad falſariorum in verb. deprehenſi &
ibi Pan. n. 8. & Can. hoc tit.* Qui habet apoſtolicas
10 litteras † falſificatas per alium & eis non vtitur,
nulla pœna afficitur, ſed poſſunt Prælati eccle-
ſiarum generalem ferre ſententiam excommu-
nicationis, quam per ſingulas parochias frequē-
tius faciant innouari, Quod ſi quis falſas litteras
apoſtolicas ſe habere cognoſcat, intra viginti
dies illas deſtruat, aut reſignet, ſi pœnam ex-
communicationis voluerit euadere, quam nul-
lus relaxare præſumat ſine ſpeciali mandato Pa-
pæ, niſi in mortis articulo, *c. dura §. fin. hoc tit.* ex
quot & quibus ſignis falſitas litterarum apoſto-
licarum apparere poteſt, traditur in c. licet, &
11 c. quam graui hoc tit. Clericus falſificans † ſigil-
lum Regis vel Principis, à ſuis ordinibus degra-
datur, in ſignum maleficii character aliquis ei
imprimitur, quo inter alios cognoſcatur, contra
regulam l. ſi quis in metallum Cod. de pœnis &
Myns. obſ. 46. cent. 2. & ab epiſcopo, prouincia
ipſa ab eo abiurata, in exilium mittitur, *c. ad au-
dientiam hoc tit.* falſificans litteras † aliorū Præla- 12
torum vel publica Inſtrumenta aut priuata, aut
falſum teſtimonium dicens, de rigore iuris de-
ponitur ab officii honore, & detruditur in mo-
naſterium, vt ibi quamdiu vixerit, laicam dum-
taxat communionem accipiat, id eſt in refecto-
rio, dormitorio, choro, & aliis ſtet inter laicos,
c. ſi epiſcopus 50. diſtinct. & ibi Præpoſ. Gemin. in fine,
falſificans litteras † capituli, quæ ſummo Ponti- 13
fici fuerunt præſentatæ, ipſo iure ab officio &
beneficio eſt ſuſpenſus, donec mereatur ſedis a-
poſtolicæ indulgentiam obtinere, *c. tam litteris
in fine de teſtib.* ideo quidam rectè ſentiunt, quod
falſitatis pœna eſt arbitraria † Iudici ſecundum 14
qualitatem capituli, aut alterius, cuius ſigillum
aut litteræ falſificantur, & ſecundum qualitatē
negotii in quo falſitas committitur. *Pan. in c. tam
litteris ſub n. 4. de teſtib. l. vbi falſi C. de falſ. & ibi Dd.*

Titulus XXI.

De Sortilegiis.

SVMMARIA.

1 SORTILEGIVM *eſt mixti fori.*

2 SORTES *duplices ſunt illicitæ & licitæ, illicita eſt ſors diuinatoria.*

3 *Licitæ ſunt ſors diuiſoria & conſultoria.*

4. SORTILEGII *abſolutio reſeruatur epiſcopo.*

5 *Sortilegii pœna eſt arbitraria.*

6. *Sacerdotis qui cantauit miſſam defunctorum pro inimico viuo, vt is mortem incurrat, pœna.*

7 *Sacerdotis & miniſtri eccleſiæ qui altaria veſtibus exuit aut luminaria extinguit in alterius perniciem pœna.*

8. SORTIBVS *licitis res dirimuntur in caſibus à iure expreſſis.*

9 *à Iudicio ſortis non appellatur.*

10. *Prohibentur in electionibus prælatorum ac in omni electione ad officia eccleſiaſtica.*

11. *Sortibus quando ſit locus pulchra diſtinctione explicatur.*

12. *Inter plures fratres diuiſio hæreditatis paternæ debet fieri ſorte vel officio iudicis quia de iure frater maior natu non tenetur facere partes, & minor eligere.*

SORTILEGIVM in ſe cōtinet falſitatē, *c. hi qui
c. illud c. qui ſine 26. q. 1.* eſt crimē eccleſiaſticum,

c. contra

Digitized by Google

1 *c.contra idolorum 26.quæſt.5.* imo mixti † fori, quia
locus eſt præuentioni inter iudicem eccleſiaſti-
cum & ſæcularem, *l.nullus l.nemo C.de maleſ.&*
mathem.Pan.in c.cum ſit generale n.26. de foro comp.
Pan.in c.1.n.1.& 3.hoc tit. Inquiſitor hæreticæ pra-
uitatis ſe de ſortilegiis intromittere non poteſt,
niſi ſapiant manifeſtam hæreſim, *c.accuſatus §.ſa-*
2 *ne de hæret.in 6.* ſortes duplices † ſunt, *gloſſ. in ſum-*
ma 26.quæſt.2. Archid.in c.ſors 26. quæſt. 2. Illicitæ
& licitæ. Illicita ſors eſt diuinatoria, quæ eſt ars
diuinandi futura ſub nomine fictæ religionis
per quaſdam, quas ſanctorum ſeu apoſtolorum
ſortes vocant, aut quarumcumq; ſcripturarum
inſpectionem, *c.ſortilegi 26.quæſt.1.c.hi qui 26. qu.*
2. c.aliquanti 26.quæſt.5. aut per auguria, auſpu-
cia, conſtellationes, geneſes, aut incantationes,
c.illud 26.quæſt.2.c.1.26. quæſt.3.& 4.c.1.c.epiſcopi
& c.fin.26.quæſt.5. à ſanctis Patribus ſub anathe-
mate damnatæ, *26.quæſt.59.in ſumma & c.1.& c.*
ſortes c.ſi quis clericus c. a augurijs & per totam quæſtio-
3 *nem.* Licitæ ſunt † ſors diuiſoria, qua quæritur,
quod cuilibet dandum ſit, ſiue illud ſit res, ſiue
honor, ſiue pœna, ſiue actio aliqua, *l.ſi cum ambo*
ff.de iud.l.ſi quæ ſunt cautiones ff.famil. erciſc. l.ſi duo-
bus C.comm.de legat.& fideic. §.optionis Inſtit. de le-
gat.l.2.C.quom. & quando quarta pars lib.10. & ibi
gloſſ in verb. in ſortium & ibi Bart.n.6. & ſors con-
ſultoria cum quæritur, quid ſit agendum, *gloſſ.in*
ſumma 26.quæſt.2.in fin. Archid.in d.c.ſors eod. quæſt.
1.& caſu.

Sortilegij variæ ſunt pœnæ, nam abſolutio
4 † recuſatur epiſcopo, qui poteſt laicos, qui ſe
nolunt emendare, ſi ſerui ſunt, verberibus caſti-
gare, ſi liberi, includere ſiue incarcerare, & in
diſtrictam pœnam dirigere, *c.contra 26. quæſt.5.*
vel eos turpiter dehoneſtatos, puta mittando
& ponendo ad ſcalam cum vituperio, eiicere
extra diœceſim; *c.epiſcopi 26.quæſt.5.* quia ſunt in-
fames, & repelluntur ab accuſatione & teſti-
monio; *c.quiſquis in fin.2.quæſt.8. c. conſtituimus 2.*
quæſt.5. clericos vero ſuſpendere ad tempus ab
adminiſtratione altaris, *c.2.hoc tit.* vel priuare
officio & beneficio de rigore iuris, *c.non oportet c.*
aliquanti 26.quæſt.5. vel in monaſterium detru-
dere ad perpetuam pœnitentiam agendam, *c.ſi*
quis epiſcopus 26.quæſt.5. vel aliter punire arbitrio
5 † ipſius epiſcopi, qui in imponenda pœna ſorti-
legis, vel eos conſulentibus, debet animaduer-
tere ad qualitatem, & quantitatem delicti, &
ad animum delinquentis; & ſecundum hoc
pœnam imponere, quandoq; acerrimam, quan-
doq; leuem, *Pan.in c.2.in princ.& n.4. hoc tit.* Sa-
cerdos † qui cantauerit miſſam defunctorum 6
pro inimico viuo, vt is mortem incurrat, depo-
nitur, & tam ipſe ſacerdos, quam is qui ſacerdo-
tem ad talia incitauerit, perpetuo exilio puni-
untur, *c.quicunque §.plerique 26.quæſt.5. Niaz. in*
pract.crimin.Can.quæſt.40. Sacerdos vero, † & 7
miniſter eccleſiæ, qui altaria veſtibus exuit, aut
lugubri veſte accingit, vel extinguit luminaria
in perniciem alicuius, deponitur, niſi coram
metropolitano pœnitentiam egerit, exceptis il-
lis, qui hoc faciunt propter hoſtilitatem, hære-
ticos, vel alia iuſta de cauſa, *d.c.quicunq; 1.reſp. 26.*
quæſt.5. prætera poteſt epiſcopus auctoritate
ſua cum ipſis diſpenſare, *gloſſ.fin.in fin. in c.2.hoc*
tit.

Sortibus licitis † res dirimuntur in caſibus à 8
iure expreſſis, & non aliis, *Iaſ.in l.ſi duobus n.9. C.*
comm.de legat.& fideic. & à iudicio ſortis † non 9
appellatur, quia fortuna non habet ſuperiorem
in hoc mundo, *Bald.in d.l.ſi duobus n.1.& 2.* Pro-
hibetur ſortis † vſus, non ſolum in electionibus 10
Prælatorum, ſed etiam in electionibus com-
promiſſariorum, ac in omni electione ad officia
eccleſiaſtica, electionesque ſunt ipſo iure nullæ,
quia agitur de præiudicio eccleſiæ, & per ſor-
tem poſſet indignior præfici, ſecus eſt inter lai-
cos vel inter clericos quoad temporalia, *c.fin.hoc*
tit.& ibi Pan.n.4.& 5. & Archid.n.3.in fine, vel di-
ſtingue latius ex gloſ. additionali in l. ſi duobus
in verb. fortunam C. comm. de leg. &c. & ibi
DD. Aut factum eſt incertum, † aut ius, 1. caſu 11
in iudicio non admittitur ſors, *l.1. & ibi gloſſ.in*
verb.prohibebit in fine & DD.G.vti poſſid. ſed dicen-
ti incumbit onus probandi, *l.ei qui ff.de probat.c.*
fin.6.quæſt.5. Aut factum eſt certum, & ius in-
certum, ſi tractatur de præiudicio alterius quã
contendentium, & iſte ſit minor, tunc nunquã
recurritur ad iudicium ſortis, *§.ſi ex teſtamento*
Inſtit.de ſatiſd.tut.vel curat.& ibi gloſſ.pen. & DD. ſi
vero ſit maior viginti quinq; annis, tunc ad pe-
titionem illius Iudex iubet eos facere ſortem, vt
ſi is cui legatum fuerat, antequam conſtitueret
qua actione vti vellet, deceſſerit duobus hære-
dibus relictis, quorum alter rem vendicare vult,
alter in perſonam agere, petente hærede legun-
tur ſortem iacere, *l.huiuſmodi §.fin.ff. de leg.1. Io.*

Digitized by Google

And. in c. duobus ſub n.7. verſ. in gloſſ. non tenentur de reſcript. quod ſi tertius non petat iudicium ſortis, tunc Iudex compellit eos ad concordiam, aliquando præciſe definiendo, & ſententiando inter eos quis ſit potior, *l. ſancimus §. me autem verſ. ſin autem* C. *de donat.* aliquando cauſatiue ſi volunt audiri, & ſic per denegationem actionis, *l. huiuſmodi §. fin. ff. de leg. 1. & ibi Bart.* Aut tractatur de præiudicio contendentium, & ſi nolunt fortunam Iudicem diſcordiæ eligere non compelluntur, ſed mutuo ſe impediunt, *l. 2. verſ. cum ſingulis ff. quib. modo vſuf. vel vſus amitt.* ad petitionem alterius Iudex eos compellit ad ſortem, vt quando plures cohæredes ſimul inſtituunt iudicium familiæ erciſcundæ, ſorte dirimitur, quis ſit reus, *l. cum ambo ff. de iud.* In extraiudicialibus ſors non eſt prohibita, vt ſi vnius Legatarij, cui optio data eſt, plures hæredes extiterint, & inter ſe circa optandum diſſentiant, alio aliud corpus eligere cupiente, ne pereat legatum, ſorte hoc dirimitur, *§. optionis Inſtit. de legat. l. ſi duobus* C. *comm. de legat. &c.* quando pluribus legatur ſeruus vel alia ſpecies, vni debetur res, alij æſtimatio, ſi inter eos oritur controuerſia, quia vterque eorum vult rem, ſorte dirimitur, *l. ſi duobus in princ.* C. *comm. de legat. &c.* quando
12 plures fratres † veniunt ad diuiſionem, diuiſio debet fieri ſorte vel officio iudicis, quia de iure frater maior natu non tenetur facere partes & minor eligere, *Iaſ. in d. l. ſi duobus n. 7. Bart. in l. vnica n. 2.* C. *de iis qui ſe deferunt lib. 10.*

Titulus XXII.

De colluſione detegenda.

SVMMARIA.

1 COLLVSIO *eſt inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio.*

2 *Pœna colluſionis varia eſt, & recenſentur quatuor.*

PRÆTEREA in colluſione ineſt falſitas, eſt e-
1 nim inter actorem † reum latens & fraudulenta conuentio. *c. ſi quem in princ. & §. præuaricatos & §. præuaricatorem 2. quæſt. 3. gloſſ. 1. in c. audiuimus hoc tit. & ibi Can. l. 1. verſ. præuaricatorem ff. ad Sen. Conſ. Turpill. l. 1. ff. de præuaricat.* Pœ-
2 na † eius varia eſt, nam Iudex deſiſtente accuſatore poteſt inquirere ſuper eadem inſtantia de crimine illato, etiamſi accuſatus cum accuſatore in gratiam redierit, *c. 2. hoc tit. & ibi Pan. c. ſi quem in princ. 2. quæſt. 3. c. ecce 24. quæſt. 3.* 2. Poteſt inquirere, an per gratiam & ex charitate, an vero ex præmio comparata ſit eorum amicitia, *c. 1. hoc tit. & ibi gloſſ. pen. mag. Pan. & Can.* Quando autem ſuper crimine tranſigi poſſit, dixi tit. de tranſact. 3. Abſolutio obtenta de criminibus illatis per colluſionem, nõ impedit facultatem, iterum ex integro accuſandi & inquirendi de eiſdem criminibus, *c. fin. hoc tit.* conſtito de prioris accuſatoris præuaricatione, *l. præuaricationis ff. de præuaricat.* 4. Clerici qui ſuper beneficiis à ſe quiete poſſeſſis per colluſionem nomine tranſactionis ſoluunt pẽſiones annuas aliis, vt poſt mortem eorum in beneficiis illis, ſuper quibus colluſio facta eſt, ius ſibi valeant vendicare, perpetuo dictis beneficiis ſpoliantur, *c. audiuimus hoc tit.* quia ſatis eſſet iniquum, ſi fraus & dolus quæ in præiudicium viri ſis epiſcopi ordinarij collatoris & aliorum nituntur committere, in eorum non redundaret incommodum & iacturam, *l. 1. l. nec ex dolo ff. de dolo l. non fraudantur l. nemo ff. de reg. iur. & ibi gloſſ. alleg. concord.*

Titulus XXIII.

De delictis puerorum.

SVMMARIA.

1 PVERIS *attribuitur omne peccatum furtum, periurium, mendacium præter delictum carnis.*

2 PVERITIA *incipit à ſeptennio, & finitur in maſculo in decimo quarto anno, & in fœmina, in duodecimo anno, infra ſeptennium infantia nuncupatur.*

3 PVERI *non ita ſeuere ſunt puniendi, ſicut maiores.*

4 *Idem obtinet in minoribus, quando delictum non ex animo, ſed extra venit, & ſic propter minorennitatem probanda ſunt circumſtantiæ, quæ dolum excludunt.*

5 *Puer percutiens clericum, incidit in excommunicationem, ſed abſoluit eum epiſcopus.*

6 INFANTIBVS *nullum delictum imputatur.*

7 PATER *non tenetur pœnam pecuniariam, in qua condemnatus fuit filius ob delictum ſoluere, ex legitima vel alimentis filio debitis.*

DELICTA

Digitized by Google

DELICTA & à maioribus 25. annis & à minoribus commiſſa punienda ſunt, nam
1 pueris † attribuitur omne peccatum, furtum, periurium, mendacium &c. quibus pueris ætas plena eſt, præter delictum carnis, *c. 1. hoc tit. l. ſi minor. ff. de adult.* ſtuprum in puero committi
2 poteſt, *l. ſtuprum ff. de adult.* pueritia † incipit à ſeptennio, & finitur in maſculo in decimo quarto anno, & in fœmina in duodecimo anno, infra ſeptennium infantia nuncupatur, *l. ſi infanti C. de iur. delib. & ibi not. DD. §. pupillus & ibi gloſſ. in verb. infans & verb. infantia proximus & DD. Inſtit. de inutil. ſtipulat. gloſſ in proem. libr. 6. in verb. perfectus & ibi Canon. Pan. in rubric. huius tit. n. 1. & ibi Canon. Ioann. de Anan. c. 1. n. 4. hoc tit.*

3 Pueri † non ita ſeuere ſunt puniendi ſicuti maiores, quia ætas excuſat à tanto, non à toto, *c. 1. in fine & c. 2. & ibi gloſſ. in verb. multum hoc tit. l. auxilium §. 1. ff. de minor. 25. annis l. impunitas C. de pœnis*, quando non ſunt doli capaces, *l. 1. & ibi gloſſ. in verb. minores & gloſſ. ſeq. C. ſi aduerſus delict. l. pupillum ff. de reg. iur. l. impuberem ff. de furt. & ibi DD.* Idem obtinet in minoribus, † quan-
4 do delictum non ex animo, ſed extra venit, *l. 1. C. ſi aduerſ. delict. & ibi gloſſ. in verb. extra venit, & DD. Bart in l. ſi quis in tantam n. 7. & 8. C. vnde vi, & ibi DD. qui excuſant minorem 18. annis à pœna dicta legis Decian. conſ. 24 vol. 4. excuſat minorem 18. annis furem à furca, vol. 2. l. 1. §. fin. & ibi gloſſ in ver. non tenentur ff. commod. l. fere in omnibus ff. de reg. iur.* & ſic præter minorennitatem, probandæ ſunt circumſtantiæ, quæ dolum excludant, nam ſicut in delictis & furtis dolo commiſſis, minoribus per in integrum reſtitutionem non ſubuenitur, *l. in ſumma §. nunc videndum l. auxilium, ff. de minorib.* ita nec in pœna parcitur propter ætatem, etiam pupillo pubertati proximo, *l. excipiuntur iuncta l. 1. §. quæſtionem verſ. potuiſſe ff. de SC. Syll. &c. §. 1. & ibi gloſſ. & DD. Inſtit. quib. mod. tut. finit. l. ſi arroganti ff. de tut. Grammat. deciſ. 48. qui loquitur in minore 20. annorum condemnato ad furcas, ob multiplicata furta minimarum ſummarum pecunia. Contrarium quod pœna furti mitiganda ſit in minore, 25. annis conſuluit Rolan. conſ. 77. per tot. vol. 3.*
5 Puer percutiens † clericum, incidit in excommunicationem, ſed abſoluit eum epiſcopus, & propter ætatem non debet accedere ſedem apoſtolicam pro abſolutione, ſiue ante, ſiue poſt pubertatem poſtulet ſe abſolui, *c. 1. in fin. de ſent. excomm. Pan. in c. 2. ſub n. 4. hoc tit. Fran. Marc. quæſt. 613. par. 1.* Infantibus † nullum delictum impu- 6
tatur, *l. infans ff. ad leg. Cornel. de ſicariis &c. c. illud 15. quæſt. 1. §. pupillus Inſtit. de inutil. ſtipul. & ibi DD.* Pater † non tenetur pœnam pecuniarum, in 7
qua condemnatur filius ob delictum, ſoluere ex legitima aut alimentis filio debitis, *c. 2. hoc tit. & ibi Pan. in 2. not. l. 1. C. ne filiis pro patre &c.* niſi in quantum pater locupletior factus eſt ex delicto filij, *l. licet §. ex furtiua ff. de pecul.* quia viuente patre legitima non poteſt ſeparari à bonis patris, *l. 1. § ſi impuberi ff. de collat. bonor.* & quamuis pater teneatur alere filium, tamen æs alienum non cogitur exoluere, *l. ſi quis à liberis §. ſi mater in fine ff. de lib. agnoſc. & alien. &c.*

Titulus XXIV.

De clerico venatore.

SVMMARIA.

1 VENATIO *triplex eſt oppreſſiua hominum, clericis ſemper prohibita.*

2 *Arenaria quæ fit in arena cum feris indomitis, etiam clericis indiſtincte prohibita.*

3 *Saltuoſa & clamoſa quæ fit cum canibus, falconibus, accipitribus, clericis illicita etiam pauperibus, niſi ius venandi eis competat ex fundatione aut cauſa neceſſitatis, vel rariſſime venentur cauſa recreationis.*

4 *Quædam eſt venatio, quæ fit cum retibus aut laqueis, & hæc licita eſt clericis.*

5 CLERICORVM *qui ſæpius venatione detinentur pœna, variatur ex qualitate clericorum, epiſcopus tribus menſibus à communione, presbyter duobus, diaconus vero ab omni officio per ſententiam ſuſpenditur, clerici conſtituti in minoribus & beneficiati arbitrio epiſcopi.*

HVNC ſubiicit compilator de ſpecialibus delictis clericorum, & 1. de venatione,
quæ triplex † eſt, *gloſſ. 1. in c. qui venatoribus 1. 86. diſtinct. Panorm. in c. 1. n. 1. hoc tit. Franc. Marc. q. 529. par. 1. per totum,* vna oppreſſiua hominum clericis ſemper prohibita, quia non debent pugnare, etiam contra infideles, *c. ex mulcta §. fin. de vot. &c. c. petitio de homicid. vol. vel caſ.* laicis permiſſa, quando mouent bellum iuſtum, *c. fin. in fine diſtinct. 6. c. ſicut el. 3. de iureiur.*

Alia

2 Alia arenaria, † quæ fit in arena cum feris indomitis, etiam clericis indiſtinctè prohibita, *arg. c. 1. hoc tit.* laicis permiſſa ſub diſtinctione, nam qui operas ſuas, vt cum beſtiis depugnarent, locant, notantur infamia, ſiue depugnarent, ſiue non, quod ſi depugnauerunt cum non locaſſent, non notantur, non enim qui cum beſtiis depugnauit, notatur, ſed qui operas ſuas in hoc locauit, deniq; ij qui virtutis oſtendendæ cauſa hoc faciunt ſine mercede non notantur, niſi in arena paſſi ſunt ſe honorari corona, vel alio ſimili præmio; Si quis operas ſuas locauerit, vt feras venetur, vel vt depugnet feram, quæ regioni nocet, extra arenam non notatur, *l. 1. §. Item ſenatusconſulto ff. de poſtul. c. infames §. nam vt præmiſimus verſ. ſimiliter 3. quaſt.*

3 7. Quædam eſt ſaltuoſa † & clamoſa, quæ fit cum canibus, falconibus & accipitribus, *c. 2. hoc tit.* & iſta permiſſa eſt laicis cauſa neceſſitatis pro carnibus & pellibus, & cauſa voluptatis, *§. fera Inſtit. de rer. diuiſ. l. 1. & l. ſeq. ff. de acquir. rer. dom.* præterquam tempore quadrageſimali, ieiuniorum, & aliis præcipuis feſtiuitatibus, *c. quid prodeſt & c. ſeq. 86. diſtinct. c. licet de fer.* clericis vero eſt illicita, *c. 1. & 2. hoc tit.* etiam pauperibus, *gloſſ. in d. c. qui venatoribus 1. 86. diſtinct. per c. quorundam 34. diſtinct.* quia poſſunt alias victum quærere, *c. clericus 91. diſtinct. c. nunquam de conſecrat. diſtinct. 5.* niſi ius venandi eis competat ex fundatione, *argum. clem. 1. §. porro de venatoribus de ſtat. monach.* cauſa neceſſitatis, vel rariſſime venentur cauſa recreationis, *c. 1. in verb. has voluptates ſæpius detentus hoc tit. Pan. in c. 2. hoc tit.* Quæ-

4 dam eſt venatio, quæ fit cum retibus † vel laqueis, aut piſcando, & hæc licita eſt clericis, dummodo frequenter non inſiſtant, *gloſſ. in d. c. qui venatoribus in fine 86. diſtinct. & Can. Pan. in c. 1. hoc tit. & ibi Can.*

Pœna clericorum qui ſæpius venatione de-

5 tinentur, variatur † ex qualitate clericorum, nam epiſcopus tribus menſibus à communione, presbyter duobus, diaconus vero ab omni officio per ſententiam ſuſpenditur, *c. 1. hoc tit.* vnde Iudex poteſt reſtituere diaconum infra duos vel tres dies, vel quando ei placuerit, ſed non epiſcopum vel presbyterum, quibus certum tempus ſtatuitur, *gloſſ. in clem. 1. §. penult. in verb. excommunicationis ſententia de hæret. & ibi Can. c. cupientes §. cæterum & ibi gloſſ. in verb. ſuſpenſos de elect. in 6. & Can. arg. l. certo generi §. ſi toties ff. de ſeruit. reciſ. præd.* clerici vero conſtituti in minoribus, & beneficati arbitrio epiſcopi, *Pan. in c. 1. hoc tit. & ibi ad eum addit.*

Titulus XXV.

De clerico percuſſore.

SVMMARIA.

1 PERCVSSIO *fit manu, pede, capite, cubito aut baculo, vel alio genere armorum, quæ ſi fiat malitioſe, peccatum eſt mortale. ſi fiat cauſa correctionis, licita eſt ei, qui habet delinquentem in poteſtate.*

2 EPISCOPVS *laicos ſub vna iuriſdictione exiſtentes ob delictum poteſt mandare flagellari.*

3 *Clericos conſtitutos in minoribus pro leuibus etiã culpis.*

4 *Conſtitutos in maioribus & ſacris ordinibus pro grauioribus criminibus.*

5 *Epiſcopo non licet aliquem clericorum ſuis manibus verberare, ſed clericos verberat per alium clericum.*

6 *Prælati inferiores poſſunt pro leuibus etiam culpis verberare in propria perſona, vel ſi neceſſitas vrgeat per alium clericum vel monachum.*

7 *Pœna eorum quando debitã correctionem in verberando excedunt.*

8 PERCVSSIO *facta cauſa emendationis, cenſetur eleemoſyna.*

9 PERCVSSOR *malitioſus prohibetur ordinari.*

10 *Si fuerit promotus, & temerarie percutiat, ſuſpenditur ad tempus, quod ſi ſe non emendauerit, deponitur.*

11 *Percuſſio ſpiritualis quæ fit malo & inutili ſermone, eſt mortale peccatum.*

DELINQVVNT clerici per elationem ſeu perturbationem percutiendo, *c. duæ ſunt & cc. ſeqq. 45. diſtinct.* Percuſſio † fit manu, 1 pede, capite, cubito aut baculo, vel alio genere armorum, quæ ſi fiat ex odio vel malitioſe, peccatum eſt mortale, *gloſſ. in ſumma & c. 1. epiſcopum 45. diſtinct. c. 2. 3. & 4. hoc tit.* ſi fiat cauſa

cauſa correctionis, licita eſt ei qui habet delin-
quentem in poteſtate, *c. cum beatus c. tua 15. diſt. c. cum voluntate §. fin. de ſent. excomm. c. 1. §. noli 23.*
2 *quæſt.* vnde Epiſcopus † laicos ſub ſua iuriſdi-
ctione exiſtentes ob delictum poteſt mandare
flagellari, non crudeliter, ſed ea moderatione
adhibita, quod flagella in vindictam ſanguinis
tranſire minimè videantur, *c. in Archiepiſcopatu*
3 *de rapt c. 2. & ibi Pan. n. 2. hoc t.* & clericos † conſti-
tutos in minoribus ordinibus pro leuibus et-
4 iam culpis, conſtitutos in maioribus † & ſacris
ordinibus non niſi in grauioribus criminibus,
c. cum beatus 45. diſtinct. vt ſi fuerint ebrij, & de-
bent habere quadraginta ictus, aut triginta die-
bus à communione ſubmoueri, *c. ante omnia 35.*
5 *diſtinct.* Epiſcopo † non licet aliquem clerico-
rum ſuis manibus verberare, *c. non liceat 86. diſtinct.* ſed clericos verberat per alium non lai-
cum, ſed clericum, *c. illi 5. quæſt. 5. c. vniuerſitatu de ſent. excomm.* alias tam qui verberari præcipit,
quàm laicus verberans, etiamſi iuſta culpa ſub-
ſit, incidunt in excommunicationem, *d. c. vniuerſitatu*, niſi clericus ſit penitus incorrigibilis,
tunc etiam per laicum poteſt mandare eum
violenter capi, ad iudicium trahi, & verberari,
6 *c. vt famæ de ſent. excomm.* Alij vero Prælati † poſ-
ſunt pro leuibus etiam culpis verberare, vt Ab-
bas cauſa regularis diſciplinæ monachum in
perſona propria, vel ſi neceſſitas vrgeat per ali-
um clericum vel monachum; *d. c. vniuerſitatu de ſent. excom. Diaz. in pract. crim. can. cap. 136.* quod
7 ſi Prælati debitam † correctionem in verbe-
rando excedant, incidunt in excommunicatio-
nem, *c. ſi quis ſuadente*, à qua non poſſunt abſolui
niſi à ſummo Pontifice, & mittuntur in exili-
um, *c. cum beatus in fin. princ. 45. diſt. Pan. in c. vniuerſitatis n. 9. de ſent. excomm.* aut ad certum tem-
pus ab adminiſtratione miſſarum ſuſpendun-
tur, *c. 2. hoc tit.* & ſi ex incauta percuſſione mors
aut membri mutilatio inuenueniat, etiamſi cau-
ſa diſciplinæ fiat, contrahitur irregularitas, *c. presbyterorum de homicid. l. ſed etſi quemcunque § proponitur & l. ſeq. ff. ad leg. Aquil.* ex ſola ſanguinis
effuſione, quæ vt plurimum in fuſtigatione in-
teruenit, non contrahitur irregularitas, *Diaz in*
8 *pract. crim. can. cap. 136. n. 4.* Percuſſio † facta
cauſa emendationis cenſetur eleemoſyna, quia
percutiens inuito præſtat beneficium, & caſti-
gati conſulit vtilitati. *c. & qui emendat 45. diſtinct.*

percuſſor † doloſus & malitioſus prohibetur 9
ordinari, *in ſumma & c. 1. 45. diſt.* ſi fuerit promo-
tus † & non habens reſpectum ad ſuum ordi- 10
nem, incautè aut temerarie percutiat, ſuſpen-
ditur ad tempus, *c. præterea hoc tit.* quod ſi ſe non
emendauerit deponitur, *c. 1. hoc tit. c. duæ ſunt §. percuſſores 45. diſt.* quia peccatum pluries itera-
tum, licet pluries punitum, aggrauat tamen i-
dem peccatum vltimum. *Bald. in authen. qui ſemel ſub n. 8. & 19. C. quom. & quando Iudex. Idem in authen. ſed nouo n. 6. C. de ſeru. fugit facit l. cui §. fin. & ibi Bart. n. 6. & 7. ff. de accuſat.* Eſt alia percuſſio
ſpiritualis, † quæ fit malo & inutili ſermone, vt 11
quando prælatus indiſcretus inutili ſermone
percutit conſcientiam infirmorum, & hæc ſem-
per eſt mala & mortale peccatum, *c. pen in fin. & c. fin. 45. diſt.*

Titulus XXVI.

De maledicis.

SVMMARIA.

1. Maledicus *eſt qui obloquitur de homine detrahendo.*
2. Maledici *pœna.*
3 *Epiſcopus pro conuitio ſibi facto neminem poteſt excommunicare.*
4 *Religioſorum in ſuis ſermonibus prælatis Eccleſiarum detrahentium pœna.*
5 Blasphemia *eſt mixti fori.*
6 *Committitur verbo & facto, ac verbo multis modis hic relatis.*
7 *Facto ſi proijcitur lapis aut ſpurcitia in figuram Domini noſtri Ieſu Chriſti vel beatæ virginis vel alicuius ſancti.*
8 *Abſolutio publicæ blaſphemiæ verbalis reſeruatur Epiſcopo pœnitentia iniungenda laico Epiſcopus cum eo non diſpenſat.*
9 *Clerico non imponitur pœnitentia publica, ſed alia arbitraria.*
10 *Publice blaſphemus quis dicatur.*
11 *Occulta verbalis blaſphemia non eſt reſeruata Epiſcopo.*
12 *Blaſphemia facto commiſſa à clerico vel laico punitur pœna vltrice iudicis arbitraria.*

PRÆTEREA eſt & alia percuſſio quæ fit lin-
gua, *in ſumma & c. 1. § ecce 46. diſt. c. qui peccat. 23. quæſt. 4.* à maledicis & blaſphemis; maledi-
cus † eſt qui obloquitur de homine detrahen- 1
do ei, & cum obloquijs deprimendo, *c. ex merito*

6.*queſt.*1.*c.*1.*hoc tit.* cenſetur homicida, *c. ſumma 6.quaſt.*1.*Iul.clar.lib.*5.*§. hæreſis n.*25. eſt infamis,
2 † & ab eccleſia fit extorris, *c. deteriores* 6.*quaſt.*1.
Clericus de maledicto conuictus in iudicio cogitur ad poſtulandum veniam, ſi noluerit degradatur, ſiue ſuſpenditur, nec vnquam ad officium abſq; ſatisfactione reuocatur, *c.cleric.* 1.*&* 2.46.*diſt.* & donec in vitio eſt non promouetur, *c.cleric.* 3. 46.*diſtinct.* qui contumeliam ſiue
3 conuitia Epiſcopo † intulerit, quæ non ſolum Epiſcopum, ſed eccleſiam eius tangunt, vt ſi dicat eum eſſe ſimoniacum, mox depoſitus Curię ſæculari traditur *c. ſi quis ſacerdotum* 11.*quaſt.* 1. *& ibi gloſſ. notat tres caſus in quibus ſtatim quis traditur Curiæ ſæculari c. ſi quis ab Epiſcopo & ibi gl.* 2. *quaſt.*7. maximè ſi in depreſſionem Domini Papæ & eccleſiæ Romanæ proruperit, *c.*1.*hoc tit. & ibi gl. mag. in verb. temeritate hoc tit. & ibi Pan.n.*5.*& DD. c. Guiliſarius* 23.*quaſt.* 4. Pro conuitio ſibi facto Epiſcopus neminem poteſt excommunicare, vt ſi objiciatur Epiſcopo, tu es filius ruſtici, *c.in-*
4 *ter querelas* 23.*quaſt.*4. Religioſi † in ſuis ſermonibus Prælatis eccleſiarum detrahere non debent, alias duobus menſibus ſubiacent pœnis, quæ grauibus culpis eis ſolent infligi, ſuper quibus abſq; manifeſta neceſſitate, cum eis nō poteſt diſpenſari ab eorum ſuperiore, *clem.*1.*§.*1.*& §. ſi quis vero de priuil.*

5 Blaſphemia eſt † mixti fori, *c. ſtatuimus & ibi Pan.n.*9. *hoc tit. Clar. in prax. crim. §. blaſphemia n.*4.
6 *in fin.* committitur verbo † & facto, verbo multis modis, 1. cum Deo attribuitur quod ei non conuenit, *c. ſi quis per capillum* 22.*quaſt.* 1. *Authent. vt non luxurientur contra naturam §. & quoniam quidem.* 2. Cū ab eo remouetur quod ei conuenit, & ideò qui derogat Diuinæ maieſtati, poteſtati, aut bonitati blaphemus eſt, *D.Thom.*2.2.*quaſt.* 13.*art.*1.*Couar. in c. quamuis §.*7.*n.*8.1.*par. relect. de pact. Menoch. de arbitr. iud. lib.*1.*cent.*4. *caſu* 375.*n.*3. *& ſeqq.* 3. Cum creaturæ tribuitur, quod conuenit creatori ſoli, vt adoratio, *c. non inuenitur* 23. *quaſt.*4.*c. Imp.*11.*quaſt.*3. *Boerius deciſ.*301.*nu.*2.*& ſeq.* 4. Quando ſanctis attribuitur, quod Deus ex ſua gratia declarauit nolle in eis eſſe, vel ab eis remouetur quod declarauit in eis eſſe, & eodem modo eſt peccatum ſicut blaſphemia Dei, *c. ſi quis dixerit & 2. cc. ſeqq.* 11.*q.*3. *latè ſummiſtæ de his omnib. in verb. blaſphemia Menoch. de arbitr. d. caſ.*375 *in princ. vſq. ad n.*18.*lib.*1. *cent.* 4. & hæc quidem propriè, impropriè enim quodlibet conuitium in Deum prolatum, & itidem contumelia maledictioue in Deum, aut virginem matrem, aut ſanctos blaſphemię nomen habet, *c. cum cap. ver. verbum autē domini* 23.*q.*5.*c. violatores* 25.*q.* 5.*Gram. dec.*50.*nu.*7.*& ſeqq. Bart. in l. item apud labeonem §. ait prætor n.*4.*ff. de iureiur. Io. de Imol. in l. his verbis §. illa inſtit. ff. de hæred. inſt. Clar. in praxi crim. §. blaſphemia Menoch. de arb. iud. li.*1.*cent.*4.*caſu* 375.*n.*18.*& ſeqq. Io de Anan. in c.*2.*n.*12.*h.t. & ibi Can. Iaſ. in l. ait præt. §. iurari n.*12.*& ſeqq. ff. de iurei. Cou. in c. quamuis*
*§.*7.1.*par. relect. de pact.* facto † committitur, ſi ia- 7
ctatur lapis vel ſpurcitia in figuram Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel B. Virginis, vel alicuius ſancti, *c. ſi Canonici §. fin. de off. ord. in* 6. *l. non contrahit cum l. ſeq. & l. famoſi in fi. ff. ad leg. Iul. maieſt. Io. de Anan. in c.*2.*n.*14.*h.t. Menoch. de arbit. caſu* 376.*per tot.*
*li.*1 *cent.*4. Abſolutio † publicæ blaſphemiæ ver- 8
balis, ſiue verbo commiſſæ reſeruatur Epiſcopo, *c.*2.*& ibi gl. in verb. reſeruantur enumerat caſus Epiſcopo reſeruatos de pœnit. & remiſ. in* 6 *ibi Can. Pan. in c.*2 *in* 1. *not. h. t.* qui debet iniungere pœnitentiā laico, quod ſtare debeat in manifeſto ſeptem diebus Dominicis præ foribus eccleſiæ dum aguntur miſſarum ſolemnia, & vltimo die ſine pallio & calceamentis, & ligatus corrigia circa collū, ſepremq; diebus præcedentibus ſextis ferijs præfatarum Dominicarum ieiunet in pane & aqua, & nullatenus intret eccleſiam, quolibet quoq; prædictorum dierum tres ſi poterit, vel duos, aut ſaltem vnum pauperem reficiat, & ſi nec ad hoc eius ſupperant facultates in aliquam pœnam corporalem, *c. finem litib. de dol. & contum. l. fin ff. de in ius voc.* commutatur, renitenti ſuſcipere & peragere prædictam pœnitentiā, interdicitur ingreſſus eccleſiæ, & in obitu eccleſiaſtica ſepultura, pręterea per temporalem poteſtatem, coactione, ſi neceſſe fuerit, Epiſcopi adhibita, blaſphemus ſi diues eſt 40. ſolidis mulctatur, alioquin 30. ſiue 20. vel ſi ad id non ſufficiat, quinq; vſualis monetæ, *c. ſtatuimus h t.* & concurrunt Iudex eccleſiaſticus & ſæcularis ad puniendum idem delictū, nec pœna impoſita per vnū impedit pœnam imponendā per alium, quia blaſphemus vtrumq; hominum genus offendit & clericorum & laicorum, 22.*q.*1.*c. duo ſunt,* & ideo duplici pœna punitur, *Hoſt. in d. c. ſtatuimus n.*9.*& ibi Pan.n.*4.*& Can.* nullā in hoc miſericordiam habiturus, & ideo Epiſcopus cum

co

Digitized by Google

eo non poteſt diſpenſare. *c. ſtatuimus hoc tit. & ibi*
10 *Pan. n. 5.* Clerico † blaſphemo non imponitur
pœnitentia publica, ſed pœna arbitraria, & ita
graue poſſet eſſe delictum, vt fieret depoſitio,
Pan. in d. c. ſtatuimus n. 8. c. ſi quis per capillum 22. q. 1.
Publice † blaſphemus dicitur quando blaſpe-
mia eſt notoria de iure, vt quia conuictus & cõ-
demnatus in iudicio, vel facto, quia publice &
palam pluries blaſphemiam intulit, *c. fin. de coha-
bit. cler. & mulier. c. de manifeſta 2. q. 1. c. cum olim de
verb. ſign.* vel quando coram pluribus perſonis in
camera vel platea blaſphemauit, referentibus
hoc poſtea Epiſcopo, *l. palam ff. de verb. ſign. c. 1. in
princ. h. t. c. quam ſit & ibi gl. 1. de exceſſ. prælat. l. 3. & ibi
gl. in verb. publ. C. de ſumma trinit. Pan. in c. ſtatuimus*
11 *n. 7. h. t. & ibi Hoſt. n. 4. & Can.* Occulta † verbalis
blaſphemia non eſt reſeruata Epiſcopo, ſed qui-
libet ſacerdos poteſt ab ea abſoluere, *c. Chriſtia-
na 32. q. 5. c. ſicut tuis in fin. & ibi gl. fin. alleg. concord.
de ſimon. Hoſt. in d. c. ſtatuimus n. 2. & Can.* blaſphe-
12 mia † facto commiſſa à clerico vel laico punitur
pœna vltrice Iudici arbitraria, *c. ſi Canonici in fin.
& ibi gl. fin. & Can. de off. ord. in 6. c. de cauſis §. fin. de
off. deleg. Menoch. de arb. iud. li. 2. cent. 4 caſ. 376. n. 4.
& ſeq.* vel clericus, niſi pœnituerit & ſatis fece-
rit, priuatur loci ſui dignitate & honore, *c. quinq.
26. quaeſt. 5.*

Titulus XXVII.

De clerico excommunicato, depoſito vel interdicto miniſtrante.

SVMMARIA.

1 EXCOMMVNICATIO *duplex eſt maior & minor, maior priuat participatione ſacramentorũ, communione fidelium & ſuſpendit ab ordine.*

2 *Non priuat priuilegio c. ſi quis ſuadente fori aut alijs priuilegijs.*

3 *Minor excomunicatio priuat tantum participatione ſacramentorum, quæ conſiſtit in perceptione non communione fidelium, nec ſuſpẽdit ab ordinẽ.*

4 DEPOSITIO *eſt perpetua remotio ab ordinibus & gradibus eccleſiaſticis propter crimen aut magnam negligentiam verbaliter non ſolemniter.*

5 *Depoſitio quomodo fiebat per iura antiqua & quomodo fiat hodie ex decretis Concilij Tridentini.*

6 DEGRADATIO *eſt actualis ſiue ſolemnis clerici ab ordinibus & gradibus eccleſiaſticis exauthorizatio cum detractione inſignium.*

7 *Quomodo fiat iuxta decreta Concilij Tridentini.*

8 DEPOSITIO *à beneficio eſt quando clericus eo priuatur.*

9 SVSPENSIO *ab officio ſiue executione ordinum aut à diuinis, vel eſt perpetua, vel ſit ad certum tempus.*

10 *Interdum quis ſuſpenditur à certo actu officij.*

11 *Aliquando quis ſuſpenditur ab officio quoad alios.*

12 *Aliquando quis ſuſpenditur quoad ſe & quoad alios.*

13 *Suſpenſio à beneficio tantum non repellit à diuinis.*

14 *Suſpenſio ab officio & beneficio.*

15 INTERDICTVM *factum clerico non differt à ſuſpenſione ab officio.*

16 *Aut locus eſt interdictus & clerici ſunt ſuſpenſi quoad alios non quoad ſe.*

17 MINISTRARE *quando dicantur clerici.*

18 *Clerici conſtituti in minoribus aut ſacris ordinibus excommunicati maiore excommunicatione, ſcienter miniſtrantis pœna eſt irregularitas à qua ſolus Papa abſoluit.*

19 *Et perpetua depoſitio ab officio & beneficijs omnibus eccleſiaſticis imponenda per iudicem ſuper qua cum parato ſe corrigere, Epiſcopus poteſt diſpenſare ſi non eſt paratus ſe corrigere, Epiſcopus eum deponit & cum depoſito diſpenſat ſolus Papa.*

20 *Excommunicatione minori ligatus ſi celebrat nullam incurrit irregularitatem.*

21 DEPOSITI *aut & gradati presbyteri vel clerici miniſtrantis pœna & quis cum eo diſpenſet.*

22 SVSPENSI *à Iudice ab officio ſiue perpetuo ſiue ad tempus celebrantis pœna & quis cum eo diſpenſet.*

23 *Suſpenſi à canone propter crimen ſiue perpetuo ſiue ad tempus miniſtrantis pœna & quis cum eo diſpenſet.*

24 *Quid ſi miniſtrans ſit ſuſpenſus à canone propter aliquem defectum.*

25 *Propter infamiam?*

26 *Suſpenſus à certo officio ſi miſceat ſe alteri officio quam illi à quo eſt ſuſpenſus?*

27 *Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ à canone vel ab homine diuinis in ea ſe ingeſſerit?*

28 *Suſpenſus ab officio quoad alios tantum aut quoad ſe tantum celebrauerit?*

29 *Epiſcopus ſuſpenſus à pontificalibus celebrauerit.*
30 *Epiſcopus ſuſpenſus ab executione pontificantis officij ſe immiſcuerit officio ordinis Epiſcopalis?*
31 *Epiſcopus ſuſpenſus ſit à ſacerdotali officio.*
32 *In interdicto loco ſcienter celebrantis pœna.*
33 *Clerus quando interdicto notatur ſingulares in eo perſonæ interdictæ cenſentur.*
34 *Populus alicuius terræ quando interdicitur ſingulares perſonæ interdictæ ſunt.*

OB crimina de quibus dictum eſt, commiſſa, clerici, vel excommunicantur, vel deponuntur, vel ſuſpenduntur, & quia interdum contemnendo claues eccleſiæ ingerunt ſe diuinis, ideò ſubijcit hunc titulum de clerico
1 excommunicatio † duplex eſt maior & minor, maior priuat participatione ſacramentorum, communione fidelium, & ſuſpendit ab ordine, *c. à nobis & ibi Pan. num. 5. & c. exceptionem de except. c. intelleximus de iud. c. penult. de ſent. excomm.* vnde excommunicatus maiore excommunicatione non poteſt diuinâ officia publicè vel priuatim celebrare, aut ſibi facere celebrari, & communioni fidelium ſe ingerere, ſed debet fideles vitare, & ab eis vitari, *c. ſi quis Epiſcopus damnatur & cc. ſeqq. 11. quæſt. 3. c. illud hoc tit.* horas Canonicas poteſt & debet occulè dicere non officiando, ſed quaſi priuata perſona, *c. quod in te §. & in conuentualibus depoſuit. & remiſ.* ſolus, & non cum alijs, *c. nuper §. in ſecunda de ſent. excom.* & non debet dicere dominus vobiſcum vel aliud ſimile quod competit ad dignitatem ordinis, *Gemin. in cap. 1. §. ſiturus num. 5. de re iud. & ibi Can. c. cum excommunicato & c. ſeq. 11. quæſt. 3. Pan. in c. 2. num. 8. hoc*
2 *tit.* non perdit † priuilegium c. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. aut priuilegium fori, aut alia priuilegia. *Franc. Marc. quæſt. 609. par. 2. Boich. in c. eccleſia ſub num. 15. de immun. eccleſ. camin. c. at ſi*
3 *cleric. §. fin. in fin. de iud.* Minor † excommunicatio tantum priuat participatione ſacramentorum, quæ conſiſtit in perceptione, non communione fidelium, *c. ad menſam §. euidenter & §§. ſeqq. 11. quæſt. 3.* nec ſuſpendit ab ordine, aut miniſtratione ſacramentorum, *c. fin. hoc tit. c. duobus & ibi gloſſ. in fine de ſent. excomm.* Depo-
4 ſitio † eſt perpetua remotio ab ordinibus & gradibus eccleſiaſticis propter crimen, aut magnam negligentiã, *c. dict. 81. diſt. & ibi gl. 1. & Can. c. ea quæ, & ibi gl. in ver. negligentia & Can. de off. Arch. c. placuit & ibi gl. 11. q. 3. c. quamuis & ibi gl. mag. de reg. iur. cap. 1. de off. cuſtod.* verbaliter, non ſolemniter præcedente legitima, ſiue canonica accuſatione, quia ſine accuſatore nemo eſt degradandus, licet alias ſit puniendus, *c. dilectus filius A nuncius de ſim. iuncta gloſſ. in verb. ſeueritatis & ibi Can. Hoſt. in ſumma tit. de accuſat. §. ſi quis ſit effectus accuſationis verſ. ergo ſine accuſatore Pan. in c. at ſi clerici num. 34. de iud.* facta, *c. at ſi clerici de iud. Pan. in c. ſuper eo num. 2. & 3. de rapt.* à proprio Epiſcopo per ſe, ſibi aſſiſtente in degradatione clericorum in ſacris conſtitutorum certo Epiſcoporum numero definito canonibus, puta in cauſa presbyteri ſex, in cauſa Diaconi & Subdiaconi, tribus, *c. degradatio & ibi gloſſ. in verb. Canonibus de pœnis in 6. c. felix & c. ſeq. 15. quæſt. 7.* per
iura † antiqua numerus Epiſcoporum requiritur in verbali depoſitione, non actuali degra- 5
datione, *Gemin. in d. c. degradatio numer. 6. & ibi Can. per illum textum Felin. in c. non poteſt num. 9. de re iud.* ex decretis Concilij Tridentini licet Epiſcopo per ſe ſeu Vicarium ſuum in ſpiritualibus generalem contra clericum in ſacris etiam presbyteratus ordinibus conſtitutum, etiam ad illius condemnationem, necnon verbalem depoſitionem procedere, *c. cum vero ſeſſ. 13.* De-
gradatio eſt † actualis ſiue ſolemnis clerici ab 6
ordinibus & gradibus eccleſiaſticis exanthorizatio cum detractione inſignium, *d. c. degradatio §. actualis & §. ſeq. c. Epiſcopus presbyter. 11. quæſt. 3. c. 1. & 2. & vtrobique Pan. in I. not. hoc tit.* ad
quam per decreta Concilij † Tridentini, in ca- 7
ſibus in quibus aliorum Epiſcoporum præſentia in numero à Canonibus definito requiritur, etiam abſque illis procedere licet Epiſcopo per ſeipſum, adhibitis totidem Abbatibus vſum mitræ & baculi ex priuilegio Apoſtolico habentibus, ſi in ciuitate aut diœceſi reperiri, & commode intereſſe poſſunt, alioqnin alijs perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, quæ ætate graues, ac iuris ſcientia commendabiles exiſtant, *c. cum vero ſeſſ. 13. & correcta ſunt not. per Zab. in c. graue in 11. quæſt. de præbend.* ſæculari poteſtate præſente, cui pronunciandum, cũ fuerit celebrata, vt in forum ſuum recipiat degradatum, *c. nouimus de verb. ſignif. Gail. de pace publ. l. 1. c. 1. n. 20. vſq. ad 32.* quia in nullũ ſiue clericũ ſiue laicũ in dignitate conſtitutũ ſit executio mortis,

gloſſ.

gloſſ. in l. omnes §. preterea in verb. poſt amiſſionem C.
de Epiſc. & cler. l. 2. §. ignominia, verſ. ſed etſi ita & i-
bi gloſſ. & DD. ff. de ijs qui not. infam. l. etſi excepta ibi
præſidio dignitatis exutus C. de malef. & mathem Gail.
de pace publ. lib. 1. cap. 1. num. 29. plures cumulans Clar.
in pract. crimin. §. fin. quæſt. 74. ad degradationem
eorum qui minores duntaxat ordines recepe-
runt, procedit proprius Epiſcopus ſine aliorum
Epiſcoporum, Abbatum, aut Prælatorum præ-
ſentia, in præſentia ſui capituli, c. ſi autem in fine
& c. ſeq. 15. quæſt. 7. c. qualiter 2. de accuſ. c. 1. de ex-
ceſſ. prælat. d. c. degradatio & ibi gloſſ. in verb. præſen-
tia & Can. de pœnis in 6. c. cum non ab homine de iud.
c. 2. hoc tit. in princ. gloſſ. in ſumma 15. quæſt. 7. & ibi
Can. nam clericus in minoribus ordinibus con-
ſtitutus, capax eſt ſententiæ depoſitionis ſeu de-
gradationis. c. ſi quis Epiſcopus 27. quæſt. 1. Diaz. in
pract. crim. Can. cap. 143. num. 3. c. clericus el. 2. & ibi
Panorm. num. 2. de vita & honeſtat. clericor. Quo-
ties in aliquo canone dicitur, quod clericus de-
gradetur, & detrudatur in monaſterium, intel-
ligitur de degradatione verbali, quia ſi fieret a-
ctualis, ſtatim fieret de foro ſæculari, c. 2. de pœ-
nis in 6. Felin. in c. qualiter & quando §. licet autem in
fi. de accuſat. Clericus depoſitus non eſt exutus
omni priuilegio clericali, vnde non ſtatim tra-
ditur curiæ ſæculari, c. at ſi clerici §. de adulterijs in
fi. de iud. c. dictum 81. diſtinct. & ibi gloſſ fin. & Can.
niſi ſit incorrigibilis: c. cum non ab homine de iudic.
Anchar. in c. ad abolendam num. 12. & ſeqq. de hæret.
Degradatus actualiter exuitur omni ordine, be-
neficio, & priuilegio clericali, d. c. degradatio in fi-
ne & ibi gloſſ. fin. & Can. de pœnis in 6. c. cum non ab
homine & ibi gloſſ. fin. & Can. de iudic. Zab. in c. at ſi
clerici §. de adulterijs in 2. not. de iud. Franc. Marc.
8 quæſt. 670. par. 2. Imò clericus † depoſitus aut
degradatus non deſinit eſſe clericus, quia hæc
rubrica depoſitum appellat clericum, & ſacer-
dos per degradationem actualem non perdit
poteſtatem conficiendi corpus Chriſti, quia illa
cauſatur à charactere impreſſo in anima per
Deum inuiſibiliter, vnde etiam per mortem nõ
perditur clericatus, c. licitè & ibi gloſſ. in verb. nun-
quam 32. quæſt. 7. c. accedens & ibi gloſſ. in verb. preſ-
bytero 50. diſt. c. quod quidam 1. quæſt. 1. gloſſ. 1. in c.
2. hoc tit. & ibi Pan. num. 6. & Can. Pan. in c. ex parte
num. 2. de cler. coniug. nullum crimen inducit de-
poſitionem niſi ſpecialiter in canone exprima-
tur. c. fin. de temp. ordin. gloſſ. in ſumma 15. quæſt. 8.
c. 1. & ibi gloſſ. in verb. damnatione 81. diſt. Panorm.
in c. at ſi clerici num. 33. & ſeqq. de iud. enumerat de-
licta quæ ſunt digna ſuſpenſione depoſitione, & degra-
datione gloſſ. & Panorm. in c. nouimus de verbor. ſi-
gnif. Butr. in d. c. at ſi clerici num. 13. & 14. & Can.
commun. Eſt & alia depoſitio à beneficio quan-
do clericus eo priuatur, de qua ſolus Epiſcopus
poteſt cognoſcere in ſuis clericis: c. ſi quis Abbas
18. quæſt. 2. c. inuentum 16. quæſt. 7. c. ſi quis Epiſco-
pus damnatus 11. quæſt. 3. c. ſicut de cohab. cleric. &
mul. dixi tit. de præbend. in 3. parte tit. 1. Zab. in c. gra-
ue in 12. & 13. quæſt. de præb. Suſpenſio † ab officio 9
ſiue executione ordinum, aut à diuinis, vel eſt
perpetua, & habet effectum priuationis, ſiue
depoſitionis, clem. 1. verſ. ſi quis autem & ibi gloſſ.
in verb. pœnam & Can. de rebus Eccleſ. alien. vel non
c. latores in princ. hoc tit. Franc. in c. cupientes §. cæte-
rũ num. 4. circa fin. de elect. in 6. vel fit ad certum
tempus, quo durante ſuſpenſus à Diuinis deſer-
uire Eccleſiæ non poteſt, ſed prouidetur quod
ab alio de eius fructibus officietur Eccleſia, c.
quia ſæpè & ibi gloſſ. in ver. officio & Can. de elect. in
6. c. latores §. ſi verò & ibi gloſſ. in verb. ab officio hoc
tit. & Can. quia ſuſpenſus ab officio cenſetur ſu-
ſpenſus etiam à beneficijs quæ dantur intereſ-
ſentibus Diuinis, pulchrè Imol. in clem cupientes,
num. 11. de pœn. nam vbi vnum propter alterum,
vtrobique tantum, c. eos 81. diſtinct. c. quia ſæpe &
ibi gloſſ. in verb. beneficiis quibuscunq́, & Can. de elect.
in 6. gloſſ. in c. latores in verb. ab officio hoc tit. quo mi-
nus ff. de fluminib. inſignia verò non auferuntur
ſuſpenſo in perpetuum vel ad tempus, Archid. in
c. Epiſcopus num. 10. 11. quæſt. 3. Interdum † quis 10
ſuſpenditur nõ ſimpliciter ab officio, ſed à cer-
to actu officij, vt latè per gloſſ. in clem. cupien-
tes in verb. ſuſpenſi de pœnis & ibi Can. Boich.
in c. ſi celebrat num. 10. & ſeq. hoc tit. aliquando
quis ſuſpenditur † ab officio non quoad ſe, ſed 11
quoad alios, vt clerici peregrini, c. 1. & ibi gloſſ.
in verb. ſuſpenſione & c. tua & c. fin. de cleric. peregrin.
aliquando † quis ſuſpenditur quoad ſe, non 12
quoad alios, vt ordinati à non ſuo Epiſcopo ſi-
ne licentia Epiſcopi proprij, qui ſunt ſuſpenſi i-
pſo iure ab executione ordinum, quoad ſe tan-
tum, & quoad alios ſunt ſuſpendendi, c. 2. & ibi
gloſſ. in verb. ſtatuant de temp. ord. in 6. & ibi Archid.
ſuper verb. iura Monach. num. 9. c. ordinationes in fin.
ſeſſ. 23. ſuſpenſio † à beneficio tantum non re- 13
pellit à diuinis & ſeruitio Eccleſiæ, imò ſuſpenſi

à beneſitio tantum debent ea celebrare recepta
modica ſuſtentatione, c. cum Vintonienſis & ibi
gloſſ. in verb. admiſerunt & Can. de elect. c. latores &
ibi gloſſ. in verb. ab officio hoc tit. quando ſuſpen-
ſio eſt facta propter crimen: ſecus ſi propter
contumaciam, quo caſu non eſt ſuſpenſo à be-
neficio in aliquo ſubueniendum, nam ſæpè
homines de cibo ſecuri iuſtitiam negligant.
Pan. in c. paſtoralis §. verum ſub num. de appell. c. non
14 omnis 5. quæſt. 5. Eſt & alia ſuſpenſio † quæ fit ſi-
mul ab officio & beneficio, c. fin. de exceſſ. prælat. c.
15 tuarum de priuileg. Interdictum † aut fit clerico,
& non differt à ſuſpenſione, c. ſi celebrat, & ibi
16 Boich. num. 19. hoc tit. Aut locus † eſt interdictus
& clerici ſunt ſuſpenſi quoad alios, non quo-
ad ſe, c. quæſitum & ibi gloſſ. in verb. ad ſeipſum de
cohabit. cleric. & mulier. c. fin. de ſent. excomm. in 6.
17 Dicuntur prædicti miniſtrare † ſi aliquid de
miniſterio ſibi interdicto agere præſumpſe-
rint, etiamſi exerceant officium deputatum
minoribus ordinibus, c. 2. & ibi Panorm. num.
4. hoc tit. c. 1. de re iud. c. 1. §. fin. c. is cui in fine 1.
reſponſ. de ſent. excomm. & quæcunque officia ce-
lebrent legendo aut cantando in quibuſcunque
horis in Eccleſia ſicut prius intrando chorum
cum alijs. c. illud in fine hoc tit. c. ſi quis Epiſcopus in
Concilio 11. quæſt. 3. Franc. in c. 1. §. cauſant. n. 1. & 3.
de ſent. excomm. in 6. Pan. in c. ſi quis presbyter n. 4. &
in c. clerici ſub n. 1. hoc tit.
18 Pœna clerici conſtituti † in minoribus, aut
ſacris ordinibus, Pan. in c. 2. num. 10. hoc tit. ex-
communicari maiore excommunicatione ſiue
à canone, ſiue ab homine ſcienter miniſtrán-
tis eſt irregularitas, quam ipſo facto incurrit,
Boich. in c. ſi celebrat num. 9. hoc tit. c. 1. §. ſciturus de
re iud. in 6. Panorm. in c. clerici num. 1. & 2. hoc tit.
à qua, poſtquam incurſa eſt, ſolus Papa eum ab-
ſoluit: c. cum æterni §. fin. de re iud. in 6. in diſpen-
ſatione ſuper contracta huiuſmodi irregulari-
tate non eſt neceſſarium exprimere, quod
pluries miniſtrauerit; Garc. de benef. par. 8. cap.
3. num. 80. & ſeqq. Nauar. conſ. 3. num. 6. de rapt.
Dicitur autem miniſtrare, quando attentat
aliquid attributum alicui ordini, ſecus ſi
attentat aliquid exercibile per laicum, vt
quia cantat vnum reſponſorium in Ec-
cleſia, vel dicit aliquem verſum de pſalmo,
tunc licet grauiter peccet non euitando
communionem, non tamen efficitur irre-
gularis, c. illud §. licet & §. ſeq. hoc tit. Panor.
in c. 2. nu. 7. hoc tit. Item perpetua † depoſitio 19
ab officio & beneficijs omnibus Eccleſiaſticis,
c. fraternitati hoc tit. imponenda per Iudicem,
etiam nulla præcedente monitione, quæ de
neceſſitate non requiritur, ſed tantum diſpen-
ſatiue, Panorm. in d. c. clerici numero 1. & 2. hoc
tit. ſiue ſententia excommunicationis lata ab
homine ſit iuſta, ſiue iniuſta ex cauſa, animo,
vel ordine, c. ſacro & ibi gloſſ. in verb. iuſta fuerit
& Can. de ſent. excomm. c. ſententia & c. Epiſco-
pus §. primo 11. quæſt. tertia. imò ſi de excom-
municatione lata contra eum per hominem
notitiam habuerit, ex ſola fama de rigore
iuris debet deponi, licet cum eo poſſit mi-
ſericorditer diſpenſari à ſolo Summo Ponti-
fice ab irregularitate iam cauſata, c. illud hoc
tit. Hinc de ſtylo Curiæ ſignatur ſupplicatio
priuationis, propter miniſtrationem in Di-
uinis per excommunicatum, & ſi celebrans
excommunicatus erat à iure, non poteſt al-
legari ignorantia, nec probatio notitiæ re-
quiritur, ſi verò excommunicatus fuiſſet ab
homine per ſignaturam in ſupplicatione, ad-
ditur clauſula, ſi declaratus & publicè denun-
ciatus erat, Staphyl. de ſign. lit. iuſt. §. verum nu.
4. & 5. Sarnen. in reg. de ſubrog. collitig. quæſt. 7.
num. 15. verſ. primus eſt. Cum parato ſe corri-
gere poſt monitionem ſine vlla delatione, &
peractam pœnitentiam Epiſcopus poteſt diſ-
penſare ſuper perpetua depoſitione imponen-
da, alias ſi non eſt paratus ſe corrigere Epiſco-
pus eum deponit, & cum depoſito diſpenſat
ſolus Papa; Pan. in c. clerici ſub num. 2. hoc tit. Io.
And. in c. at ſi clerici num. 9. & 10. & ibi Can. de iud.
excommunicatus qui de excommunicatione
non habuit notitiam probabilem, celebrans
non indiget diſpenſatione ſuper irregularita-
te, c. Apoſtolica hoc tit. Excommunicatione † 20
minori ligatus, ſi celebrat, aut confert Eccle-
ſiaſtica ſacramenta grauiter peccat, & puni-
tur arbitrio ſuperioris, c. fin. in princ. & ibi
gloſſ. prima hoc tit. nullius tamen irregularita-
tis notam incurrit, poteſt eligere, vel ea quæ
ratione iuriſdictionis ſibi competunt exer-
cere, ſed electio de eo facta eſt irritanda,
pro eo quod ad ſuſceptionem eorum eligitur
à quorum perceptione à ſanctis Patribus eſt
priuatus, d. c. fin. in princ. & §. 1. hoc tit. & ibi
gloſſ.

Digitized by Google

gloſſ. in verb. ſcienter & Panorm. num. 8. Collata
ab eo ſacramenta virtutis non carent effectu,
dummodo non in contemptum Eccleſiaſticæ
diſciplinæ, videlicet contra prohibitionem ſu-
perioris communioni excommunicatorū per-
tinaciter ſe ingeſſerit, in quo caſu hoc ipſo in-
telligitur remotus à collatione ſacramentorum
& eſt anathemate feriendus, *c. fin. § peccat. & §.
fin. & ibi gloſſ. in verb. dummodo hoc tit. & Can.* di-
ſpenſat cum eo Epiſcopus, *c. ſanè 2. de cleric. coniug.*
aut etiā is qui à minore excōmunicatione poteſt
abſoluere. *c. ſi celebrat hoc tit. & ibi Boich. ſub. n. 9.*
21 Presbyter aut clericus † depoſitus, aut de-
gradatus miniſtrans, ſi poſtea ab Epiſcopo ſuo
correptus, in incepta præſumptione perduraue-
rit, excommunicatur, quod ſi excommunica-
tionem contempſerit, & Epiſcopus minimè e-
mendare potuerit Regis iudicio ad requiſitio-
nēm Eccleſiæ exilio damnatur, *c. 1. & 2. hoc tit.*
quantūcunq; fuerit emendatus, non recuperat
priſtinum ſtatum, quia depoſitio & degradatio
infliguntur propter crimen, ſed ſibi diſpenſatiuè
Eccleſia prouidet de aliquib. temporalibus ne
cogatur mendicare in opprobrium clericorum,
*c. ſtudeat 50. diſtinct. in fine c. dictum 81. diſtinct.
Felin. in c. Apoſtolica num. 10. & ſeqq. de except. qui
inter depoſitum verbaliter aut actualiter diſtinguit.* &
reſtituitur à ſolo Summo Pontifice quando de-
poſitus fuit ab omnibus ordinibus. *gloſſ. fin. in c.
clerici hoc tit. & ibi Anchar. & Can. communiter.* vel
degradatus ſolemniter, *c. ideo huic & ibi gloſſ. in
ver. ac reſtitutionibus & Can.* quia Epiſcopus ſen-
tentiam ſuam reuocare non poteſt, *l. 1. in fine ff.
de quæſt. l. apud acta ff. de re iudic.* niſi depoſitio al-
legetur nulla ſeu inualida ex defectu ordinis,
Panorm. in c. 1. in fine hoc tit. vel iniuſta, vt quia
facta per falſos teſtes, vel per falſa inſtrumenta,
c. Epiſcopus presbyter 11. quæſt. 3. & ibi Archid. & Can.
Item Epiſcopus depoſitum à ſe ſacerdotio tan-
tum poteſt recipere in inferioribus ordinibus
ſimiliter & de diaconis obſeruandum eſt. *c. qui
admiſit & c. ſi quis presbyter 15. quæſt. 8. gloſſ. fin. in d.
c. clerici hoc tit.*
22 Suſpenſus à Iudice ab officio, ſiue perpetuo,
ſiue ad certum diem, ſiue quouſque pœniteat,
ſi celebrat, vel officio ſuo ſe immiſcet, vt prius
fit irregularis, *c. 2. hoc tit. c. presbyter ſi à plebe 2.
quæſt. 4. latè Boich. in c. ſi celebrat nu. 10. & ſeq. & ſub
nu. 12. verſ. ſi ab homine hoc tit.* & eſt deponendus:
c. clerici c. latores & ibi gloſſ. 1. & Can. hoc tit. ſuper
irregularitate incurſa diſpenſat ſolus Summus
Pontifex, *c. cum æterni de re iud. in 6. c. 1. de ſent. ex-
comm. in 6. Hoſt. in c. quod translationem n. 3. de temp.
ordin.* ſuper depoſitione imponenda, cum para-
to ſe corrigere, poſt per actam pœnitentiam, E-
piſcopus, *Io. And. in c. at ſi clerici n. 8. & 10. & ibi
Can. de iud.* nam reſtitutio ſuſpenſorum ſpectat
ad eos qui ſuſpendunt. *Boich. in c. clerici num.
6. hoc tit.* Suſpenſus † à canone propter cri 23
men, ſiue perpetuo, ſiue ad tempus, in ordi-
ne ſuo, vt prius miniſtrans incurrit quoque ir-
regularitatem, à qua ſolus Papa abſoluit, *c. cum
æterni § pen. & fin. de re iud. in 6. c. 1. de ſent. excom. in
6. latè Boich. in c. ſi celebrat n. 33. & 34. hoc tit. & ibi In-
noc. n. 1. & 2. Franc. in c. 1. § ſciturus num. 5. de re iud.*
venit deponendus, *d. c. clerici hoc tit.* à pœna
perpetuæ ſuſpenſionis à iure impoſita Papa ab-
ſoluit, non Epiſcopus, quia habet effectum pri-
uationis, item ab inducta ad certum tempus
inferior à Papa non abſoluit, ſi verò non ſit
determinatum certum tempus, tunc poteſt E-
piſcopus abſoluere, ex quo ſuperior non reſer-
uat ſibi abſolutionem. *Franc. in c. cupientes § cæte-
rum ſub num. 4. verſ. quare dicas de elect. in 6. clem. 1.
§ pœn. & ibi gloſſ. in verb. excommunicationis ſententia
de hæret. Pan. in c. quam ſit graue n. 3. de exceſſ. Prælat.*
Suſpenſus à canone † propter aliquē defectū, vt
illegitimè natus, corpore vitiatus, miniſtrando 24
non incurrit irregularitatē, & ita ſeruat Curia
Romana quæ in talib. ſimpliciter diſpenſat ſu-
per defectu, & non ſuper irregularitate quā cō-
traxit celebrando ante diſpenſationem, *Franc. in
c. 1. § ſciturus nu. 4. in fine de re iud. Boich. in c. ſi cele-
brat n. 18. hoc tit. & ibi Pan ſub n. 4. circa finem. Hoſt.
ſub num. 4. Can.* ſuſpenſus quoque à canone
propter † infamiam, ſicut ille cuius crimen eſt
notorium, qui etiam poſt peractā pœnitentiam 25
celebrare prohibetur, celebrando irregularitatē
non incurrit, *Boich. in d. c. ſi celebrat n. 18. Pan. nu. 4.
in fine Innoc. ſub n. 3. Hoſt ſub num. 4. in fine. & Can. c.
ſicut de cohabit. cleric. & ibi Innoc. Rot. deciſ. 5. de ſent.
excomm. in antiq.* ſuſpenſus à certo † officio, im-
miſcens ſe alteri officio quam illi à quo eſt ſu- 26
ſpenſus, vt quia ſuſpenſus à celebratione miſſæ
immiſcet ſe officio diaconatus aut ſubdiacona-
tus, non fit irregularis, *c. 2. ibi de miniſterio ſibi
interdicto hoc tit. c. ſanè el. 2. & ibi gloſſ. in verb. of-
ficium de off. deleg.* ſuſpenſus ab † ingreſſu Eccleſię 27

à cano-

Digitized by Google

à canone, vel ab homine irregularis efficitur, ſi
contra interdictum huiuſmodi diuinis in ea ſe
ingerit in ſuo agens officio ſicut prius, talis quo-
que ſi hoc interdicto durante decedat, non de-
bet in Eccleſia vel cœmeterio Eccleſiaſtico, niſi
pœnituerit, ſepeliri, *c. is cui de ſent. excomm. in 6.*
28 ſuſpenſus ab officio † quoad alios tantum, aut
quoad ſe tantum, ſi celebrent, nullam incur-
runt irregularitatem, *c. 2. & ibi gloſſ. in verb. ſtatu-
unt & Can. de temp. ord. in 6. Hoſt. in c. quod tranſ-
lationem num. 1. 2. & 3. de temp. ordin. Boich. in c. ſi
celebrat ſub num. 18. verſ. ſequitur de ſuſpenſis ab officio
hoc tit. Franc. in c. 1. §. ſciturus num. 4. de re iudic. in
6.* Suſpenſus † à Pontificalibus, id eſt apparatu
29 Pontificali, ſiue à Pontificalibus ornamentis,
diuinis ſe immiſcendo, vel in Pontificalibus ce-
lebrando, non incurrit laqueum irregularitatis,
quia talis non ſuſpenditur à Diuinis, ſed ab ad-
ditamento ad Diuina, quia Pontificalia nõ ſunt
de ſubſtantia ordinis vel officij: *Boich. in c. ſi cele-
brat num. 10. & 11. hoc tit.* ſuſpenſus verò † ab ex-
30 ecutione Pontificalis officij immiſcendo ſe of-
ficio ordinis Epiſcopalis fit irregularis, *c. ſanè §.
ſanè ibi Epiſcopum verò ab executione Pontificalis officij
ſuſpendit de tranſl. Epiſ. vel elect. Extrauag. Ioannis 22.
ſuſcepti §. & ſi quiſquam & ibi gloſſ. in verb. à Pontifi-
calibus enumerat ea quæ ſunt pontificalis officij de elect.
Boich. in d. c. ſi celebrat num 12.* Interdum Epiſco-
pus ſuſpenditur † à ſacerdotali officio, *c. ſanè el.
31 2. de off. deleg* & tunc non poteſt vti põtificali, et-
iam alibi quam in miſſa, aut exercere ea quæ
ſunt ordinis Epiſcopalis, quia ſine ſacerdotali
officio non poteſt impleri pontificale. *c. ex
litteris in fin. de exceſſ. prælat. gloſſ. in d. extrauag.
Ioannis XX. ſuſcepti in verb. à pontificalibus in fine.
Boich. in d. c. ſi celebrat numero 12.* Cele-
brans in loco † interdicto ſcienter irregularita-
32 tem incurrit à qua per ſolum Papam liberari
poteſt, eſt ineligibilis actiuè & paſſiuè, *c. is qui
§. fin. de ſent. excomm. in 6.* impoſtulabilis, *c. 1. &
ibi gloſſ. in verb. perſonam de poſtul. prælat.* ſuſpenſus
ab officio, beneficio, & omni iuriſdictione ob
contemptum clauium, *c. fin. de exceſſ. prælat.* &
clerici qui præſumpſerint interdictum violare,
ſunt excommunicationis vinculo innodandi &
beneficijs ſpoliandi, nec audiuntur ſi dicant,
quod ſint iniuſtè excommunicati, monachi &
moniales in arctionibus monaſterijs ad agen-
dam pœnitentiam detrudendi, *c. poſtulaſtis §.
queſiuiſtis & ibi gloſſ. pen. hoc tit. & Can.* electio ve-
rò in loco interdicto facta valet, quia per inter-
dictũ ſolum ſuſpenduntur diuina & Eccleſiaſti-
ca ſacramenta. *Panorm. in c. 1. nu. 33. de poſtul. præ-
lat.* Ob prohibitionem celebrationis diuinorũ
in Eccleſia, celebrans in ea non incurrit irregu-
laritatem, nam in multis caſibus prohibitum
eſt celebrari in Eccleſia cumulatis per Anchar.
in c. præſenti num. 1. c. is qui in princ. de ſent.
excomm. in 6. & irregularitas non incurritur
niſi in caſibus à iure expreſſis, *d. c. is qui de ſent.
excomm. in 6.* Quando clerus † interdicto nota- 33
tur, ſingulares ex eo perſonæ interdictæ cen-
ſentur, & immiſcentes ſe alicubi, etiam in loco
non interdicto, diuinis incurrunt irregularita-
tem. *c. ſi ſententia de ſent. excom. in 6.* Quando po- 34
pulus † alicuius terræ interdicitur, ſingulares
quoque perſonæ interdictæ ſunt, qui diuino-
rum auditio, & ſacramentorum perceptio po-
pulo, vt vniuerſis non competit & non debent
alicubi, caſibus expreſſis in iure dumtaxat ex-
ceptis, audire diuina, vel Eccleſiaſtica recipere
ſacramenta, alias incurrunt irregularitatem. *c. ſi
ſententia §. fin. de ſent. excomm. in 6. & ibi gloſſ. in
verb. alicubi & Can.*

Titulus XXVIII.

De clerico non ordinato mini-ſtrante.

SVMMARIA.

1 CLERICVS *non ordinatus temere exercens officium, ſpectans ad ordinem quem non habet, & vtens illius inſignijs tenetur pœna falſi, deponitur ſiue à ſuſceptis ordinibus, ac beneficio ſuſpenditur arbitrio Epiſcopi & nunquam ordinatur.*

2 DISPENSAT *cum non ordinato miniſtrante in ordine ſuſcipiendo Papa, Epiſcopus vero ſuper executione ordinum ſuſceptorum & beneficio.*

PROXIMO titulo dictum eſt de pœna cle-
rici celebrantis poſt interdictum officium,
nunc ſubijcit de pœnis non ordinati miniſtran-
tis, per ſaltũ promoti, & eius qui furtiue ſuſce-
pit ordines, clericus non ordinatus temerè † 1
exercens officium ſpectans ad ordinem quem
non habet, ac vtens illius inſigniis, & in ſolemni
appa-

apparatu miniſtrans, tenetur pœna falſi, *l. eos ff.*
de falſ. deponitur, ſiue à ſuſceptis ordinibus ac
beneficio ſuſpenditur arbitrio Epiſcopi, ac nun-
quam ordinatur, *c. 1. & 2. hoc tit.* vt quia non
ſubdiaconus in ſolemni apparatu cantat Epi-
ſtolam, non diaconus Euangelium, non preſby-
ter miſſam, ſecus quando non ſubdiaconus ſi-
ne ſolemni apparatu cantaret Epiſtolam, vt
quotidie fieri videmus, *c. vt quisq́ presbyter de vit.*
& honeſt. cleric. Diaconus non preſbyter cele-
brans non conficit venerabile ſacramentum,
quia ſolus is conficit, qui ritè fuerit ordinatus,
c. 1. §. vna de ſumma Trinit. c. 2. & ibi gloſſ. in verb.
præſumpſit & Can. hoc tit. ſingula enim Eccleſia-
ſtici iuris officia ſingulis quibuscunque perſo-
nis ſigillatim committenda ſunt, *d.' ſingula*
2 *89. diſt. c. ſubdiacono 93. diſt.* Diſpenſat † cum non
ordinato miniſtrante in ordine ſuſcipiendo ſo-
lus Papa, Epiſcopus verò ſuper executione or-
dinum ſuſceptorum, & beneficio poſt pera-
ctam pœnitentiam vel eius partem. *c. 2. hoc tit.*
& ibi gloſſ. fin. Hoſt. num. 2. & 3. Panor. num. 3. &
Can. communiter.

Titulus XXIX.

De clerico per ſaltum promoto.

Svmmaria.

1 Promotvs *per ſaltum ſiue clericus ſiue laicus recipit characterem.*

2 Præposteratio *in collatione ordinum non vitiat, ſed inducit irregularitatem vel ſuſpenſionem & impedit executionem ſic ſuſcepti ordinis quousq́ prætermiſſos accipiat.*

3 Collatio *beneficij per ſaltum promoto facta non valet.*

4 Cvm *ſcienter per ſaltum promoto & in ordine non gradatim ſuſcepto miniſtrante diſpenſat Papa ſuper executione ordinis & promotione ad maiores.*

5 *Si non miniſtrauit vel miniſtrauit credens ſe promotum fore gradatim diſpenſat Epiſcopus.*

Promovendvs ad ſacros ordines de-
bet fidem facere de inferioribus, gradatim
enim peruenitur ad ſacerdotium, *c. ſubdiacono*
Summa in Decretales.
93. diſtinct. c. qui pie 23. ſeſſ. in princ. c. ſi officia 59. diſt
c. 1. & ſeqq. 77. diſtinct. Boich. in c. innotuit nu. 3. de eo
qui furt. ord. ſuſcepit. ſicut ad honores tempora-
les, *l. vt gradatim ff. de mun. & honor.* ſi de inferio-
ribus non apparet, non præſumuntur collati.
c. vnico hoc tit. latè Anchar. in c. innotuit num. 5. de
eo qui furt. ord. ſuſcep. Hoſtienſ. num. 2. Boich. num. 3.
Promotus per ſaltum † ſiue clericus, ſiue lai- 1
cus, recipit characterem, ac valida eſt preſby-
teratus vel alterius ſacri ordinis collatio prius
minoribus ordinibus non receptis, ac etiam
ordinis Epiſcopalis non recepto prius ſacerdo-
tio, *Pan. in c. vnico hoc tit. num. 4. & 5. & ibi Boich.*
num. 8 & ſeq. plures cumulans & Can. 1 ſollicitudo &
ibi gloſſ. mag & Can 52. diſtinct. nam in quacunq;
ætate aliquis ordinem recipiat, ordinatus eſt,
quando baptiſmus præceſſit, *c. vel non eſt compoſ.*
de temp. ord. c. vnico & ibi gloſſ. in verb. diſcretionis Ho-
ſtienſ. num. 3. & Can. comm. hoc tit. & præpoſtera-
tio † in collatione ordinum non vitiat, ſed in- 2
duit irregularitatem, vel ſuſpenſionem, *Garc. de*
beneſ. par. 7. cap. 1. §. 1. n. 190. & ſeqq. plures citans &
n. 162. limitat. & impedit executionem ſic ſuſce-
pti ordinis, quouſque poſt peractam condignā
pœnitentiam congruo tempore prætermiſſos,
aut eos de quorum receptione non conſtat ac-
cipiat, aut ſuppleantur cum proteſtatione, ſi
non es ordinatus, ego te ordino, & fuerit cum
eo diſpenſatum, *in ſumma & c. 1 52. diſt. c. vnico hoc*
tit. & ibi Boich. n. 9. & Pan. num. 2. & Can. quia nō
intelligitur iteratum quod factum eſſe neſcitur,
c. Eccleſiæ c. ſolemnitates de conſecrat. diſt. 1. c. placuit
de conſecrat. diſt. 4. Collatio † quoque beneficij 3
eidem facta eſt nulla: *Garc. de beneſ. par. 7. cap. 1.*
§. 1. num. 16 & num. 163. limitat. Cum ſcienter † 4
per ſaltum promoto & in ordine non gradatim
ſuſcepto miniſtrante, diſpenſat ſolus Summus
Pontifex ſuper executione ordinis & promo-
tione ad maiores, quia incidit in mentem pro-
xime ſuperioris tituli, *Boich. in c. vnico ſub num. 3.*
hoc tit ſi non miniſtrauit, † vel miniſtrauit cre- 5
dens ſe promotum fore gradatim, licet honeſti
viri inter quos erat conuerſatus contrarium aſ-
ſerant, diſpenſabit Epiſcopus, diſcreta pœni-
tentia iniuncta. *c. qui pie in fin. ſeſſ. 23. c.*
vnic. hoc tit.

Titulus XXX.

De eo qui furtiuè ordinem ſuſcepit.

SVMMARIA.

1 FVRTIVE *ordinatus quis dicatur.*
2 *Recipit verum ordinem, ſed non executionem ordinis furtiue ſuſcepti.*
3 *Furtiuè ordinati pœna.*
4 DISPENSAT *cum eo qui furtiuè ordinem ſuſcepit vt poſſit in ordinem prius furtiuè non ſuſceptis miniſtrare Epiſcopus.*
5 QVIS *diſpenſet in executione ordinis furtiue ſuſcepti, & vt poſſit ad alios maiores promoueri.*

1 FVRTIVE ordinatus † dicitur, qui contra conſcientiam Epiſcopi proprij ſine examinatione promouetur, *c. nullus & c. quando diſtinct.* 24. *c. ſancta ſeſſ.* 23. item qui quatuor minorib. ordinib. non contentus, vna & eadem die ſubdiaconatus ordinem recipit, *c. 2. hoc tit.* nec non qui duos ſacros ordines eodem die ſimul ſuſci-
2 pit, *c. fin. hoc tit.* recipit † verum ordinem, ſed non executionem vltimi ordinis furtiuè ſuſcepti abſq; diſpenſatione, *c. 1. & ibi Pan. in 1. not. & in c. fin. n. 4. & Can. hoc tit. c. litteras de temp. ordin.* & eſt deponendus, etiamſi in omnibus ſit idoneus, quæ depoſitio fieri debet, non ab eo qui ordinauit, quia & ipſe deponi debet, ſed ab eius ſuperiore, *c. fin. & ibi gloſſ. ord. & mag.* 24. *diſt. & Can. c. ſi qui ſine examinatione* 81. *diſtinct.* 2. *ibi gl. & Can.* Quando contra hoc facientes lata eſt excommunicatio ab Epiſcopo ipſo facto incurrenda, *Anchar. in c. 1. num. 2. hoc tit. & ibi Can.* ſi ſuſcipit ſine examine ſacrum ordinem, *c. 1. hoc tit.* aut eadem die minores & ſubdiaconatum, *c. 2. & ibi DD. hoc tit.* vel plures ſacros ordines, *c.*
3 *fin. hoc tit.* incurrit † irregularitatem, ſuſpenditur ab executione omnium ordinum, & de rigore iuris debet deponi, *c. fin. hoc tit.* quia cum ordinatio ſacrorum ordinum fiat cum celebratione miſſæ inter Epiſtolam & Euangelium, irregularis efficitur, qui excommunicatus concelebrat ordinatori, *c. clerici de cleric. excom. depoſ.* Idem obtinet in minoribus ordinibus ſi prohibitio excommunicationis facta fuerit de minoribus, *gloſſ. in verb. ordines in c. fin. hoc tit.* quia excommunicatus eos ſuſcepit, & venit deponendus, *c. cum illorum & ibi Pan. num. 1. de ſent. excomm.* & Epiſcopus ſi non vult aliquem promouere ad duos minores vel plures non compellitur, imò de iure interſtitia etiam temporum ſunt ſeruanda *c. in ſingulis* 77. *diſtinct.*

Diſpenſat † cum eo qui furtiuè ordinem ſuſcepit, vt poſt in ordinibus prius furtiuè non receptis miniſtrare Epiſcopus. *c. 2. hoc tit.* In executione ordinis furtiue ſuſcepti, ſi prohibitio præceſſerit ſub pœna excommunicationis, diſpēſat † ſolus Papa, *c. 1. hoc tit. & ibi Pan. nu. 3. c. cum illorum & ibi Pan. num. 1. de ſent. excom.* etiam cum transferente ſe ad aliquam religionem, *c. fin. in fine hoc tit. ibi de noſtra licentia diſpenſare.* ſi non præceſſerit talis inhibitio, diſpenſat Epiſcopus, *c. 1. hoc tit. & ibi Can.*, & cum ingreſſo domum religionis, vita & moribus eius exigentibus Abbas. *c. 2. in fin. hoc tit.* Eadem diſtinctio adhibenda eſt, ſi is qui aliquem ordinem furtiuè ſuſcepit velit ad alios maiores promoueri, nam ſi præceſſit inhibitio ſub excommunicatione, diſpenſat ſolus Papa, ſi non præceſſit diſpenſat Epiſcopus, *c. 1. hoc tit. & ibi Pan. num. 3. Anchar. ſub num. 1. verſ. tertium membrum.* & nullo caſu Abbas, quia hoc iure cautum non reperitur. 4 5

Titulus XXXI.

De exceſſibus Prælatorum & ſubditorum.

SVMMARIA.

1 EXCESSVS *appellatione comprehenditur delictum in committendo & omittedo.*
2 PRÆLATORVM *appellatione qui veniant.*
3 *Prælatus tenetur de dolo, culpa lata leui & leuiſſima.*
4 SVBDITORVM *nomine qui veniant.*
5 PRÆLATORVM *exceſſus enumerantur ſex.*
6 SVBDITORVM *exceſſus enumerantur ſex.*

POST ſpeciales titulos diuerſorum criminum ſubijcit compilator generalem titulum de exceſſibus Prælatorum & ſubditorum, exceſſus eſt quando exceditur modus ſiue in eo quod eſt amplius, ſiue in eo quod eſt minus, *c. manet* 24. *quæſt. 1. c. diſciplina c. omnis c. ſicut namq.* 45. *diſt.*

Digitized by Google

45. *diſt gloſſ. in c. 1. in verb. modum & ibi Can. de off.*
1 *cuſtod.* & appellatione † exceſſus comprehenditur delictum in committendo & omittendo, *c. 2. & ibi Pan. num. 3. de ſuppl. negl. Prælat.* Appella-
2 tione † Prælatorum veniunt Epiſcopi ſuperiores Epiſcopis, *c. 1. de cleric. ægrot. in princ. in 6.* inferiores Epiſcopis, *c. 2. de donat.* Abbates, & his inferiores, *c. 1. de hæret. in 6.* omnis inferior habens iuriſdictionem fori contentioſi, *c. decernimus & ibi gloſſ. fin. de iudic. c. 1. de eo qui furt. ord. ſuſcep. c. reprehenſibilis de appell.* Rectores Parochialium Eccleſiarum & plebani, *c. cum ab Eccleſiarum de off. ordin. c. tua de cleric. ægrot. vel debilit.* quilibet qui ex electione habet prælaturam, *c. experientia & ibi gloſſ. 1. 11. quæſt. 1. clem. fin. de pro-*
3 *cur.* tenetur prælatus † de culpa leuiſſima, quia tenetur de negligentia, *c. ea & ibi gloſſ. in verb. negligentia, & Panorm. num. 1. & 2. de off. Archid.* non tamen tenetur dicere ſuam culpam ſubdito quando exceſſit in corrigendo, ne dum nimiam ſeruatur humilitas, regendi frangatur
4 auctoritas. *c. quando 86. diſtinct.* Nomine † ſubditorum venit quilibet ſubiectus ſiue clericus ſiue laicus in ijs, quæ de iure vel conſuetudine ſpectant ad forum prælatorum, *gloſſ. in clem. prima in verb. ſubditos de for. compet.* item ſubditus dicitur ratione domicilij, beneficij Eccleſiaſtici, aut originis propriæ vel paternæ, *c. 3. de temp. ord. in 6. l. aſſumptio §. filius & ibi Bart. ff. ad municip.* impropriè verò ratione delicti, *c. nuper §. in primo de ſent. excomm.* vel contractus, *gloſſ. in clem. in verb. ſubditos in fine, de for. compet.* aut rei. *Franc. in c. primo num. 2. de priuileg. in 6.*

5 Prælati excedunt † primo quando Eccleſiam ſibi commiſſam pro alienis grauant debitis, aut litteras alicui ſeu ſigilla concedunt, quibus poſſent Eccleſiæ obligari, ſuntq; ipſo facto ſuſpenſi, non ab officio, ſed ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium, & Eccleſiæ ad ſolutionem talium debitorum non tenetur, *c. 2. de ſolut. & ibi gloſſ. Panorm. & Can.* mutuantes pecuniam Eccleſiæ non incidunt in iſtam ſuſpenſionem, quando Eccleſia habet pecuniam ſuperfluam, quia vt Eccleſia tenetur facere Eleemoſynam indigenti, ita & pecuniam mutuare, *c. quoniam 16. quæſt. 1 Pan poſt Io. And. in c. 2. n. 9. de ſolut.* Secundo quando tallias & exactiones indebitas exercent, aut ſubditos irrationabiliter grauant. *c. 1. in princ. hoc tit. dictum eſt ſupra tit. de cenſib.* Tertiò quando ſine præſentia capituli ſui ſententias dicunt & irrita eſt Epiſcopi ſententia, *c. penult. & fin. 15. quæſt. 7. c. 1. & ibi gloſſ. in verb capituli hoc tit. l. cum ſententiam C. de ſent. & interloc. omni iud.* Quartò quando cõcedunt priuilegium vni Eccleſiæ in enorme alterius Eccleſiæ præiudicium ſine cauſa & conſenſu capituli. *c. conſtitutus & ibi gloſſ in verb. in quocunq; Pan. n. 11. & Can. de relig. domib. c. ad hæc & ibi gloſſ. 1. & Pan. n. 3. & Can. hoc tit.* Quinto quando ſibi retinent, vel propria auctoritate ſe intrudunt in beneficia etiam regularia & manualia, quorum habent inſtitutionem, præſentationem vel collationem, *c. ad aures hoc tit. & ibi gloſſ. 1. Panorm. num. 4. & Can. clem. quia regulares de ſuppl negl. prælat.* Sexto quando exigunt, vel percipiunt aliquid ab inferioribus contra tenorem libertatis aut priuilegij eis indulti à Sede Apoſtolica, *c. ſane c. nimis el. 2. hoc tit. clem. 1. hoc tit.* & ſententia propterea cõtra eccleſias aut perſonas inferiorũ ipſo iure non tenet. *c. cum ad quorundam hoc tit.*

Subditi excedunt † primo, quando Vicarij, 6
perſonis fide & ſacramento obligati, perſonatum ſibi falſo aſſumentes, contra perſonas ſe erigunt, & poſtquam ſuper hoc in iure confeſſi vel conficti fuerint, de cætero in eodem Epiſcopatu vel alio ad officij ſui executionem nullatenus admittuntur, *c. illud hoc tit. & ibi gloſſ. & Can.* Secundo quando inferiores prælati Eccleſias ſuas vel ſibi ſubiectas etiam pleno iure alteri Eccleſiæ vniunt ſine Epiſcopi conſenſu, etiam Metropolitani auctoritate interueniente, *c. ſicut vnico hoc tit.* aut cognoſcunt, de cauſis matrimonialibus, pœnitentiaſue publicas, vel indulgentias concedunt. *c. accedentib. hoc tit.* Nam inter ſpectantia ad Epiſcopum quędam ſunt ordinis Epiſcopalis, quædã dignitatis, quædam ſimplicis iuriſdictionis, *Pan. in c. accedentibus hoc tit. idem in c. tranſmiſſam num. 3. de elect.* ea quæ ſunt ordinis, vt chriſmare, Eccleſias cõſecrare, clericos ordinare, & ſimilia enumerata in c. quamuis cot Epiſcopi 68. diſtinct. non poſſunt competere inferioribus etiam ex conſuetudine, quia in eis deficit pontificatus apex: Ea quæ ſunt dignitates Epiſcopales, vt vnio, *c. ſicut hoc tit.* cognitio cauſarum matri-

monialium, iniunctio pœnitentiarum publicarum, conceſſio indulgentiarum & ſimilia notata in c. accedentib. hoc tit. vel iuriſdictionis Epiſcopalis, vt cognitio cauſarum clericorum & alia notata in gloſſ. fin. in c. tranſmiſſam de elect. & ibi Can. iure communi inferioribus nõ competunt, ſed poſſunt competere eis ex conſuetudine præſcripta vel conceſſione ſuperioris, *c. cum olim c. auditis & ibi Pan. num. 6. de praſcript. Pan. in c. accedentibus num. 2. & in d. c. ſicut n. 3. hoc tit. late Hoſt. in c. dilecto filio n. 23. & ſeq. de off. Archid.* Tertio quando clerici non erubeſcunt publicè confiteri ſe deliquiſſe, & propter ſcandalum inde ſecutum ſuſpenduntur ab officio & beneficio. *c. quam ſit graue hoc tit. & ibi gloſſ. Pan. & Can.* Quartò quando contra fidem iuramenti præſtiti ac debitam reuerentiam Epiſcopum ſuum eſſe Dominum negant, vel in foro ſæculari deponunt contra eum ſuper rebus ſpiritualibus quæſtionem, aut tam inuaſori Epiſcopi & ſociorum eius, quam complicibus ſuis cauſam & concilium præbent, & deponuntur perpetuo à beneficio obtento in Eccleſia Prælati taliter læſi. *c. grauem hoc tit.* Quinto quando clerici in Eccleſia beneficiati contra voluntatem ſuperioris etiam Abbatiſſæ ſibi vſurpant ſigna collegij, & volunt conſtituere vnum corpus, quod capitulum appellatur. *c. dilecta hoc tit. & ibi Anchar. fuſe tractat. quando plures homines poſſunt conſtituere collegium Archid. in c. 1. num. 2. 10. quaſt. 1.* Sexto quando cogunt ſacerdotem ad teleuãdum furem ſiue furtum in pœnitentia confeſſum. *c. dilectus hoc tit. Franc. Marc. quaſt. 772. par. 1. num. 2.*

Titulus XXXII.

De noui operis nunciatione.

Svmmaria.

1 Novi *operis nunciatio fit illi qui adificat aut adificij formam addendo vel detrahendo mutat in alterius praiudicium.*

2 *Fit ex tribus cauſis, gratia iuris proprij conſeruandi, damni depellendi & publici iuris tuendi.*

3 *Tripliciter per inhibitionem pratoris, manum, id eſt lapilli iactum & noui operis nunciationem ſimplici verbo factam.*

4 *Qui poſſint nouum opus nunciare.*

5 *Fit nunciatio quocunq; die à clerico contra laicum coram iudice Eccleſiaſtico.*

6 *In re praſenti, id eſt, in loco vbi nouum opus fit & qui in praſenti fuerit vt fabris.*

7 *Pro ijs operibus tantum qua ſolo coniuncta ſunt & qua futura ſunt etiamſi fiant Eccleſia aut loca religioſa.*

8 *Tot debent eſſe nunciationes quot ſunt loca in quibus adificatur & conſequenter debent eſſe plures remiſſiones.*

9 *Noui operis nunciatio eſt remedium extraordinarium & in ſubſidium introductum.*

10 *Ex parte eius cui nunciatur eſt in rem.*

11 *Ex parte nunciantis eſt in perſonam.*

12 Nvncians *nouum opus parte petente iurat de calumnia.*

13 *Secundo in teſtationem referre debet ſi quid operis iam ſit factum.*

14 *Tertio ſi procuratorio nomine nunciat & dubitetur de mandato ſatiſdat de rato.*

15 *Quarto quoties in partem fit nunciatio, demonſtratio facienda eſt in quo loco opus nouũ nunciet.*

16 Nvnciatio *noui operis habet plura capita.*

17 *Prohibitorium interdictum.*

18 *Interdictum reſtitutorium ſeu demoliatorium.*

19 *Interdictum permiſſorium.*

20 *Lex in honorariis ff. de act. & oblig. procedit de iure ciuili, iure canonico remedia pratoria quantumcunq; ſunt pœnalia, tamen ſunt perpetua.*

21 Novi *operis nunciatio quibus modis tollatur.*

Svbiicit de exceſſu eius qui nouum opus
facit, aduerſus quem plura competunt
iuris remedia & actiones enumeratæ per gloſ.
in l. prætor ait §. nonnulli in verb. interdictum
ff. hoc tit. Gail. obſeru. 16. lib. 1. & plerumque
fit nunciatio noui operis illi † qui ædificat ad æ-
mulationem, *l. opus nouum ff. de oper. publ. c. Piſanis* 1
in fin. de reſtit. ſpol. Gail. obſ. 69. lib. 2. aut ædificat,
aut ædificij formam addendo vel detrahendo
mutat in alterius præiudicium, *l. 1. in princ. & §.*
inde quaritur in l. antepen. §. opus ff. hoc tit. c. ſignifican-
tib. hoc tit. qui antiquum reficit, *l. 1. §. ſi quis adifi-*
cium ff. hoc tit. aut riuos, aut cloacas reficit, vel
purgat, *l. de pupillo §. ſi quis riuos ff. hoc tit.* nouum
opus non facit, fit ex tribus † cauſis, gratia 2
iuris

Digitized by Google

iuris proprij conſeruandi, damni depellendi, &
publici iuris tuendi, *l. 1. §. nunciatio & l. de pupillo*
3 *§. ſextus ff. hoc tit.* tripliciter † per inhibitionem
prætoris, per manum id eſt, lapilli iactum, &
per noui operis nunciationem ſimplici verbo
factam, cæterum quoties quis in noſtro ædifi-
car, vel in noſtrū immittere, vel proijcere vult,
ſimplici noui operis nunciatione poſſeſſorem
eum faciemus cui nunciauerimus, at ſi in ſuo
quid faciat quod nobis noceat, tunc ſimplex
noui operis nunciatio erit neceſſaria, *l. de pupillo*
§. meminiſſe ff. hoc tit. ſi in publico aliquid fiat, o-
4 mnes ciues † nouum opus nunciare poſſunt, *l. in*
prouinciali §. fin. ff hoc tit. ſi in priuato, dominus
rei in qua fit nouum opus & quaſi dominus, *l. in*
prouinciali §. ſi ego ff. hoc tit. creditor cui pignoris
nomine prædium tenetur, *l. creditori ff. hoc tit.* pu-
pillus intercedente tutore auctore, *l. de pupillo ff.*
hoc tit. is cui ſeruitus perſonalis debetur, ei à quo
habet ſeruitutem nouum opus nunciare non
poteſt, ſed vindicat vſumfructum per confeſſo-
riā, extraneo, poteſt procuratorio nomine do-
mini; *l. 1. §. fin. ff. hoc tit.* is cui ſeruitus ruſtica de-
betur aduerſus eum qui ædificando eius vſum
impedit, non nunciat nonū opus, ſed agit con-
feſſoria, *l. qui viam & ibi Bald. ff. hoc tit.* ſed ei qui
in ædes noſtras immittit aut vſurpat ſeruitutem
vrbanam fit nunciatio, *l. de pupillo §. ſed etſi in ædes*
ff. hoc tit. quia prædia ruſtica debent eſſe magis
libera quàm vrbana propter fauorem agricul-
turæ vel ideo quod licet quis ædificando vſum
ſeruitutis ruſticæ occupet, alio tamen loco æ-
què idoneo eadem ſeruitus reponi poteſt, *Iaſ.*
in l. 1. §. vſufructuarius ſub num. 8. ff. hoc tit. l. ſi cui ff. de
5 *ſeruit. Zaſ. ſing. reſponſ. li. 1. c. 9.* fit nunciatio † quo-
cunq; die, *Butr. in c. 1. n. 9. hoc tit.* à clerico contra
laicum corā iudice eccleſiaſtico, quia vbicunq;
clericus comparet contra laicum ad tuendam
ſuam poſſeſſionem, reus ſtimulatus cenſetur
quoad forum; *c. ſignificantibus & ibi Butr. in 2. not.*
6 *hoc tit.* in re præſenti, † id eſt, eo loci vbi nouum
opus fit, ei qui in præſenti fuerit, vt fabris & o-
pificibus, qui iſtic operantur, nec refert quis ſit
is qui in præſenti fuerit, cuiuſue conditionis,
nam & ſi ſeruo nuncietur, vel mulieri, vel pue-
rò, vel puellę, tenet nunciatio, alibi autem facta
nunciatio nullius eſt momenti, *d. l. de pupillo §.*
7 *nunciationem*, pro ijs operibus † tantum quæ ſo-
lo coniuncta ſunt, quorum ædificatio vel de-
molitio videtur opus nouum continere, *l. 1. §.*
hoc autem edictum 2. ff. hoc tit. & quæ futura ſunt,
non ad præterita, *l. 1. §. 1. ff. hoc tit.* etiamſi fiant
eccleſiæ aut loca religioſa, quæ non ſunt in alte-
rius præiudicium ædificanda, *c. 1. & 2. hoc tit.* &
tot debent † eſſe nunciationes, quot ſunt loca in 8
quibus ædificatur, nec ſufficit vna nunciatio
pro pluribus locis, & conſequenter debent eſſe
plures remiſſiones, *d. l. de pupillo §. ſi in pluribus ff.*
hoc tit. exceptis generaliter ijs operibus, quorū
mora vniuerſale iure commune periculum al-
latura eſt toti ciuitati, vel viciniæ, in quibus con-
temnenda eſt noui operis nunciatio, ſi vero im-
minet ſpeciale periculum eius cui fit nunciatio,
tunc ſperni non poteſt; *l. de pupillo §. ſi quis riuos*
verſ. præterea ff. hoc tit. poſſet tamen eſſe tantum
periculum eius cui fit nunciatio, quod poſſet
ſperni, vt in caſibus in quibus non poteſt ap-
pellari, *l. fin ff. de appell. recip. Bart. in d. §. ſi quis riuos*

Nunciatio noui operis eſt remedium † ex- 9
traordinarium & in ſubſidium introductum,
ideo ceſſat vbi habet locum ordinarium, *l. in*
prouinciali ff. hoc tit. ex parte eius † cui nunciatur 10
eſt in rem, & ideo ſufficit ſi vni ex ſocijs fiat
nunciatio, & morte eius, aut alienatione cui fuit
nunciatum, non extinguitur, ex parte nuncian-
tis † eſt in perſonam, ideoq; debent omnes ſo- 11
cij nunciare, ac re integra, furore, *arg. l. ſi quis ali-*
cui ff. de acquir. poſſ. morte nunciantis & aliena-
tione extinguitur, quia voluntas nunciantis
morte, & cauſæ iuris conſeruandi & damni de-
pellendi finiuntur alienatione, *l. de pupillo §. ſi plu-*
rium l. non ſolum §. fin. ff. hoc tit. etiam quando præ-
ſtita eſt ſatiſdatio per nunciatum de opere de-
moliendo, quæ non impedit quin morte nun-
ciatoris extinguatur nunciatio, *Iaſ. poſt Bart. in l.*
non ſolum §. morte ſub n. 9. verſ. in ea gloſſ. ibi vel his non
fuerit ſatiſdatum & n. 10. & ibi DD. ff hoc tit. ſed
tranſit in ſucceſſorem nunciantis pro futuro
opere præcedentibus connexo, ita quod ſi pa-
rum de opere eſt factum in vita nunciantis,
poſt mortem vero eius perfectum eſt, deſtrua-
tur in totum, *l. ſi tutor poſt pubertatem ff. de tut. &*
rat. diſt. Bart. in l. non ſolum §. morte n. 6. & ibi DD.
ff. hoc tit. Idem iuris eſt ſi nunciaſſet nouum o-
pus pro ſe ſuiſq; hæredibus & ſingularibus ſuc-
ceſſoribus, *Bart. in d. §. morte n. 5. Iaſ. n. 4.* Nunci-
ans parte petente † debet iurare de calumnia 12
coram prætore, *d. l. de pupillo §. qui opus nouum*

13 2. In teſtationem † referre debet ſi quid operis
iam ſit factum, *l. non ſolum* §. *qui opus &* §. *ſciendum*
14 *in fin. ff. hoc tit.* 3. Si procuratorio nomine † nun-
ciat & dubitetur de mandato quod requiritur
ſpeciale, debet ſatisdare de rato, *d. l. de pupillo* §.
15 *qui procuratorio ff. hoc tit.* 4. Quoties in partem † fit
nunciatio toties demonſtratio facienda eſt, in
quo loco opus nouum nunciet, ſcituro eo cui
nunciatum eſt vbi poſſit ædificare, & vbi inte-
rim abſtinendum ſit, cæterum ſi in totum opus
fiat, non eſt neceſſe demonſtrare, *l. de pupillo* §.
qui nunciat ff. hoc tit.

16 Nunciatio noui operis habet plura † capita;
17 prohibitoriũ, † & ſufficit quod opus ſit inchoa-
tum, *l. de pupillo* §. *nunciationem in princ. l. præt. ait* §.
18 *ſi vt autem ff. h. t.* demolitoriũ ſiue reſtitutorium †
& tunc oportet quod habeat ſe inſtar alicuius
operis, *l. ſtipulatio* §. *opus autem ff. h. t.* & permiſſori-
19 um † interdictum, ne quis prohibeat volentẽ æ-
dificare qui ſatiſdedit, *l. prætor ait* §. *hoc interdictum 2. ff. hoc tit. gloſſ. in d. l. de pupillo* §. *meminiſſe in verb. vti poſſidetis Bart. in l. 1.* §. *poteſt autem ff. hoc tit.* quod ceſſat ſi cautum non perſeueret, *d. l. prætor ait* §. *hoc interdictum 2. &* §. *ſeq. ff. hoc tit.* fuſius me explico circa effectus ſeu capita nunciationis. Circa prohibitorium, 1. quicquid ædificatum eſt poſt nunciationem debet demoliri expenſis ipſius ædificantis, ſiue iure ſiue iniuria ædificatum ſit, *l. prætor* §. *1. &* §. *ait prætor ff. hoc tit.* 2. Eſt in optione nunciantis nouũ opus, an intra tres menſes de præiudicio doceat an recepta cautione de opere demoliendo ſtatim ædificare permittat, *c. ſignificantibus & c. fin. hoc tit. l. fin. C. de ædif. priuat.* poſt lapſum trium menſium proceditur in cauſa, ac etiam in ædificio, data cautione de opere reſtituendo ſiue demoliendo, *Pan. in d. c. ſignificantibus n. 2. & ibi Can. l. vnica C. hoc tit. Bart. in d. l. prætor ait* §. *ſi quis parat.* etiam quod nuncians incontinenti ſe probaturum offerat ius ædificandi nunciato non competere, *c. fin. hoc tit. Creſcent. deciſ. 1. hoc tit.* non ſufficit dicere nunciato ego ſum paratus ſatiſdare, ſed oporteret ſecum ducere fideiuſſores, *l. ſeruus ſi hæredi in fin. ff. de ſtat. lib. l. qui ducem* §. *idem reſponſum ff. de ſolut. Bart in d. l. prætor ait* §. *ſi quis paratus*, ſi ageretur de eccleſia ædificanda, tunc vltra dictã cautionem de demoliendo deberet interponi decretum quod lite durante eccleſia non conſecretur, *Creſcent. deciſ. 1. hoc tit. arg.* §. *nullius &* §. *ſacra Inſtit. de rer. diuiſ.* 3. Omnis actio præiudicialis ad nunciationem noui operis interim ſilere debet, non ipſo iure, ſed ope exceptionis, *l. fundi & ll. ſeqq. ff. de except.* & Iudex debet interdictum in eum, cui nouum opus nunciatum fuit, tantum reddere de opere reſtituendo, *l. 1.* §. *ſed & ſi iu ff. hoc tit. & ibi Bart. & DD.* quod ſi nuncians omiſerit exceptionem proponere, & paſſus eſt eum cui nouum opus nunciauit agere confeſſoria, vel alia præiudiciali actione, & hic agens obtinuerit, non poterit poſtea conueniri interdicto reſtitutorio, aut à nunciante ab agendo repelli, *arg. c. cum dilectus de cauſ. poſſ. & propr. & c. 1. de reſtit. ſpol. Bart. in l. 1.* §. *ſed & ſi iu n. 2. ff. hoc tit.* 4. Si quis quam ædificatum eſſet ageretur confeſſoria aut negatoria, nec res à conuento defenderetur, quia latitat, in pœnam contumaciæ officio iudicis continetur, vt iubeat reum cauere, ſi actum ſit confeſſoria, non prius ſe ædificaturum, quam vltro egerit & probauerit prædij ſui libertatem, ſi verò negatoria opus nouum ſe non nunciaturum, nec ædificanti vim facturum donec de ſeruitute ſibi debita doceat, & ſic vtroque caſu partes actoris ſuſtineat, *l. ſi prius quam ff. hoc tit. & ibi Bart.* 5. Interdictum prohibitorium perpetuo durat vltra triginta annos, etiamſi aliquando nunciatio fiat officio Iudicis: quia cauſatur ex timore de futuro opere, *l. prætor ait* §. *hoc interdictum & ibi Bart. n. 3. &* §. *fin. n. 1. ff. hoc tit. & DD.* Interdictum reſtitutorium ſiue demolitorium, licet prætorium ſit & pœnale, ex parte conuenti eſt perpetuum, datur hæredibus cæteriſque ſucceſſoribus contra ædificantem, ratum habentem, eorumque hæredes & ſucceſſores ad quos peruenerit vel qui dolo fecerint ne perueniret, *l. prætor ait* §. *hoc interdictum 1. & ibi Bart. & Iaſ. ff. hoc tit.* ſi nihil peruenerit ad hæredem, tenetur ad patientiam, non autem ad expenſas ſiue pœnam, in quam hæres non ſuccedit, niſi lite conteſtata; *d. l. prætor ait* §. *hoc interdictum 1. & ibi gloſſ. in verb. competat & l. pen. ff. hoc tit. & ibi poſt gloſſ. DD.* ſucceſſor prælati in dignitate tenetur ad patientiam & impenſas, quando poſt nunciationem factam prædeceſſori opus ſcienter perfecit, ac nomine eccleſiæ fuerit ædificatum, *c. 2. hoc tit. & ibi Pan. n. 8. & Can. Bart. in l. per ff. hoc tit. & ibi add.* ſingulari quoque ſucceſſori in rem & contra eum datur pro opere præterito, damno tamen

futuro,

Digitized by Google

futuro, quia omnia interdicta, & alia in rem ſcripta, ſunt in rem ſcripta ex parte vtriuſq; tam actiuè, quàm paſſiuè, *l. ſi tertius § ſi quis priuſquam ff de aq. pluu. arc. & ibi gloſſ. Iaſ. in d. l. prætor ait § hoc interdictum n. 6.* pro opere vero futuro ipſe ſucceſſor in rem nunciare debet, cum nunciatio ſit extincta re integra per alienationem, *Bart. in d. l. prætor ait § hoc interdictum 1. in fi. ff hoc tit.* Interdictum permiſſorium, ne quis prohibeat ædificare volentem, qui ſatiſdedit, datur hæredi, eſt annale, *l. prætor § fin. ff. hoc tit.* contra hæredem non datur, *l. in honorarijs ff. de act. & oblig.* nam ex parte conuenti continet pœnam, quia datur ad id quod ad eum non peruenit, nempe intereſſe prohibiti ædificare poſt ſatiſdationē, naſciturq; ex inquietatione ipſi facta. *Bart. in d. l. prætor ait § fin. n. 2. & 3. ff. hoc tit.* Procedit autem
20 regula, d. l. in honorarijs † ff. de act. & obligat. de iure ciuili, iure Canonico remedia prætoria, quantumcunque ſunt pœnalia, tamen ſunt perpetua, *c. ſollicita & ibi gloſſ. fin. de reſt. ſpoliat. & Can.* & hæres ex delicto defuncti tenetur inſolidum, quatenus eſt in hæreditate, *latè Pan. in c. fin. n. 5. de ſepult. dixi ſupra hoc lib. tit. de rapt.*
21 Tollitur ſiue remittitur † nunciatio verbis, *l. non ſolum § ſciendum ff hoc tit.* tranſactione, *l. 1. § inde quæritur ff. hoc tit.* morte nunciantis re integra ac alienatione, *l non ſolum § fin ff hoc tit.* data ſatiſdatione idonea de demoliendo, *c. fin. hoc t. l. vnic. C. hoc tit.* aut oblata ſi nuncians ſtipulari noluerit. *l prætor ait § ſi quis paratus & § deinde ait ff. hoc tit.* contrario iuſſu Iudicis, *l ſi opus ff. hoc tit.*

Titulus XXXIII.

De priuilegijs & exceſſibus priuilegiatorum.

SVMMARIA.

1 PRIVILEGIVM *propriè eſt quando aliquid conceditur contra iura.*
2 *Quando aliquid conceditur præter ius commune ſine alicuius præiudicio, tunc propriè dicitur beneficium.*
3 PRIVILEGIORVM *aliud eſt reale.*
4 *Quoddam eſt perſonale & conceſſum vni, ad alias perſonas non extenditur.*
5 *In dubio priuilegium præſumitur potius perſonale quam reale.*
6. PRIVILEGIVM *aliud eſt generale.*
7 *Aliud ſpeciale quod perſonæ conceditur & extinguitur cum perſona.*
8 PRIVILEGIVM *qui poſſint concedere.*
9 *An in conceſſione priuilegij debeat fieri mentio iuris communis.*
10 *Priuilegij alteri prius conceſſi.*
11 *In impetratione ſecundi priuilegij debeat fieri mentio de primo.*
12 *An debeat fieri mentio ſtatutorum ſeu conſuetudinum.*
13 PRIVILEGIVM *acquiritur priuilegiato ſtatim à die datæ & ante notitiam illius, vel à tempore notitiæ, mox vbi peruenit ad priuilegiatum.*
14 PRIVILEGII *interpretatio pertinet ad principem.*
15 *Beneficium propriè ſumptum largiſſimè eſt interpretandum, limita quando agitur de incapacitate priuilegiati vel ſubreptione priuilegij quibus caſibus inferior poteſt declarare priuilegium niſi princeps ſit in loco.*
16 PRIVILEGIVM *propriè ſumptum largiſſimè eſt interpretandum, verum quando præiudicat tertio vel iuri communi debet ſtrictè interpretari quod probatur aliquot exemplis.*
17 PRIVILEGIATVS *non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum limita regulam 2. modis.*
18 PRIVILEGIVM *perditur multis modis his recenſitis.*
19 EXEMPTIO *eſt ſeparatio à Iuriſdictione ordinarij.*
20 EXEMPTIONEM *concedunt ſummus pontifex & Epiſcopus.*
21 SVMMVS *pontifex concedit priuilegium, libertatis exceptionis, & indulgentiæ.*
22 LIBERTAS *idem importat quod nullius diœceſis practici appellant, locus liber nec eſt in diœceſi nec de diœceſi.*
23 *Prælatus in loco libero habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*
24 *Eccleſia & monaſterium nullius diœceſis ſunt in prouincia ſed non de prouincia.*
25 EXIMIT *ſummus pontifex quandoque locum vel perſonas ratione loci & quomodo iſta exemptio probetur.*
26 *Per exemptionem conceſſam eccleſiæ quinam eximantur.*
27 *Hoſpitali conceſſam quinam eximantur.*

Digitized by Google

28 Monaſterio exempto, an capella & membra cenſeantur exempta.

29 Eccleſia, monaſteria, cæteraque loca exempta licet non ſint de diœceſi ſunt tamen in diœceſi.

30 Quid ſi canonici alicuius eccleſiæ eximantur qui nam cenſeantur exempti.

31 Quid ſi clerici cuiuſuis eccleſiæ eximantur.

32 Interdum eccleſia & plebs eximuntur pleno iure quoad legem iuriſdictionis & quoad legem diœceſanam, & exemptus prælatus habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuos ſubditos.

33 Libertas aut exemptio quantumcunque lata ſit non includit exemptionem ratione delicti contractus vel rei, ſi ſit delictum perpetratum contractus initus, vel res ſita in loco non exempto qui minus ſi ibi reperiantur coram ordinarijs iſtorum locorum conueniri poßint vbi autem domicilium habent non poſſunt conueniri aliquatenus ſuper iſtis.

34 EXEMPTIS à ſummo pontifice quandoque conceditur perſonæ non reſpectu certi loci vt Protonotarijs, Comitibus Palatinis, familiaribus Papæ qui ex decretis Concilij Tridentini ipſis ordinarijs tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatis plenè in omnibus ſubijciuntur.

35 EXIMIT eccleſiam & clerum quandoque ſummus pontifex à iuriſdictione Epiſcopi & alteri Prælato vel Archiepiſcopo, aut viciniori Epiſcopo pleno iure ſubijcitur perpetuo & videtur omne ius Epiſcopale conceßiſſe.

36 Vel ad tempus eximit clerum totum aut ſingularem clericum propter litem quam habet cum Epiſcopo, & deputat Archiepiſcopum vel viciniorem Epiſcopum qui iuriſdictionem in clerum aut clericum exerceat durante lite.

37 Aliquando ſummus Pontifex committit iudici vt durante lite eximat conſtito de ſæuitia.

38 INDVLGENTIA à libertate & exemptione differt quia reſtringitur ad certum tempus vel ad certos actus, cuius plura ponuntur exempla.

39 ORDINARII locorum poſſunt eos qui ſe aſſerunt per priuilegium, ſeu indulgentias ſedis Apoſtolicæ exemptos requirere & ipſi requiſiti tenentur huiuſmodi priuilegia vel indulgentias ipſis ordinarijs oſtendere.

40 EXEMPTVS non poteſt iuriſdictioni ordinarij ſe ſubijcere per prorogationem aut alias.

41 In reſcriptis ad lites debet fieri mentio de exemptione, vbicunque literæ impetrantur contra exemptum de ſtylo curiæ.

42 EXEMPTA loca ac perſonæ exemptæ etiam regulares ratione loci ſubiacent ordinarij ſiue Epiſcopi iuriſdictioni vti ſedis Apoſtolicæ delegati multis caſibus qui hic recenſentur.

43 An liceat Epiſcopo in caſibus allegatis in loco exempto conſtituere officialem.

44 Sunt & alij caſus in quibus datur ordinaria iuriſdictio in exemptos ſimpliciter abſque clauſula delegationis à ſede Apoſtolica.

45 Archiepiſcopi per loca exempta ſuæ prouinciæ poſſunt facere ante ſe portari crucem, item Archiepiſcopi & Epiſcopi diœceſani poſſunt in eiſdem locis exemptis populo benedicere.

46 EXEMPTIONES conceſſæ à ſummo pontifice ſunt odioſæ & reſtringendæ.

47 EXEMPTIO & libertas quam Epiſcopus concedit latißimè eſt interpretanda, quia per eam ſuperioribus prælatis nullum fit præiudicium.

48 Epiſcopus interdum eccleſiam & clerum eximit à ſua iuriſdictione & nulli eos ſubijcit & vendicat ſibi locum c. ſicut vnire in fine de exceſſ. prælat. cap. 1. in princip. de for. compet. in 6.

49 Interdum Epiſcopus eximit eccleſiam in certis ſpecialibus caſibus aut ſeruitia ſibi debita remittit.

50 Nonnunquam Epiſcopus eccleſiam ordinariæ iuriſdictioni ſubijcit inferioris prælati conſentientibus clericis ex cauſa & conſenſu Capituli, & videtur omnia iura conceßiſſe exceptis quibuſdam quæ à ſe alienare non poteſt.

51 In tribus caſibus poteſt Epiſcopus in totum à ſe eximere eccleſiam hic annotatis, quibus additur quartus.

52 Exemptus per Epiſcopum à ſua iuriſdictione poteſt exemptioni renunciare & iuriſdictionem ordinarij prorogare.

53 Canones concedunt ordinarijs iuriſdictionem delegatam authoritate Apoſtolica certis caſibus in exemptos ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectos, ſed nunquam in exemptos à iuriſdictione Epiſcopi & alteri immediate ſubiectos.

54 EXEMPTA eccleſia poteſt vti duplici priuilegio exemptionis nempe priuilegio ſibi concepto ab Epiſcopo ac priuilegio libertatis ſibi indulto à ſede Apoſtolica.

55 EPISCOPVS non poteſt aliquam eccleſiam ſuæ diœceſis à iuriſdictione Epiſcopali eximere & ſubijcere alteri Epiſcopo.

56 Exemptio

56 EXEMPTIO *ſiue libertas acquiritur priuilegio & præſcriptione, quando priuilegium non ad plenum per ſe ſufficit ad exemptionem ſiue libertatem cõprobandam, ſed tale eſt, quod probet cauſam præſcriptionis.*

57 *Exemptio ſiue libertas acquiritur ſola præſcriptione canonica quadraginta annorum cum titulo vel tanti temporis, cuius initij extat memoria in qua inter alia allegari & probari debet, quod alius prælatus in eius iuriſdictionem præſcripſerit.*

58 EPISCOPVS *contra quem ſubditus ſe prætendit exemptum priuilegio tantum, priuilegio & præſcriptione, aut præſcriptione canonica tantum, cognoſcit iudicialiter de illa quæſtione.*

59 EPISCOPVS *an in eccleſias vel clericos alienæ diœceſis poſſit præſcribere ius epiſcopale.*

60 MVLTVM *intereſt, an quis contra ordinarium ſuum ad probandum ſe exemptum alleget priuilegium tantum, an priuilegium & præſcriptionem, vel præſcriptionem tantum.*

QVANDOQVE ſubditi delinquunt abutendo priuilegiis ſuis, vel terminos eorũ excedendo, ſæpius etiam dubitari contingit de intellectu priuilegiorum, ideo ſubiungit de priui-
1 leg. & exceſſ. priuilegiat. Priuilegium † proprie
eſt, quando aliquid conceditur contra iura, &
dicitur quaſi priuata lex, *c. priuilegia. diſt. 3. c. fin. §. quanquam 25. quæſt. 1. c. fin. 25. quæſt. 2. § plane Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. priuilegia. ff. de reg. iur.* quan-
2 do aliquid conceditur præter † eis commune
ſine alicuius præiudicio, tunc proprie dicitur
beneficium, vt quando princeps cõcedit aliqua
iura ad ſe ſpectantia, *Pan. in c. olim n. 7. de verb. ſignif. Iaſ. in l. fin. n. 27. & 31. plures cumulans ff. de con-*
3 *ſtit. princip.* Priuilegium † quoddam eſt reale,
quoddam perſonale. Reale eſt, quod eccleſiæ,
dignitati, ciuitati, vel loco, aut perſonis ratione loci, vel alicui rei, aut cauſæ, vel actioni conceditur, *c. cum olim el. 1. & c. ſeq. hoc tit. l. in omnibus cauſa la. 2. & l. priuilegia ff. de reg. iur. & ibi Dec. n. 13. & ſeqq. & DD. c. quoniam abbas de off. deleg. & ibi Can.* & eſt perpetuum, *c. 1. & ſeq. 25. quæſt. 2. l. vectigalia & ibi Bald. C. de vectig. & commiſſ. Dyn. in c. priuilegium n. 6. de reg. iur. in 6.* niſi fortè res perimatur, vel niſi reuocetur ex cauſa, *c. recolentes § ſi enim relictis de ſtat. monach.* Quoddam eſt perſo-
4 nale, † & conceſſum vni, ad alias perſonas non
extenditur, ideo priuilegium cõceſſum regibus
non extenditur ad reginas, vel filios, *c. nec aliqui & ibi Gemin. n. 2. & Can. hoc tit.* etiam ex identitate rationis, *c. ſane hoc tit. c. priuilegia diſtinct. 3. c. hinc etiam eſt 16. quæſt. 1. c. conſtitutus in fine de conceſſ. præb. l. cum vero & ibi gloſſ. ponit exempla & DD. cum 2. ll. ſeqq. ff. de legib. l. licitatio §. mercatores & ibi Bart. ff. de public. vectig. & comm.* neque etiam ad perſonas acceſſorias, & familiares temporales, *l. ſcriniarios, & ibi latè Iaſ. & DD. C. de teſtam. milit.* niſi alias priuilegium foret inutile, *l. licet §. 1. & 2. hoc tit. in 6. clem. fin. de cenſ.* aut quando reſpicit litis ordinationem, ſiue executionem, quod tranſit ad aduerſarium, vt ſeruetur in iudiciis æqualitas, *l. fin. & ibi gloſſ. marg. ad gloſſ. 1. Bart. & DD. communiter C. de fruct. & lit. expenſ. l. petenda C. de temp. in integ. reſtit.* In recipientibus litis deciſionem veriſſima eſt regula, quod perſonalia priuilegia non tranſeant ad alium, etiam hæredem vniuerſalem priuilegiati, *l. priuilegia ff. de regul. iur. l. 1. ff. de iure immun. l. 1. C. de priuileg. dot. & ibi gloſſ.* niſi verba hoc ſonent, quod ad alios tranſeant, *l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. tranſact. l. 1. C. de reput. quæ fiunt in iud. in integ. reſtit. l. quod ſi minor ff. de minor. &c. Bart. in l. fi. C. de fruct. & lit. expenſ. vbi clare diſtinguit l. aſſiduis C. qui pot. in pig. hab. l. non ſolum ff. de in integ. reſtit.* In dubio priuile-
gium † præſumitur potius perſonale, quam rea- 5
le, *c. cum veniſſent & ibi gloſſ. in verb. probatum & Canon de reſtit. gloſſ. in ſumma 25. quæſt. 2. & ibi Can. Gail. obſ. 2. n. 13. & ſeq. lib. 2.* Præterea priuilegium
aliud eſt generale, † aliud ſpeciale. Generale eſt, 6
quod conceditur corpori, vel collegio, *c. cum & plantare hoc tit.* ordini, *c. contingit 1. de ſent. excomm. c. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 3.* generi, *l. 1. & l. immunitates ff. de iur. immun.* ætati, *toto tit. ff. & C. de minor. 25. annis,* ſexui, *tit. ff. & Cod. ad Senat. conſult. Velleian.* eccleſiis, *c. 1. 3. & 5. de integ. reſtit.* Specia-
le † eſt, quod perſonæ conceditur, & extingui- 7
tur cum perſona, *§. ſed & quod princeps verſ. plane Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. c. priuilegium de reg. iur. in 6.* quando perſona eſt proxima cauſa priuilegij, ſecus quando perſona eſt cauſa remota, & alia eſt cauſa proxima, *l. non ſolum ff. de in integ. reſtit. l. minor autem §. fin. & l. ſeq. ff. de minorib. Dyn. in c. priuilegium n. 9. de reg. iur. in 6.*

Concedunt priuilegium † Papa in ſpirituali- 8
bus & certis caſibus in temporalibus, quando temporalis iuriſdictio ad eum deuoluitur, *c. per venerabilem §. 1. § rationibus & ibi gloſſ. in verb. certis*

cauſis. Qui fil. ſint legit. Imperator in temporalibus,& non in ſpiritualibus, *c. bene quidem 95. diſt.* Epiſcopi & ſuperiores prælati, *c. conſtitutus de relig. domib. c. cum venerabilis de cenſib. gloſſ. in ſumma verſ. ſed certe hoc non eſt verum 25. quaſt. 2.* ſubditis ſuis, *Felin. in c. paſtoralis ſub n. 7. verſ. non concedit de off. ordin. c. placuit & ibi gloſſ. fin. & Archid. 16. quæſt. 6. Collect. in c. quo ſimul hoc tit. gloſ. in ſumm. 25. quæſt. 2. in princ.* de conſenſu ſuorum Capitulorum ex cauſa rationali, ſed non in enorme alterius præiudicium, *gloſſ. in d. c. conſtitutus in ver. à quocunq; & ibi Pan. n. 11. & Can. de relig. domib. c. ad hæc & ibi gl. 1. & Can. de exceſſ. prælat. &c.* nulla præmiſſa aliquorum citatione, in his quæ partem non lædunt, aut lædunt modice, ſeu cauſæ cognitionẽ non requirunt, alias ſecus, *Bart. in l. 2. n. 3. C. de temp. & repar. appell. &c. Bart. in l. adoptio ff. de adopt.* quia conceſſio priuilegij non eſt actus contradictorij iudicij, ſed quædam donatio, *c. licet epiſcopus de præben. in 6. l. libertus ff. de in ius voc. Felin. in c. cum olim n. 6. de re iud. plures cumulans Bald. in l. fi. ſub n. 11. C. de fruct. & lit. expenſ.* ac nulla facta mẽ-

9 tione † iuris communis, quia priuilegium derogat iuri communi, etiam non facto de ipſo mẽtione, nec ei per ius commune derogatur, *c. priuilegia 3. diſtinct. gloſſ. 1. in c. graue de off. ord. & ibi Can.* niſi conſtitutio ſit conciliaris, *c. ex parte de cap. monach. Rot. diuerſ. deciſ. 122. n. 3. & deciſ. 123 par. 1.* aut exprimatur in iure, quod de eo debeat fieri mentio, *c. vnico de exceſſ. prælat. & ſub n. 6. Zab. in clem. 1. in 3. quæſt. de cenſib. &c & ibi Can.* Priuile-

10 gij alteri † prius conceſſi debet fieri mentio in ſubſequenti priuilegio derogatione illius præcedenti priuilegij alias non valet, *c. veniens verſ. non obſtante & ibi gloſ. & Pan. n. 12. qui latius diſtinguit de præſcript. gloſſ. in ſumm. 25. quæſt. 2. verſ. nunc videndum & ibi Archid. n. 11. c. cum ordinem & ibi gl. fin. de reſcript. Felin. in c. 1. n. 10. de reſcript. & ibi Ripa n. 48.* ſed ſi priuilegiatus impetrat ſecundum †

11 priuilegium diuerſum à primo nulli præiudiciale, aut primo omnino conforme, vel quaſi illius executiuum, non tenetur facere mentionẽ de primo, quia hoc nullibi cauetur, ſolum propter odioſam pluralitatem beneficiorum cautum hoc reperitur in impetrationibus beneficiorum, *c. ſi motu proprio de præben. in 6. c. in noſtra de reſcript. Pan. in c. veniens n. 13. 14. & 17. de præſcri. & ibi Can.* quod limitandum eſt, quando primum priuilegium haberet aliquam limitationem, vel moderationem conformem iuri communi, aut conſeruantem ius alterius in parte, & ſit impetratio indefinita, vel generalis ſecundi priuilegij ab eodem, quia tunc non ſolum debet facere mẽtionem primi, ſed etiam de illa moderatione in eo contenta, nam ſi princeps recordatus fuiſſet à ſe vel ab alio id fuiſſe conceſſum limitate, non ita facile conceſſiſſet indefinite, aut generaliter ſine illa moderatione, aut limitatione, *Innoc. in c. veniens n. 4. & ibi Pan. n. 13. & ſeqq. Ioan. And. n. 14. Felin. n. 2. & Can. de præſcript.* ſi vero impetrat contrarium priuilegium, renunciat iuri ſibi quæſito per primum priuilegium, vel per præſcriptionem, ita quod nõ poſſit præſcribere contra id, quod in priuilegio cõtinetur, *Innoc. in c. veniens n. 5. Pan. n. 7. 19. Ioan. And. n. 15. de præſcript.* ſecus autem eſſet, ſi ſecundum priuilegium impetraretur ad corroborationem primi priuilegij, vel primæ præſcriptionis, vel iuris, quia tunc vtrumque valeret, *c. inter dilectos de fid. inſtr. c. auditis de præſcript. c. cum olim c. ex tenore de priuil. Io. And. in c. veniens n. 16. de præſcri.*

ſtatutorum † quoque & conſuetudinum in pri- 12
uilegio eis contrario debet fieri mentio, alias valet contra ius commune, non contra ſtatuta, vel conſuetudines, *Franc. in c. cum ex eo ſub n. 4. verſ. in gloſſ. ibi caueant & Gemin. & Can. de elect. in 6. per c. 1. de conſtit. in 6. Franc. in c. 1. n. 9. & 10. de fil. presbyt. ord. vel non in 6.* Acquiritur priuilegiato † ſtatim à die datæ, *c. 1. § 1. in fin. verſ. nam ſi ali-* 13
cui de conceſ. præb. in 6. c. 1. & ibi Hoſt. n. 13. hoſt. tit. in 6. & Can. latè Iaſ. in l. beneficium n. 46. & ſeqq. ff. de conſtit. princip. & ante notitiam illius, ſiue in fauorem totius ordinis fuerit conceſſum, *l. pen. C. de decurſionibus &c lib. 10. in fi. in verb. ex die ex quo promulgata eſt,* ſiue alicui priuato, *§ ſed ex conſtitutione noſtra ibi illico Imperialibus codicillis præſtitis Inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſol. late Rota dec. 14. in prin. & n. 10. par. 2. di uerſ.* vel à tempore notitiæ, mox vbi peruenerit ad priuilegiatum, *Card. Zab. in proem. clem. § vniuerſitati n. 5. per tex. in c. 1. § ex pacto de conceſ. præb. in 6. Iaſ. in l fi. n. 46 & plurib. ſeqq. ff. de conſt. princ. & ibi DD. Rot. d. dec. 14. n. 11. par. 2 plures cumulat,* nulla facta notificatione, aut intimatione illi, cui per priuilegium fit præiudicium, *Dec. conſ. 168. n. 3. & 4 Gemi. in c. 1. § dicebat abbas n. 4. per illũ text. & § ex parte n. 5. & ſeq. de conceſ. præb. in 6.* atq; concernit præterita tantum quoad actus futuros, futura autem nullo modo concernit, *clem. 1. in fi.*

in fi. de cenſib. &c. & ibi Can. clem. literas de reſcr. & ibi Cā. Interpretatio priuilegij † ſpectat ad principē,
14 *c. ordinarij § ſi vero de off. ord. in 6. l. ex facto in prin. ff. de vulg. & pup. c. fi. in fi. prin. de conceſſ. preb. in 6. c. cum veniſſent de iud. l. fi. C. de legib. Bal. in c. 1. n. 3. & ibi DD. communiter apud quem vel quos cont. feud. deb. term.* ſiue de interpretatione priuilegij agatur principaliter, *l. Nerat. ff. de reg. iur. c. inter alia de ſent. excō. c. ſicut § ex his verſ. ſicut enim in quaſt.* 1. ſiue incidenter, de mente concedētis priuilegium, eſt diſputatio, *c. ex parte el. 1. de verb. ſignif. & ibi Innoc. c. cum tempore de arbit. Pan. in c. cum veniſſent ſub n. 3. & ibi Can. communiter de iud.* ac etiamſi priuilegium ex poſtfacto euaſiſſet enormiter latiuum iuris tertij, quia pro eius declaratione, & reſtinctione fieri debet recurſus ad principē, *c. decet & ibi gl. 1. in fi. & Can. de reg. iur. in 6 gl. fin. in c. ſuggeſtum de dec. Alex. in l. ex facto n. 9. ff. de vulg. & pup. Rot. diuer. deciſ.* 83. *par.* 2. quæ regula limitanda eſt 1. quando agitur incidenter de interpretatione priuilegij, & diſputatur, non de mente concedentis priuilegium, ſed de incapacitate priuilegiati, vel ſubreptione priuilegij, quibus caſibus, inferior poteſt declarare priuilegium, niſi princeps eſſet in loco, *arg. c. 1 & 2 de confir. vtil. vel inutil. Pan. in c. cum veniſſent ſub n. 3. verſ. aut quæritur nunquid inferiorum, & ibi Fran. Aret. Fel n. 1. & Can. communiter de iud.* Beneficium proprie ſumptū † largiſſime eſt in-
15 terpretandum, quia tantum præiudicatur cōcedenti, & in hac ſpecie intelligenda eſt lex, beneficium, ff. de conſt. princ. ac cætera iura quæ dicunt, quod beneficia principis largiſſime debēt interpretari. Priuilegium etiam proprie † ſum-
16 ptum debet largiſſime interpretari, verum in quantum præiudicat tertio, vel iuri comuni debet ſtricte interpretari, in quo non habent locū iura dicentia beneficia principis latiſſime interpretanda fore, *Pan. in c. olim n. 7. de verb. ſignif. & ibi Can. Iaſ. in l. beneficium n. 25. 31. & 33. vbi limitat vtrāque regulam & DD. ff. de conſt. princ. late Fel. in c. cauſ. quæ n. 10. & ſeq. de reſcript.* Hinc infertur, quod exemptus ratione certæ rei vel loci certi, non cenſetur exemptus ratione alterius rei, vel loci, *c. cū capella h. t.* Quod religioſis quib. à Sede apoſtolica eſt indultum, vt eccleſias ſuas in proprios vſus poſſunt conuertere, decedentibus perſonis earum, non licet auctoritate propria poſſeſſionem earundē intrare, ſed per diœceſanum epiſcopū in ipſa ſunt inducendi, quia per indulgentiam huiuſmodi epiſcopali iure non derogatur, *c. paſtoralis h. t.* Priuilegium monaſterio indultū, vt nullus epiſcopus eccleſias vtroq; iure illi ſubiectas interdicto ſupponere, vel monachū ſeu clericum eiuſdem monaſterij ſynodare, vel excommunicare præſumat, intelligitur de monachis & clericis in ipſo monaſterio permanentib. vel ad eccleſias deſtinatis vtroq; iure ſibi ſubiectas, *c. quoniam h. t.* Priuilegiū de decimis noualium non ſoluendis, non cōprehendit decimas tempore priuilegij impetrati ab aliis poſſeſſas, *c. dudū h. t.* Is quoq; qui habet priuilegium ſiue indultum percipiendi fructus primi anni beneficiorum vacantiū, non poteſt illos recipere propria auctoritate, ſed de manibus eius cui iuſtra illum annum beneficium fuit collatum, ad quē pertinet exercitium actionum, regimen & gubernium beneficij, *Anch. in c. ſi propter n. 5. de reſcr. in 6. Rot. diuerſ. dec. 7. n. 4 par. 2. reprobata gl. in d. c. ſi propter*, quia differentia eſt inter conceſſionem fructuum & conceſſionem vſusfructus, *l. fundi Trebatiani ff. de vſuf. leg. l. ſi quis ita ff. de vſuf.* Priuilegium conceſſum diſpoſitioni principali, ad diſpoſitionem ſibi adiunctam non trahitur, *l. ſi ita ſcriptum fuerit cum Titius ff. de manumiſ. teſtam.*

Priuilegiatus non † vtitur priuilegio cōtra pariter priuilegiatū, *l. verum § fi. in prin. ff. de minor. §. ſed & hoc præſenti authent. de ſanctiſſ. Epiſc. &c.* Fallit 17
quādo vnus eſt priuilegiatus in genere, ſed nō in ea cauſa de qua agitur, altera verò eſt priuilegiatus in cauſa, quia tūc vtetur priuilegio cōtra alterū in genere priuilegiatū, *c. auditis de reſt. in int. l. fi. ff ex quib. cauſ. maiores &c. & ibi gl. & DD.* 2. Fallit, quādo vterq; eſt priuilegiatus reſpectu eiuſdem cauſæ de qua agitur, ſed vnus habet priuilegium potētius altero, qui præfertur, *l. verū § fi. in fi. cū l. ſeq. ff. de min.* poteſt autē eſſe potentius, quia vnus certat de damno, alter de lucro, vel quia cauſæ cōcedēdi priuilegiū ſunt fauorabiliores, *d. l. verū § fi. cum l. ſeq. l. regula verſ. hac ratione ff. de iur. & fact. ignor. l. Titio vſusfructus § ff. de cond. & demonſt.* vel quia ſemoto priuilegio ius comune ei aſſiſtit, *l. eius militis* §, 1. *ff. de milit. teſt. Luc. de penna in l. 4. C. de ſileut. &c. li.* 12. quando vero cauſæ priuilegiorum ſunt pares, vel priuilegia paris potētiæ, tunc cōquaſſatis priuilegiis iure comuni vtuntur, *Pan. in c. præſentia n. 36. & 37. de prob.* vel concurrunt ambo & pariter admittuntur, *l. priuilegia ff. de priuileg. credit. & ibi gloſſ. magn. & DD.* & inter

Digitized by Google

ipſos potior eſt condirio poſſidentis, *l. ſi ſecum* §. *ſequitur ff. de verb. oblig. c. in pari. de reg. iur. in 6. Pan. in c. in præſentia n. 36. 38. & ſeqq. de probat. Bart. in authen. quas actiones n. 3. & 4. C. de ſacroſ. eccl. & ibi DD.*

18 Perditur priuilegium † multipliciter, *gloſſ. 1. in c. ſuggeſtum de decim. & ibi Pan. n. 6. & Can. Gail. obſ. 60. lib. 2.* 1. Modo à lege, vel ab homine expreſſo, quo finit curſum ſuum, *l. quoties C. de precib. Imp. offer. Felin, in c. cum acceßiſſent. n. 24. de conſtit.* ac ceſſante cauſa priuilegij, *c. generaliter 16. quæſt. 1. l. non tantum* §. *eos qui ff. de excuſ. tut. l. cura* §. *deficientium ff. de muner. & honor.* quando continet actum ſucceſſiuum, ſecus ſi habent ſuam perfectioné, *Pan. in d. c. ſuggeſtũ n. 5 de decim.* 2. Quando competit ratione alterius, eo ſublato, tollitur & priuilegium, *l. filio* §. *matri ff. de adm. leg. Rot. diuerſ. deciſ. 70. per totum par. 1.* 3. Datum ad aliquid faciendum non vſu per decennium, *l. 1. ff. de nund. Felin. in c. cum acceßiſſent. n. 25. de conſt. vbi ampliat & limitat.* 4. Datum ad aliquid nõ faciendum, per contrauentionem & vnicum actum priuilegio contrarium, *c. pro illorum de præb. c. cum acceßiſſent in fin. & ibi Felin. n. 8. ampliat & limitat & Can. & cum M. de conſt. l. 1. C. de iis qui ſponte pub. mun. ſub. & ibi DD. lib. 10.* 5. Reuocatione principis, quando priuilegium conceſſum fuit ſine cauſa ſubdito, *gloſſ. in caſus poſit. in fine & gloſſ. fin. in c. decet de reg. iur. in 6. & ibi Franc. n. 4. & DD. gl. in clem. dudum in princ. in verb. inſtantes de ſepult. & ibi Can.* vel ex cauſa diſſolutionis, vagationis, diminutionis cultus diuini, *c. fin. de reſcr. in 6.* vel quia ex poſt facto aliis infertur læſio enormis, *c. ſuggeſtũ c. nuper. de decim. c. quid per nouale de verb. ſignif.* vel quia priuilegiatus non ſeruat priuilegia à ſuperiore ſubditis ſuis conceſſa, *c. dilecti & ibi gloſ. fi. alleg. concord. hoc tit.* quæ ſi fiat per viam legis, nocet poſt duos menſes, *c. 2. & ibi notatur in verb. antè prohibitionem & ibi Can. de conſtit. Felin. in c. ex parte el. 3. ſub n. 21. verſ. fallit 11. de reſcript.* aliter facta reuocatio non nocet ante notificationem factam priuilegiato, *Franc. poſt Ioan. And. in c. fin. ſub n. 5. de reſcript. in 6.* interim dat titulum coloratum, *Achil. deciſ. 4. de reſtit. ſpol. Archid. in c. fin. in fine de reſcript. in 6. c. propoſuiſti circa finem verſ. ſed ea plane 82. diſtin. & ibi gloſſ. in verb. rogabitur & Can.* tertio, cui per reuocationem fit præiudicium, non debet fieri intimatio, *Zab. in clem. 1. in 31. quæſt. de appell. Creſcent. deciſ. 13. n. 2. & 3. hoc tit.* Priuilegium conceſſum non ſubdito eſt irreuocabile, *gloſſ. in caſus poſit. in d. c. decret. & ibi Canon. Pan. in c. nouit. ſub n. 23. & ſeqq. de iud. & ibi Can.* 6. Renunciatione expreſſa, vel tacita priuilegiati, *c. ſi de terra hoc tit. c. ad apoſtolicam c. ſtatuimus de regul. &c. c. quam ſit periculoſum 7. quæſt. 1.* etiamſi ſit conceſſum cum decreto irritanti, *Panorm. in c. fin.* §. *is autem in 2. not. & n. 5. de off. deleg. & ibi Can. Creſcen. deciſ. 4. n. 3. hoc tit.* modo non tangat ius ſuperioris, *c. cum tempore de arbit.* aut tertij, *c. contingit de ſent. excomm.* aut priuilegiatus non contrauenerit, ſed tantum paſſus ſit per alium contrauenire priuilegio habenti decretum irritans, *Archid. in c. cum de beneficio n. 2. de præben. in 6. Franc. n. 6. & Can. communiter Creſcent. deciſ. n. 4. h. t.* 7. Propter abuſum, *c. priuilegium 11. quæ. 3. c. vbi 74. diſtinct. l. libera ff. de pecul. l. qui ſine ff. de neg. geſt.* 8. Præſcriptione quadraginta annorũ tolluntur priuilegia eccleſiarum, ac ſtatuta & conſuetudines eccleſiæ fauorabiles, *c. accedentibus & ibi Pan. n. 4. & 5. & Can. hoc tit.* ac etiã priuilegia communitatibus competentia, *Creſcen. deciſ. 4. n. 5. h. t. per not. in l. fin. & authen. quas actiones C. de ſacroſ. eccleſ.* 9. Morte omnium qui ſunt de collegio, vt ne vnus quidem ſuperſtes remãſerint, quia collegium renouatum non eſt idem cum priore, *arg. l. poſtquam in princ. ff. vt leg. nom. cau. & ibi gl. in ver. perſona l. intercidit ff. de cond. & demon. l. quidam ff. de iur. codicil. Horat. Mand. de priuil. ad inſtar gl. 7. n. 44.* niſi forſan loco conceſſa fuerint priuilegia, *l. ſicut* §. *fi. & ibi gl. fi. & DD. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Bart. in l. fi. in fi. ff. de colleg. illic. Bald. in l. ſi grege dicit omnib. mortuis collegium remanere habitu, & durare eius priuilegia ff. de leg. 1.* 10. Deſtructo collegio per ſuperioré, *l. ſi vſusfructus ff. quib. mod. vſuſf. finiat. Bal. in d. l. ſi grege ff. de leg. 1. Inno. in c. cũ ex iniuncto n. 2. & ibi Can. de nou. op. nunt. Gail obſ. 61. lib. 2.* Per ſecundum priuilegium in dubio nõ cenſetur reuocatũ primum, quia priuilegia non æſtimantur ex tempore, ſed ex cauſa, *gloſſ. mag. in ſumma 25. q. 2. verſ. nunc videndum eſt quod priuilegiũ, & ibi Can.* etiamſi ſecundum ſit impetratum ſuper eadem re, *Pan. in c. cum olim el. 2. n. 17. h. t.* niſi priuilegia ſint inter ſe contraria, *Butr. in c. accedentibus ſub n. 8. verſ. conclude per prædicta hoc tit. & ibi Can. Caputaq. deciſ. 309 par. 1.*

Exemptio † eſt ſeparatio à iuriſdictione or- 19
dinarij, *arg. l. ſed etſi per prætorem* §. *actio exempta ff. ex quib. cauſ. maior.* §. *item contra Inſtit. de inut. ſtipulat. in fine l. qui ſaxum ff. donation.* acquiritur

Digitized by Google

ritur priuilegio tantum, c. cum olim & ſeq. hoc tit.
c. cum perſona §. nos volentes hoc tit. in 6. præſcriptio-
nes & priuilegio, c. cum perſona §. quod ſi tales hoc
tit. in 6. ac præſcriptione tantum, c. cum perſona §.
20 ſi autem & §. ſi ſi. hoc tit. in 6. Exemptionem † con-
cedit Summus Pontifex quia eſt de reſeruatis
Sedi Apoſtolicæ, c. frater noſter 16. quæſt. 1. c. quod
translationem & ibi gloſ. mag. circa fin. de off. leg. &
Can. c. ſicut vſura & ibi gloſ. mag. & Can. de exceſſ. præ-
lat. Item Epiſcopus qui poteſt Eccleſiæ inferiori
dimittere ſeruitia & iura ſibi debita ex cauſa, &
de conſenſu Capituli, c. conſtitutus de relig. domib.
c. cum venerabilis & ibi Archid. 1. not. Io. And. n. 7. &
Can. de cenſib. vital. in cle. ac tendẽtes §. hoc igitur n. 10.
& ſeq. de ſtat. monac. Imperator in temporalibus,
Gail. obſ. 17. & obſ. 21. lib. 1. de quibus ſigillatim
videamus.
21 Summus Pontifex concedit priuilegium † li-
bertatis exemptionis, ac indulgentias, quæ di-
uerſæ ſunt, vt patebit ex infra dicendis, nam ex-
emptio Eccleſiarum multis modis fit, ad inſtar
emancipationis, Pet. Rebuff. conſ. 142. col. 3. §. fin.
Inſt. quib. mod. ius par. pot. ſol. & ibi poſt gloſ. ſi. Dd. vel
manumiſſionis, & ex pluribus cauſis, Baldus de
priuileg. in tract. de empt. nulla facta diæceſani Epi-
ſcopi mentione, c. cum olim el. 1. §. non igitur & ibi
Buſ. num. 17. & Can. hoc tit. in his datur poſitiuus,
comparatiuus, & ſuperlatiuus, Io. And. in c. Epiſco-
22 porum n. 10. hoc tit. in 6. Libertas † diuerſa eſt ab
exemptione, c. cum perſona in princ. ibi prætextu ex-
emptionis vel libertatis c. ſi papa in princ. ibi ſententia
exemptionis ſeu libertati hoc tit. in 6. c. cum inter vos ibi
libera extitit & exempta de conſuet. & idem impor-
tat quod nullius diœceſis practici appellant, lo-
cus enim liber nec eſt in diœceſi, nec de diœceſi,
ſed territorium ſeparatum, c. auditis §. quocirca de
præſcript. c. cum olim de præſcript. Felin in c. graue n. 2. de
off. ord. Roſ. diuer. deciſ. 207. n. 2. & ſeqq. par. 2. c. 9.
ſeſſ. 24. ibi quæ in nullius diœceſi eſſe dicuntur ab Epiſco-
po cuius Cathedralis Eccleſia eſt proximior. plerumq;
23 Prælatus † in loco libero habet iuriſdictionem
quaſi Epiſcopalem, omniaque pertinentia ad
dignitatem & iuriſdictionem Epiſcopalem poſ-
ſunt per eum explicari, Pan. in c. ſicut vnire ſub n. 3.
de exceſſ. prælat. c. abbates & ibi gloſ. in verb: quaſi Epi-
ſcopalem & Can. hoc tit. Innoc. in c. 1. in fine de clem. pe-
regr. Can. poſt gloſ. in verb. proprij in clem 1. de reb. Ec-
cleſ. non alien. & coram eo poſſunt fieri concur-
ſus Ordinarij in collationibus parochialium,
Card. Seraph. deciſ. 1386. c. Ordinarijs & ibi poſt gloſ.
1. Can. de off. ord. in 6. clem. 1. & ibi poſt gloſ. in verb.
diœceſanis Can. de for. compet. Garc. de benef. par. 9.
cap. 2. §. 1. n. 129. & ſeqq. Literæ diſpenſationum
matrimonialium & ſimiles eidem à ſede apo-
ſtolica remittuntur, Card. Seraph. deciſ. 1052. Pan.
in clem. 1. n. 15. & ibi Can. de for. comp. Garc. de benef.
par. 9. cap. 2. §. 1. n. 142. & ſeq. ac exercet iuriſdi-
ctionem, & viſitat priuatiue quoad epiſcopum,
Card. Seraph. deciſ. 1278. n. 4. Gemin. in c. 2. n. 3. &
n. 19. & ibi Can. de conſtit. in 6. Garc. de benef par. 9.
cap. 2. §. 1. n. 145. præterea quæ ſunt ordinis epi-
ſcopalis, d. c. abbates & ibi gloſſ. in verb. quaſi epiſco-
palem Pan. in c. accedentibus n. 2. & ſeqq. de exceſſ. præ-
lat. Franc. in c. quamuis 1. §. quanquam n. 8. de præb.
in 6. Eccleſia † & monaſterium nullius diœceſis 24
ſunt in Prouincia, clem. fin. in princ. ibi per quæuis lo-
ca exempta ſua prouincia hoc tit. ſed non de prouin-
cia, Vitalin. in d. clem. fin. n. 40. & 41. ac poteſt Ar-
chiepiſcopus in eis, eorumque diſtrictu & ter-
ritorio de prælati & capituli, vel abbatis, & con-
uentus conſenſu exercere ea, quæ ſunt ordinis,
ſed aliquam iuriſdictionem in eiſdem non po-
teſt exercere, etiam de eorum licentia, Vitalin.
in d. clem. ſi. n. 64. & 65. & Can. communiter, Quã-
doq; ſummus Pontifex eximit † locum, vel per- 25
ſonas ratione loci, & ſiquidem in alio priuile-
gio, vel ſcriptura, non facta principaliter ſuper
donatione, vel ſententia exemptionis, ſeu etiam
libertati aliquam eccleſiam ad ius & proprieta-
tem Romanæ eccleſiæ pertinere, vel conſimilia
verba narrat, non propterea illius eccleſiæ ex-
emptio eſt probata, niſi de exemptione aut li-
bertate aliter doceatur, ſi autẽ eccleſiæ vel mo-
naſterio exemptionis priuilegium concedẽdo,
vel ſuper illius exemptione ſententiando aſſerat
ipſam eccleſiam fore exemptam, aut eam iuris
Beati Petri exiſtere, ſiue ad ius & proprietatem
Romanæ eccleſiæ, vel ad Romanam eccleſiam
ſpecialiter, aut ſine medio, vel etiam ſimpliciter
pertinere, vel ſi dicat, quod eccleſia ſit libera,
vel quod potiatur Romanæ eccleſiæ libertate,
aut ſi dicat indefinite quod Romanæ eccleſiæ
annuum cenſum ſoluat, ad perceptæ libertatis
indicium, ſola enim ſolutio cenſus non probat
exemptionem, c. recepimus hoc tit. c. ſi Papa §. ſi vero
hoc tit. in 6. ſiue quod illam eccleſiam eximit ab
ordinarii poteſtate, vel quod non audeat iſtic
epiſcopus cathedram collocare, aut imperandi,

ſeu ordinationem, quamuis leuiſſimam facien-
di exercere aliquam poteſtatem; ſimiliter ſi ali-
quis recipiat in proprios & ſpeciales ſubiectos,
ſecus ſi ſpeciales filios, aut vtatur aliis multipli-
cibus verbis & formis in c. ſi Papa hoc tit. in 6.
relatis, & per Canoniſtas cumulatis, plenè de-
bent eccleſiæ, monaſteria & perſonæ huiuſmo-
di exempta iudicari, *c. ſi Papa hoc tit. in 6.* Per ex-
26 emptionem † eccleſiæ conceſſam, ipſa eccleſia
cum atrio, & ipſius Prælatus qui eſt de corpore
eccleſiæ, *Bart. in l. quod conſtitut. per illum text. ff. de
milit. teſtam. Felin. in proœm. decret. in verb. Greg. n. 13.*
monachi, vel Canonici, clerici etiam, & con-
uerſi, perpetuoq; oblati (non tamen eccleſiæ e-
iuſdem presbyter qui parochianorum curã ha-
bet, quoad ea quæ ad eandem curam pertinent,
nec ipſi parochiani, ſiue populus) intelliguntur
exempti, *c. per exemptionem in princ. hoc tit. in 6. pul-
chre Archid. in c. frater n. 2. & ſeqq. 16. quæſt. 1.* Hoſpi-
27 tali † exempto Prior eiuſdem qui eſt de corpore
hoſpitalis eſt exemptus, ſed ſi Prior hoſpitalis
eſſet laicus prout eſſe poteſt, *clem. 2. de relig. domib.*
tunc in his quæ reſpiciunt ſuam perſonam non
eſt exemptus, *Bart. in d. l. quod conſtitutum n. 3 ff. de
28 milit. teſtam.* Monaſterio exempto, † capellæ, ſiue
membra non cenſentur exempta, quorũ ratione
tenetur abbas exemptus accedere ad Synodum
epiſcopalem, & pro ipſis membris epiſcopi ex-
hibere reuerentiam, obſequium, & honorem, *c.
29 ex ore hoc tit.* ipſæq; eccleſiæ, † monaſteria, cæte-
raq; loca exempta, licet non ſint de diœceſi, ſunt
tamen in diœceſi, *clem. fin. & ibi Anchar. in 1. not.
Vitalin. n. 40. & ſeqq. hoc tit. Felin. in c. graue nu. 2. de
off. ord. Pan. in c. apoſtolica nu. 3. de donat. & vtrobiq;
Can. Rot diuerſ. deciſ. 207. n. 2. & ſeq. par. 2.* exẽptio
enim cum ſit priuatio, vtiq; præſupponit habi-
tum, *l. decem ff. de verb. oblig. l. manumiſſiones ff. de iuſt.
& iur. c. quod vero non formatum 32. quæſt. 2.* quod ſi
30 canonici † alicuius eccleſiæ eximantur, ipſi ſoli
Canonici, non autem eccleſia vel alii eius clerici
conuerſi, vel oblati ſunt exempti, *c. per exemptio-
nem §. verum & ibi gloſ. pen. & fin. hoc tit. in 6.* ſi au-
31 tem clerici cuiuſuis † eccleſiæ eximantur, tunc tã
Canonici, quã alii clerici eximuntur, non tamen
eccleſia, *d. c. per exemptionem §. fin. hoc tit. in 6.* In-
32 terdum eccleſia † & plebs eximuntur, *c. cum olim
§. quia prædictus de præſcript.* pleno iure quoad tem-
poralia & ſpiritualia, & quoad legẽ iuriſdictio-
nis, & quoad legem diœceſanam, *Pan. in c. quoniã
n. 3. & Innoc. in c. ex ore in gloſ. ſuper verb. exempta &
ibi Io. And. poſt n. 7. idem Innoc. in c. paſtoralis nu. 3. hoc
tit. c. dilectus & ibi not. de off. ord. c. 1. de ſtat. monac. c.
per exemptionem hoc tit. in 6. c. cum & plantare §. in
eccleſiis & ibi gloſ. & Dd. hoc tit. gloſ. in clem. 1. in verb.
ad menſam verſ. nec putes de exceſſ. prælat. Pan. in c. de
monachis n. 9. de præben. late Felin. in c. auditis n. 4. &
ſeqq. de præſcript. latiſſime Pan. in c. cum inter vos n. 12.
& ſeqq. de re iudic.* & exemptus prælatus habet iu-
riſdictionem quaſi epiſcopalem in ſuos ſubdi-
tos, *clem. 1. & ibi gloſ. in ver. proprii & Card. in 34. q.
de reb. eccl. non alien. Nauar. conſ. 23. de priuil. Prob. ad
monac. in c. abbates n. 4. & 5. hoc tit. in 6. Bald. in auth.
cauſa quæ ſub n. 6. verſ. in gloſ. quid ſi eſt Cod. de epiſc. &
cleric.* & quando exemptio eſt plena non tenetur
ad ius reuerentiale epiſcopo, *Felin. in c. cum inter
ſub n. 4. verſ. quod non placet de re iud. & ibi Pan. n. 13.
& 15. & Can. Put. deciſ. 114. lib. 3. Achill. deciſ. 14. hoc
tit.* imo exemptio papalis plena tollit ius viſitan-
di, *Socin. in tract. de viſit. n. 16. verſ. primo quæro per c.
cum perſonæ hoc tit. in 6. arg. c. cum venerabilis & c. cũ
inſtantia de conſil.* maxime quando correctio con-
ceditur abbati, & prohibetur quod epiſcopus
non poſſit excommunicare, quia cũ ſint cohæ-
rentiæ viſitationi, ſublata cenſetur viſitatio, *A-
chill. deciſ. 15. hoc tit. arg. à contrario ſenſu c. cum vene-
rabilis §. 1. de cenſib. Marian. Socin. in tract. de viſit. nu.
15. & 16.* verum quantumcumq; lata ſit libertas,
† vel exemptio, non includit exemptionem ra- 33
tione delicti, contractus vel rei, ſi ſit delictũ per-
petratum, contractus initus, vel res ſita in loco
non exempto, quominus, ſi ibi reperiantur, corã
ordinariis iſtorum locorum, conueniri poſſunt,
*c. 1. in princ. hoc tit. in 6. c. quoniam & ibi Hoſt. n. 2. hoc
tit. & Can. Pan. in c. tuarum n. 8. hoc tit.* vbi autem
domicilium habent, non poſſunt conueniri ali-
quatenus ſuper iſtis, nec domiciliorũ, prætextu
locorum diœceſani (ſi vbi deliquerunt, vel con-
traxerunt, aut res ipſa conſiſtit, illi conueniãtur)
remittendi eos illic, vel ipſis vt illic reſpondeant
iniungendi aliquam habent poteſtatem, *c. 1. §.
nunquid hoc tit. in 6. & ibi Franc. & Can. communiter,*
ſed tunc recurritur ad Papam, *Frant. in d. c. 1. n. 3.
in fi. hoc tit. in 6. & ibi Can.* quandoq; exemptio
conceditur perſonæ, † non reſpectu certi loci, vt 34
prothonotariis, Comitibus palatinis, familiari-
bus, & Capellanis Papæ & ſimilibus, *c. ne aliqui
hoc tit. in 6.* qui iure veteri ratione delicti nõ po-
terant coram ordinario conueniri, alias eorum
priuilegium

135

priuilegium fuiſſet inutile, *Pan. in c. tuarum in fin. hoc tit.* ex decretis Concilii Tridentini ipſis ordinariis tanquā Sedis apoſtolicæ delegatis plene in omnibus ſubiiciuntur, *c. quoniam 1. ſeſſ. 24. c. eccleſiarum 1. reſp. ſeſſ. 6.* Martinus Papa quintus in Concilio Conſtantien. reuocauit omnes exemptiones conceſſas ab obitu Gregorii 11. vſq; ad tempus ipſius conſtitutionis, ſiue à veris, ſiue à ſchiſmaticis Pontificibus, præter exemptiones conceſſas de conſenſu ordinariorum, *Rot. Farin.*
35 *deciſ. 355. par. 2. Greg. 15. deciſ. 509.* Aliquādo † ſummus Pontifex eximit eccleſiam, aut clerum à iuriſdictione epiſcopi, eoſque non ſibi, ſed alteri prælato, *c. auditis §. quocirca c. cum olim de præſcript. Pan. in c. cum inter n. 15. de re iudic.* vel Archiepiſcopo aut epiſcopo viciniori pleno iure ſubiicit, *Gemin. in c. ſtatutum § cum vero n. 3. de reſcript. in 6. Rot. diuerſ. deciſ. 207. n. 5. par. 2 faciunt not. per Pan. in c. ſuper hoc n. 6. de paroch. & alien.* perpetuo, & videtur conceſſiſſe omne ius epiſcopale, nihil epiſcopo reſeruato, *Pan. in d. c. cum inter n. 15. de re iud.*
36 *& ibi Can.* vel ad tempus † clerum totum, aut ſingularem clericum propter litem quam habet cū epiſcopo ciuilem, vel criminalem *Mandoſ. in praxi ſign grat. tit. exemptiones ab epiſcopo verſ. clerici epiſcopo ſubiecti & verſ. ſeq.* & deputat Archiepiſcopū, vel viciniorem epiſcopum qui iuriſdictionem in clerum aut clericum exerceat durante lite, *Faber. in § ſed hoc tempore n. 7. Inſtit. de iis qui ſunt ſui vel alien. iur. Bald. in l. 2. § dominorum n. 2. & 4. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris & ibi Dd. Caſſad. deciſ. fin. n. 3. & ſeqq. hoc tit.* duratque hæc exemptio & deputatio, non ſolum quamdiu durat lis ſuper cauſa principali, *Staphyl. de lit. apoſt. in form breu. §. indultum n. 10.* niſi ſimpliciter conceſſa durante lite ad petitionem epiſcopi reſtringatur ad certum tempus, vt ſubditi ſint diligentes in cauſæ expeditione, *Caſſad. deciſ. fin in fine hoc tit. gloſ. vnica in l. vnica C. vt nemo inuitus agere vel accuſ. cog. in fine l. ſi eo C. de remiſſ pign. l. 1. & ibi gloſ. 2. alleg. concord. ff. de curat. bon. dand.* ſed etiamſi durat lis ſuper fructibus & expenſis, quo caſu ſolet præfigi terminus certorum menſium ad liquidandum, *Rot. diuerſ. deciſ. 768 par. 1. l. 3. & l fin. C. de execut. rei iud.* Aliquando ſummus Pontifex non eximit,
37 † ſed committit Iudici, vt durante lite eximat, addita clauſula, conſtito de ſæuitia, quæ ante omnia probari debet per actus poſt litem motā geſtos, ex quibus præſumitur ſæuitia, niſi per epiſcopum doceatur de proceſſu, *Mandoſ. in praxi ſig. grat. tit. exemptiones ab epiſcopi verſ. clerici epiſcopo & verſ. ſeq. Achill. deciſ. 16. hoc tit.* ex eiſdem cauſis iure ciuili datur exemptio à iuriſdictione Iudicis ordinarii, *text in l. 1. C. de off. comit. Socin. patrim. l. 1. § illo videlicet adiiciendo C. ſi quacunq; præd. pat. l. fin. ff. ſi quis à par. manumiſſ. fuerit l. ſi poſtulauerit §. iubet ff. de adult. l. ſi lenones C. de epiſc. And. Gail. obſ. 17. lib. 1.* Præterea quod ſi Ciuitas efficitur rebellis Principis poteſt Princeps eximere caſtra ab obedientia Ciuitatis, quæ poſtea non recuperabit, licet reuertatur ad obedientiam, *Pan. in c. inter quatuor ſub n. 4. & 5. & ibi Felin. in princ. de maior. & obed.* Quando Papa concedit aliquod priuilegium exemptis, vel aliquod onus imponit exemptis, videtur intellexiſſe de exemptis ſibi immediatè ſubiectis & non de aliis, *c. ad abolendam § fin. de hæretic. Vitalin. in clem. attendentes §. hoc igitur n. 9. & ſeq. de ſtat. monach.*

Indulgentia † à libertate & exemptione dif- 38
fert, *Franc. in c. cum perſonæ in 3. not. hoc tit. in 6. c. ſi Papa § idem dicimus hoc tit. in 6. Zab. in clem. 1. in 6. not. de cenſib.* quia reſtringitur ad certum tempus, *Io. And. in c. cum in noſtra ſub n. 2. in verb. Indulgentia de ſepult. & ibi Can.* vt in exemptione conceſſa propter litem, vel ad certos actus, *d. c. ſi Papa §. idem dicimus hoc tit. in 6. c. fin. §. fin. hoc tit.* qualem habent illi quibus, vt non niſi ſub vno certo Iudice teneantur de ſe conquerentibus reſpondere, apoſtolico priuilegio eſt conceſſum, *c. 1. & 1. hoc tit. in 6. in fin. princ.* ac ratione delicti vel contractus, aut rei alibi perpetrati geſti vel ſitæ, ſi ibi reperiantur, coram ordinariis locorum conueniri poſſunt, coram ordinario vbi domiciliū habent, ſuper iſtis nullatenus cōueniri poſſunt, aut ab eodem ad locum delicti, contractus rei remitti, vel illis iniungi, vt illic reſpondeant, ſi vbi deliquerunt, vel contraxerunt aut res ipſa cōſiſtit illi conueniantur, ſed recurrendum eſt ad ſummum Pontificem, *c. 1. in fin. & ibi gloſ. in verb. & id ipſum & gloſ. ſeq. Franc. & Can hoc tit. in 6.* Reſidētes in Curia Romana vigore Eugenianæ cōſtitutionis, aut familiaritatis Cardinaliū, *extrauag. diuina hoc tit. inter comm.* qui ex decretis Cōcilii Tridētini, ratione beneficiorū eccleſiaſticorū quę obtinēt, ordinarii iuriſdictioni ſubiecti permanent, nō obſtātibus quibuſcūq; inhibitionibus, *c. quoniā el. 1. in fine ſeſſ. 24.* Capellani Regii qui gaudent huiuſmodi priuilegio quod nullus Archi-

Digitized by Google

Archiepiſcopus, vel epiſcopus in perſonas Ca-
nonicorum eiuſdem Capellæ ſuſpenſionis, vel
excommunicationis, aut interdicti ſententiam
audeat proferre, *c cum capella hoc tit. c. quoniam el.
1. verſ. & quoad Capellanos ſeſſ 24.* ideoq; in capella
delinquentes poſſunt per epiſcopum alia pœna
puniri, quia in certis articulis priuilegiati ordi-
nariorum iuriſdictioni quantũ ad alia ſunt ſub-
iecti, *c. ſi Papa § pen. hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 744. n. 2.
& 4. par. 1. diuerſ.* ſi vero Capellani regii obtinent
parochiales, aut alia beneficia epiſcopo ſubie-
cta, & in eis delinquunt, poſſunt ordinarii debi-
rum ſuæ iuriſdictionis etiam quoad præmiſſa
contra ipſos liberè proſequi & exercere, *d. c. cum
capella in fin.* Idem obtinet in religioſis quamplu-
rimis, in quorum priuilegiis cõtinetur, ne quiſ-
quam epiſcopus, vel Archiepiſcopus monaſte-
riorum ſuorum monachos pro vlla cauſa vlloue
loco interdicere, ſuſpendere vel excommunica-
re præſumant, quia iidem ordinarii iuriſdictio-
nem ſuam quantum ad iſta, vbicunq; illi fuerint
penitus exercere non poſſunt, niſi forſan mona-
chi ad monaſteriorum ſuorum prioratus, ordi-
nariis eiſdem ſubiectos, vel vt gerant eorum re-
gimen, vel in eis tãquam proprii locorum ipſo-
rum monachi reſideant, fuerint deſtinati, tunc
enim ratione eorundem Prioratuum ordinarii
ſua iuriſdictione in ipſis etiam quoad præmiſſa,
quamdiu morantur in illis, licitè vti poſſunt, 1.
*§. in eos hoc tit. in 6. & ibi gloſ. in verb. quantum ad iſta
& Can. communiter.* Simile iudicium eſt de eccle-
ſiis & capitulis, quæ habent conſuetudines, iura-
menta, ſententias, concordias, quarum vigore
ſunt immunia & libera à viſitatione, correctio-
ne, & emendatione epiſcoporum, & exempta
dici poſſunt exemptione capta in genere, *Rot. di-
uerſ. deciſ. 743. ſub n. 3. par. 1. per c. 4 ſeſſ. 14.* In his &
ſimilibus indulgentiis inſpicienda ſunt eccleſia-
rum priuilegia & ipſorum tenor eſt diligentius
attendendus & obſeruandus, *c. porro c. receepimus*
39 *hoc tit.* Poſſunt locorum ordinarii † eos qui ſe aſ-
ſerunt per priuilegia ſeu indulgentias ſedis apo-
ſtolicæ exemptos requirere, & ipſi requiſiti te-
nentur huiuſmodi priuilegia vel indulgentias i-
pſis ordinariis in loco congruo & ſecuro, aut a-
liquibus prudentibus viris omni ſuſpicione ca-
rentibus ad hoc per dictos ordinarios deputa-
tis intra terminum competentem pro facti qua-
litate ipſorum ordinariorum, vel delegatorum
ſuorum arbitrio moderandum, iuſto impedi-
mento ceſſante, oſtendere, & ad legendum in-
tegraliter exhibere, nec non de articulis de qui-
bus controuerſia fuerit tranſcriptum tradere, *c.
cum perſona §. 1. hoc tit. in 6.*

Exemptus † non poteſt iuriſdictioni ordina- 40
rii ſe ſubiicere per prorogationem, aut alias,
quia non tantum de ſuo, ſed etiã ſuperioris præ-
iudicio agitur, *c. cum tempore de arbitr. c. cum dilectus
de relig. domib. late Pan. in c. ſignificaſti n. 9. & ſeqq. de
for. compet. Creſcent deciſ. 3 de for. compet. Aluar. de pro-
hib. feud. alien. per Freder. §. præterea ſi inter ſub nu. 4.
verſ. nec obſtat regula & verſ. ſeq. & Afflict. n. 28. in fine
& Dd. Felin. in c. 2. in fine de ſent. excom. pulchre Felin.
in c. cum olim n. 3. & ſeq. de præſcript. & ibi Can. Gail.
obſer. 40. lib. 1. n. 2. & ſeqq.* ſententiaq; per ordina-
rium contra exemptum lata, eſt ipſo iure nulla,
*c. cum olim el. 1. & ibi Anchar. in 13. not. & c. ſeq. & v-
trobiq; Can. hoc tit.* maxime quando priuilegium
habet decretum irritans, *Creſc deciſ. 3. de for. comp.
c. ſtatutum §. in nullo & ibi gloſ. in verb. citet partes &
verb. expreſſus de reſcript. in 6. & ibi Dd.* Imo non ſo-
lent canones diæceſanis delegatam auctoritate
apoſtolica dare iuriſdictionẽ in caſibus in qui-
bus nimiũ præiudicaretur priuilegiis exemptio-
num, *clem. 1. §. ne igitur & ibi gloſ. in ver. ſuperiores de
celeb. miſ. & Can.* ſed & in reſcriptis † ad lites de- 41
bet fieri mentio de exemptione, vbicunq; litte-
ræ impetrantur contra exemptum de ſtylo Cu-
riæ, licet de iure communi de priuilegio, quod
cauſat peremptoriam exceptionẽ, ſicut de ipſis
peremptoriis nõ eſt neceſſe facere mentionem
in tali reſcripto, nec de illis poſſit opponi in cum
ſubreptionis, *c. 1. de lit. conſ. in 6. cap. ex multiplici &
ibi Zab. in 1. not. de decim. Card. Seraph. deciſ. 351. n. 25.*
ſecus vbi priuilegium cauſat dilatoriam, *cap. cum
ordinem de reſcript.* ratio ſtyli eſt, quia Curia dat
alios iudices contra exemptum, nam contra ex-
emptum non ſolet deputari ordinarius loci, ſiue
epiſcopus, *c. ex parte el. 1. & ibi Hoſt. ſub nu. 1. in ver.
nulla mentio hoc tit. & Can.* ſiue Archiepiſcopus
ob metum grauaminum, *clem. 2. §. fin. hoc tit.* quæ
ratio concludit, vt ſemper fiat de exemptione
mentio, ſiue impetretur in præiudicium exem-
ptionis, ſiue non, qui ſtylus eſt obſeruãdus, *Pan.
poſt Hoſt. in c. ex parte 1. n. 5. hoc tit. c. frater noſter 16. q.
1. & ibi poſt gloſ. Can.* Multi ſunt caſus in quibus
loca † empta, vt in clem. attendentes de ſtat. 42
monach. clem. quia contingit de relig. domib. c.
ad abolen-

Digitized by Google

ad abolendam §. fin. de hæret. ac perſonæ exemptæ etiam regulares, ratione loci, ſubiacent iuriſdictioni ordinarii, ſiue epiſcopi vti ſedis apoſtolicæ delegati, non autem capitula ſede epiſcopali vacante, aut Archiepiſcopi, aut Patriarchæ, in quorum Prouincia ſitus eſt epiſcopatus, etiam quando epiſcopo conceditur iuriſdictio in loca, *Zab. in clem. attendentes in princ. in 4. quæſt. & ibi Anchar. n. 2. in fine Vital. in §. fin. in fine*, ne detrahatur priuilegio exemptionis vltra quam ſit expreſſum, *Io. And. in c. ad abolendam n. 16. Pan. n. 16. Zab. in §. fin. & Can. communiter de hæretic.* dictaque delegatio morte ſummi Pontificis, aut epiſcopi non expirat quia ſunt delegati, non Papæ, ſed Sedis apoſtolicæ, quæ non moritur, *cap. ſi gratioſe de reſcript. in 6.* & iſta iuriſdictio non delegatur perſonæ, ſed dignitati, quæ etiam non moritur, *c. quoniam de off. deleg.* & ſi contigerit appellari, appellabitur ad Papam, & non ad proximum ſuperiorem, *gloſ. in clem. 1. in verb. ſua circa finem de ſuppl. negl. Prælat. & ibi Can late Zab. in c. ad abolendam §. fin. de hæretic.* quod ſi Archiepiſcopus, vel quicunq; ſit, impedit proceſſum epiſcopi contra talem exemptum, poterit epiſcopus eum coercere, quia quoad eam ſpeciem eſt eo maior, *c. ſane 2. de off. deleg. Butr. in d. c. ad abolendam n. 27. & 2. ſeqq. de hæret. & ibi late Zab. in §. fin. & Can. communiter*, & ordinarii negligentiam ſupplet ſolus Papa, *Zab. in clem. quia contingit §. in quo n. 4. de relig. domib.* 1. eſt in viſitatione, *c. 4. ſeſſ. 6. c. 8. ſeſſ. 7. c. 8 ſeſſ. 21. c. 9. ſeſſ. 24. Rot. diuerſ. deciſ. 736. & deciſ. 744. par. 1.* 2. in collatione ordinum, *c. 10. ſeſſ. 23.* 3. in approbatione ad beneficia curata per concurſum, *c. 18. ſeſſ. 24.* 4. quoad confeſſiones audiendas, *c. quamuis ſeſſ. 23. Rot. Farinac. deciſ. 332. par. 1.* & prædicationem, *c. 2. ſeſſ. 5. c. 4. ſeſſ. 24.* 5. eſt quoad proceſſiones publicas, *c. 13. ſeſſ. 25. de regul.* 6. eſt quoad feſta, cenſuras & interdicta, *c. 12. ſeſſ. 25. de regul.* 7. in clem. 1. de ſuppl. negl. Prælat. 8. eſt in danda licentia laicum extrahendi ab eccleſia, in caſibus à canone permiſſis, quæ in loco exempto & nullius diœceſis pertinet ad epiſcopum viciniorem, *Gregor. 14. in conſtit. ſuper immunit. eccleſ. edita 1591. §. volumus dictaque auctoritate declaramus.* 9. quod in ciuilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum clerici ſæculares aut regulares extra monaſterium degentes quomodolibet exempti, etiamſi certum Iudicem à Sede apoſtolica deputatum in partibus habeant, in aliis vero ſi ipſum non habuerint coram locorum ordinariis tanquam in hoc ab ipſa ſede delegatis conueniuntur, & ad ſoluendum debitum compelluntur, *c. in exemptorum ſeſſ. 7.* reliquos enumerat Pariſ. de reſign. benef. lib. 3. quæſt. 11. n. 8. & ſeq. quos ego ſparſim ſub ſuis titulis annotaui, & triginta duos caſus enumerat Stephanus Quaranta in ſumma bullarii in verb. exemptio: Non licet epiſcopo

† in dictis caſibus, aut quando tantum habet iu- 43
riſdictionem in perſonas exemptas in loco exempto officialem conſtituere, & per eum iuriſdictionem ſuam exercere, *c. 1. hoc tit. in 6. clem. 1. de teſtam.* quando vero habet iuriſdictionem in loco exempto, tunc poteſt conſtituere officialem, *clem. attendentes de ſtat. monach. clem. quia contingit de relig. domib. Io. And. in c. cum epiſcopus n. 1. in fine & n. 2. de off. ord. in 6. Gemin. n. 10. Anchar. nu. 2. Franc. nu. 3. in fine approbati à Rota diuerſ. deciſ. 796. par. 1. & deciſ. 145. par. 2.*

Sunt & alii caſus † in qui- 44
bus datur ordinario iuriſdictio in exemptos ſimpliciter, abſq; clauſula delegationis à ſede apoſtolica vt in c. 1. de priuileg. in 6. clem. 1. de teſtam. clem. abuſionibus de pœnit. & remiſ. c. 1. de præbend. in 6. Ratio eſt, quia res non eſt exempta circa quam exemptus delinquit & trahit ad ſe exemptionem & eam vincit: *Zab. in d. clem. 1. de teſtam. ſub n. 1.*

Archiepiſcopi † per loca exem- 45
pta ſiue Prouinciæ poſſunt facere portari ante ſe crucem, item Archiepiſcopi & epiſcopi diœceſani poſſunt in eiſdem locis exemptis populo benedicere, diuina officia publicè vel priuatim ibidem audire, & ea etiam in pontificalibus celebrare, & facere in ſua præſentia ſine pontificalibus celebrari, quouis contrario priuilegio non obſtante, per iſta tamen nullum exemptioni vel priuilegiis eorundem aliud præiudicium generatur, nec ipſis Archiepiſcopo vel epiſcopo ius aliquod acquiritur, *clem. fin. hoc tit. & ibi late Zab. §. 1. n. 5. & 6. & Can.* Ratio eſt, quia poſſunt vti inſigniis quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis & honoris, non autem quæ ſunt contentioſæ iuriſdictionis, vt celebrare ordines ſedere pro tribunali, *c. cum epiſcopus de off. ord. in 6. c. luminoſo 18. quæſt. 2. Zab. in clem. fin. in 1. oppoſ. hoc tit. & ibi Anchar. & Can.* extra prouinciam Archiepiſcopus non poteſt facere ante ſe portari cruçē, quia licet delatio crucis non ſit controuerſæ iuriſdictionis, eſt tamen inſigne ſapiens ſuperioritatē,

arg.c.ex tuarum de auct. & vſu pall. & inſignia de-
putata alicui dignitati nō poſſunt deferri vltra
territorium dignitatis,*c.vt apoſtolicæ & ibi Anchar.*
hoc tit.in 6. Quatuor patriarchæ faciunt ante te
deferri crucem vbicunq; præterquam in vrbe,
vel vbi eſt Papa, vel Legatus, vtens inſigniis apo-
ſtolicæ dignitatis,*c.antiqua §.dominicæ hoc tit.* epi-
ſcopi pontificalibus extra ſuam diæceſim vti
poſſunt abſq; mixtura iuriſdictionis vel officii,
cum mixtura iuriſdictionis vel officii non poſ-
ſunt, *Anchar.in clem fin.n.7.hoc tit.poſt gloſ. in ver. &*
celebrare & ibi Can.
46 Exemptiones † conceſſæ à ſummo Pontifice,
quia ſunt præiudiciales, nedū epiſcopis, ſed etiā
Archiepiepiſcopis, & ſuperiotibus prælatis, cum
eccleſiaſtica iuriſdictio ſit ordinata per gradus,
c.mos diſtinct.65.c.cum dilectus de elect. c.2. de conceſſ.
preb.c.Romana §.1.de appell.in 6.c.1.& 2. & per totū
9.quaeſt.3. ſunt odioſæ & reſtringendæ, *c.1.& ibi*
47 *Can.hoc tit.in 6.* Libertas vero & exemptio † quā
epiſcopus concedit ex lege iuriſdictionis, *c.cum*
olim el.2.§.diſtinguentes hoc tit. c.dilectus de relig.dom.
quia per eam ſuperioribus prælatis nullū ſit pre-
iudicium, ſed tantum epiſcopo concedenti, ac
eius ſucceſſoribus, quibus in pertinentibus ad
dignitatem epiſcopalem poteſt præiudicare, et-
iamſi non accedat confirmatio pontificia, *c.cum*
veniſſent & ibi Pan.in 3.not. & Can.de conſtit. & ſen-
tire videtur Anchar.in c.veniens ſub n.4. & ibi Can. de
tranſact.Dec.conſ.151.in cauſ.exempt.in princ. latiſſi-
me eſt interpretanda, *Pan.in c.olim ſub n.7.de verb.*
ſignif.& ibi Can. nec poteſt dici iuri contraria aut
læſiua non minus quam emancipatio filii facta
ab auo, vel à patre, quæ contra eos latiſſimè ve-
nit interpretanda, *l.fin.C.de emancipat.* aut manu-
miſſio ſerui facta à Domino, *§.peculium Inſtit. de*
leg. ac ſaluum remanet epiſcopo ius reuocandi
eos in poteſtatem ex cauſa ingratitudinis, *l.vnica*
C.de ingrat.lib.§.finitur Inſtit.quib.mod.ius finit.cum
vulgar. vnde gloſ.in c.1.in verb. exemptionis hoc
tit.in 6.& poſt eam Io.And.dicunt quod eximе-
re eſt proprie ſedis Apoſtolicæ, *c.frater 16.quaeſt.1.*
c.nunc vero 9.quaeſt.3. vnde Legatus à latere hoc
non poteſt, *c.fin.de confir.vtil.vel inutil.* nec epiſco-
pus, *c.2 de exceſſ.prælat.* nec Archiepiſcopus, *c.ſicut*
vnire de exceſſ.prælat. quia exemptiones epiſcopo-
rum ſuperioribus Prælatis, & inferioribus non
præiudicant, *d.c.2.de exceſſ.prælat.* ſed tantum ſibi-
48 metipſis. Interdum epiſcopus eccleſiam † & cle-
rum eximit à ſua iuriſdictione, & nulli eos ſub-
iicit, & vendicat ſibi locum c. ſicut vnire in fine
de exceſſ.prælat.c.1.in princ. de for. compet. in
6.iuxta quæ Archiepiſcopus vel eius officialis in
prima inſtantia, ac alias etiam per ſimplicē que-
relam tanquam iudex cognoſcit de cauſis cleri-
corum, & iudicat eccleſias iure metropolitico
quos ſuffraganei epiſcopi à ſua iuriſdictione ex-
imetunt, quia tunc conſtat de diæceſanorū ſuo-
rum voluntate, *d.c.1 & ibi Franc. in vlt. not. de for.*
compet.in 6.Gemin.n.3.& Can.communiter c. ſignifi-
caſti in fine de for.compet.c.conſtitutus de relig. domib.
in quo monaſterium ab epiſcopo exemptum fuit & nulli
alteri ſubiectum d.c. ſicut vnire de exceſſ prælat.c. cum
olim el.2.in princ.& §.diſtinguentes & ibi Can.de pri-
uileg.c cum dilectus ibi à iuriſdictione eiuſdem epiſcopi
exemptam de relig.domib c.abbatibus 18.q.2. Vital.in
clem. attendentes §. hos igitur nu.10.de ſtat. monach.
Bart.in l.1.§.& poſt operis n.3.ff.de nou. oper. nunc. &
ibi Dd.c.conqueſtus ibi eo inuito 9.quaeſt.3. nam licet
eccleſia ſit exempta à iuriſdictione ſuffraganei,
permanet tamen in prouincia, & Archiepiſco-
pus pinguiorem in eam acquirit iuriſdictionem,
iuribus proxime alleg. & exercet omnia quæ ſunt
ordinis & dignitatis epiſcopalis, ac etiam iuriſ-
dictionis, *c.nullus primas iuncto c.fin.§.ſed aliud 9.*
quaeſt.3.Franc.in c.Romana in 2.not.de off ord.in 6. &
ibi Can. & ſub exemptione à iuriſdictione epi-
ſcopali, iuriſdictio archiepiſcopalis tanquā ma-
ior non includitur, *clem.1.& ibi Vital.n.60.& 61.*
de cenſ.Marian.Socin.de viſit.lib.11.in 14. quaeſt. verſ.
ſecundo quæro circa finem, nec requiritur, vt præter
factam à ſe exemptionem epiſcopus conſentiat,
vel volūtatem ſuam declaret, vt archiepiſcopus
in eos iuriſdictionem exerceat, quia quilibet e-
piſcopus ſub ſimili teſtimonio alienam poteſt
ingredi diæceſim, & in ea exercere iuriſdictio-
nem, *c.nullum & c.ſeq.9.qu.2.* & archiepiſcopus,
data exemptione à iuriſdictione epiſcopali, ni-
hil præſumptiue aſſumit ſed debitum ex ordine
gerit officium charitatis, *c.fin.9. quaeſt.3.c.Romana*
in princ.de for.compet.in 6. Interdum eximit † ec- 49
cleſiam in certis ſpecialibus caſibus, & compe-
tit epiſcopo ius epiſcopale in omnibus, illis tan-
tum exceptis, quæ per authentica ſcripta ei di-
gnoſcuntur ſubtracta, *c.cum venerabilis §.1.de relig.*
domib. aut ſeruitia ſibi debita remittit, iuriſdi-
ctione retenta, *c.cum venerabilis de cenſib.* Nonnū-
quam eam ordinariæ iuriſdictioni † ſubiicit in- 50
ferioris

Digitized by Google

ſerioris prælati conſentientibus clericis & non eis inuitis, *Anchar. in c. ſignificaſti n. 8. de for. compet. & ibi Can. communiter Hoſt. ſub n. 2. in verb. voluntas*, ex cauſa & conſenſu capituli, & videtur omnia iura conceſſiſſe quæ ipſe poſſidebat in eccleſia, *c. viſis & ibi gloſ. in verb. tradita & Can. 16. q. 2. Pan. in c. cum inter n. 13. de re iud. & ibi Felin. n. 3. & ſeq. & Can. c. fin. 12. quæſt. 3. & ibi gloſ & Can. c. cum venerabilis & ibi Pan. in 1. not. Io. And n. 7. & Can. de cenſib.* exceptis quibuſdam quæ à ſe alienare ſeu abdicare non poteſt, vt eſt correctio, *c. viſis 16. quæſt. 2. in fine.* viſitatio & procuratio ratione viſitationis, *c. cum venerabilis de cenſib.* cathedraticum, *c. paſtoralis de donat. gloſ. 1. in c. quicunq; 1. 16. qu. 7.* reuerentia quæ ſibi debetur ab eccleſia inferiori, *Felin. in c. cum inter n. 3. & 4. de re iud. Bald. in l. fi. ſub n. 3. C. de bon. libert.* charitatiuum ſubſidium, *c. cum apoſtolus §. 1. de cẽſib.* inſtitutio authoriſabilis quoad curam populi, *c. cum ſatis de off. Archid. c. 1. de capell. monac. in 6.* & ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis, *c. per ſingulas 9. q. 3 gloſ. in ſumma 16. q. 2.* In tri-
51 bus † tamen caſibus poteſt epiſcopus à ſe in totũ eximere eccleſiam, primus eſt quando epiſcopus exemit & Papa confirmauit, *c. conſtitutus de relig. domib & ibi Pan. n. 10. & in c. cum venerabilis nu. 3. de cenſib. & vtrobiq; Can. Lap. alleg. 139. n. 16. Archid. in c. viſis n. 4. 16. q. 2.* 2. eſt quando lata fuit contra epiſcopum ſententia ſuper plena exemptione per eum facta, & non fuit appellatum, *c. cum inter de re iud.* 3. quando per modum vicariæ perpetuæ conceſſit perſonaliter inferiori prælato, vel etiã realiter recipienti nomine dignitatis omnia iura epiſcopalia ex cauſa & de conſenſu capituli, tũc enim omnia iura prædicta in prælatum tranſeũt præter cathedraticum, reuerentiam & charitatiuum ſubſidium, *Io. And. in c. cum venerabilis ſub n. 7. verſ. ex prædictis collige & ibi Pan. n. 8. & Can. communiter de cenſib.* per hoc tamen iura hæc non erunt abdicata ex toto ab epiſcopo, quia illo negligente poterit epiſcopus ea exercere, *c. irrefragabile §. exceſſus de off. ord. Io. And. in d. c. cum venerabilis ſub n. 7. verſ. ex prædictis & ibi Can.* poteſt addi 4. de commiſſione per viam delegationis, in qua etiam ſemper remanet idem ius penes epiſcopũ, & maius propter ius reuocandi & reſumendi, *l. iudicium ff. de iud. c. cum veniſſent de inſtit. c. dudum de præbend. in 6.* vltimi duo modi exemptionibus põtificiis applicari poſſunt, nam vidi ego bullas apoſtolicas conceſſæ exemptionis & libertatis, in quarum fine ſummus Pontifex, prælatum loci à ſe exempti ſuum vicarium conſtituit, qualis vicariatus transfert legitimam & ordinariam adminiſtrationem temporalium & ſpiritualiũ, ac collationem beneficiorum, *c. fin. §. fin. de ſuppl. neglig. prælat. in 6. c. is cui de elect. in 6.* non ſolum in cathedrali eccleſia, ſed etiam in aliis eccleſiis inferioribus, *Gemin. in d. c. is cui n. 5. & ibi Io. And. in princip.* ac facultatem diſpenſandi, *gloſ. in d. c. is cui in ver. ſpiritualiter*, & poteſtatem liberè exercendi omnia quæ iuriſdictionis epiſcopalis exiſtunt, & quæ poteſt electus exequi confirmatus, *d. c. is cui in princ.* eiusq; iuriſdictio non expirat morte ſummi Pontificis, *gloſ. in d. c. is cui in ver. confirmatus & ibi Franc. in fin. & Can.* aut per præſentiam Legati à latere, quia ſpecialis diſtrictus eſt ei commiſſus in quo maiorem generali legato habet poteſtatem, *c. 2. & ibi poſt gloſ. in verb. non poteſt Can. de off. leg.* ab eo appellandus eſt ſummus Põtifex, non legatus à latere, *Pan. in d. c. 2. n. 3.* Præterea vidi alias litteras apoſtolicas in quibus ſummus Pontifex vices ſuas delegauit Prælato loci exempti, quo caſu honorari debet tanquam repræſentans perſonam delegantis, *c. pen. in fine & c. fin. & ibi gloſ. pen. 93. diſtinct.* & habent locum canones loquentes de delegatis à ſummo Pontifice, *c. ſtuduiſti & ibi not. de off. leg. c. 1. & c. ſi quando c. ſane de offic. deleg.* ac facta dignitati delegatio, tranſit in ſucceſſorem, *c. quoniam abbas de off. deleg.* Exemptus per epiſcopum à ſua iuriſdictione,
† & ſubditus aut Archiepiſcopo, aut inferiori 52
Prælato poteſt exemptioni renunciare, & iuriſdictionem ordinarii prorogare, *Felin in c. P. & G. n. 13. de off. deleg. & idem in c. cum acceſſiſſent ſub n. 6. verſ. ad idem quod notat de conſtit. Card. Seraph. deciſ. 595. n. 7. Greg. 15. deciſ. 325. ſub n. 23. & ibi annot.* Ca-
nones concedunt † ordinariis iuriſdictionẽ de- 53
legatam auctoritate apoſtolica certis caſibus in exẽptos ſedi Apoſtolicæ immediate ſubiectos, ſed nunquam in exemptos à iuriſdictione epiſcopi, & alteri immediate ſubiectos, *clem. attendentes de ſtat. monach. quæ eſt conſtitutio Concilii Vienneenſ. c. vnico §. fin. de ſtat. reg. in 6. c. ad abolendam §. fin. & ibi Io. And. & Can. de hæret.* & vnicus tantum reperitur caſus ſpecialis, in quo canones Ordinariis dãt iuriſdictionẽ delegatã in exemptos ſedi Apoſtolicę immediatè ſubiectos, ac alios exemptos in clẽ. quia cõtingit de rel. dom. in fin. prin. ibi rectores eoſdẽ vtiq; nõ exemptos propria,

exemptos vero & alios priuilegiatos Apoſtoli-
cæ ad id auctoritate compellant, iuncta gloſ. in
c. 1. in verb. exemptionis de priuil. in 6. quæ in-
quit, quod exemptio propriè conceditur à Sum-
mo Pontifice, non ab Epiſcopo, quia eius exem-
ptio non præiudicat ſuperioribus Prælatis, aut
inferioribus, *c. 2. de exceſſ. Prælat. & ibi Can.* Poteſt
54 Eccleſia vti duplici † priuilegio exemptionis,
nempe priuilegio ſibi conceſſo ab Epiſcopo, ac
priuilegio libertatis ſibi indulto à Sede Apoſto-
lica, & ſi ſuccumbat ex vno, poteſt nihilominus
ex alio ſe iuuare & obtinere, *c. cum olim hoc tit.*
quia impetrando ſecundum priuilegium exem-
ptionis etiam ab alio ſuperiore, non videtur im-
petrans renunciare priori priuilegio ſuper eo-
dem obtento, imò poteſt ex vtroq; ſe defende-
re, *c. nullus pluribus de reg. iur. in 6. c. poſt electionem*
de conceſ. præb. Non poteſt Epiſcopus aliquam Ec-
55 cleſiam † ſuæ diæceſis à iuriſdictione Epiſcopa-
li eximere & ſubijcere alteri Epiſcopo, quia ca-
nonibus prohibitum eſt Epiſcopis, ne ad Ec-
cleſias, quæ extra eorum terminos ſunt, acce-
dant, vt quicquam ibi diſponant, vel ordinent,
vel iudicent, aut conſtituti in ſua diæceſi alie-
num clericum ordinent aut recipiant, niſi aut
inuitati, vel cum voluntate & teſtimonio Epi-
ſcopi, ſub cuius diſpoſitione eſt Eccleſia, vel cle-
ricus, *c. 1. 2. & ſeq. & per totum 9. quæſt. 3. c. 1. 71 diſt.*
& per totum c. nullas de paroch. c. 2. de temp. ord. in 6.
ſub pœnis recenſitis per text. & gloſ. in d. c. 2. in
verb. ſtatuunt & Can. de temp. ordin. in 6. ac
etiam ne confundant, aut permiſceant Eccle-
ſiarum, aut diæceſum terminos, *c. Epiſcopi 9. quæſt.*
3. c. licet in regulis 16. quæſt. 3. Butr. in c. ſuper eo ſub n. 5.
poſt Innoc. de paroch. Io. And. in c. de monachis n.
11. de præbend. ſentit quod omnia ſint transla-
ta, quando Epiſcopus alteri Epiſcopo Eccleſiam
confert pleno iure.
56 2. Acquiritur exemptio † ſiue libertas priui-
legio & præſcriptione, quando priuilegium
quod Ordinario, ſiue ab eo deputatis prudenti-
bus viris exhibendum eſt, non ad plenum per ſe
ſufficit ad exemptionem ſiue libertatem com-
probandam, ſed tale eſt quod cauſam præbet
præſcriptioni quam coram Ordinario aut per-
ſonis prudentibus ab eo delegatis cum curſu
quadraginta annorum & alijs requiſitis qui ſe
exemptos aſſerunt, probare tenentur, *c. cum per-*
ſona §. quod ſi tales hoc tit. in 6. vt ſi doceatur de
conceſſione Epiſcopi, quæ dicitur facta cũ con-
ſenſu Capituli, de quo non apparet, aut alio ti-
tulo, errore facti, non iuris ſuffulto, qui dat iuſtã
cauſam præſcribendi, *l. 2. §. ſi à pupillo ff. pro emptore*
l. fin. ff. pro legat. l. 2. ff. de iur. & fact. ignor. c. ea noſcitur
in fine de his quæ fiunt à Prælatis &c. Rota deciſ. 3. de
præſcript. in nou. Franc. in d. c. cum perſona §. quod ſi ta-
les & ibi Io. And. n. 4. quando dubium eſt de prima
cauſa ex qua res acquiritur, tunc ex cautela po-
teſt acquiri ex ſecunda cauſa, *c. poſt electionem de*
conceſſ. præb. aut ſi prima cauſa dubia ſit, declara-
ri, *c. cũ dilectus de conſuet.* vel pinguius ſubueniri per
ſecundum, *l. 4. ff. ad leg. Falcid. l. in bello §. ſi quis ſer-*
uum ff. de capt. l. qui à debitore ff. qui pot. in pign. hab.
3. Acquiritur exẽptio ſiue libertas ſola † præ- 57
ſcriptione canonica, *c. cum perſona §. ſi autẽ hoc tit.*
in 6. Pan. in c. cum inter n. 16. & ſeqq. de re iud. & ibi
Can. quadraginta annorum cum titulo, *d. c. cum*
perſona §. ſi autem & ibi gloſ. in verb. canonicam, vel
tãti temporis cuius initii non extat memoria, in
qua inter alia allegari & probari debet, quod a-
lius Prælatus in eis iuriſdictionem præſcripſerit,
Rot. deciſ. 1. de præſcript. in nou. Pan. in c. auditis n. 4. &
ibi Can. de præſcript. c. cum perſona §. quod ſi tales hoc
tit. in 6. & ibi Can. late Oldrad. conſ. 172. quia omnes
fere obiectus, quia nullus poteſt ſe ipſum iudicare,
vel corrigere, nec ea poſſidere, neq; præſcribere,
ſed ipſi poſſunt præſcribere, quod alii Prælato
ſubſunt quoad iuriſdictionẽ & correctionẽ, &
ſubditus ipſe ab alio Prælato præſcribi poteſt, *c.*
cum ex officii c. cum non liceat, c. auditis de præſcr. Rot.
deciſ. 2. de præſcript. in nou. Imo inferior Prælatus
poteſt præſcribere certam partẽ diæceſis, exclu-
dendo prorſus epiſcopũ in illo loco ab exercitio
iuris epiſcopalis, *Pan. in c. auditis n. 7. per illum textũ*
de præſcript. & ibi Felin. n. 8. & Can. Pan. in c. cum con-
tingat n. 29. de for. comp. ac ipſe ſubditus certas li-
bertates poteſt præſcribere, *c. accedentibus in fine*
de exceſſ. prælat. c. 1. de conſang. & affin. de qua præ-
ſcriptione eiuſq; requiſitis coram Ordinario, vel
delegatis ab eo prudentibus viris non ſuſpectis
fidem facere tenentur, *c. cum perſonã §. ſi autem hoc*
tit. in 6. nec eſt alienũ à iure communi quod epi-
ſcopus, † contra quẽ ſubditus ſe prætẽdit exem- 58
ptum priuilegio tantum, priuilegio & præſcri-
ptione, aut præſcriptione canonica tantum, co-
gnoſcit iudicialiter de illa quæſtione, vtrum ſit
exemptus nec ne, *d. c. cum perſona §. ſi autem & ibi*
Franc. in fine poſt gloſ. & Anch. in 13. not. & Can. cõtra
rubr.

rubr. C. vt nullus in ſua cauſ. iudicet, quia proce-
dit ſuper eo quod ſpectat ad officiū ſuū, vel ſuā
eccleſiam ex diſpoſitione iuris communis, &
cauſa eccleſiæ non eſt propria epiſcopi, *l. ſi quis
erga & ibi gloſſ. fin. 2. quæſt. 7. c. 2. & ibi gloſ. in verb. pu-
nire de pœnit. in 6. Felin. in c. inſinuata n. 3. verſ. cauſa
eccleſia & ibi Pan. poſt n. 4. de off. deleg. c. cum perſona
§. ſi autem & ibi gloſſ. in verb. ordinarius Franc. & Ca-
non. communiter hoc tit. in 6. l. de iure & ibi gloſſ. in ver.
prouinciæ & DD. ff. ad municipal. &c.* tum quia or-
dinarius cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, *c. dile-
cto & ibi Innoc. de ſent. excommun. c. literis de re-
ſcript. l. ſi quis ex aliena ff. de iud.* ſed ad omnem
ſuſpicionem euitandam conſultius videtur id
expediri per delegatos non ſuſpectos, *d. c. cum
perſona hoc tit. in 6. l. ſi quis contra de foro compet. l.
præter ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Pan. in c. venera-
bile n. 3. in fine & n. 4. de cenſib. dicit, quod
epiſcopus in d. c. cum perſonæ, non procedit vt
Iudex, ſed vt pars extraiudicialiter ad conſe-
crationem iurium ſuorum, & videt priuilegium
exemptionis ſibi oſtenſum à ſubdito, non vt iu-
dicet, ſed ſe informet, & poteſt ſe defendere
gladio materiali & ſpirituali, *c. de ſent. excomm.
in 6.* cuius opinio reprobatur ex textu d. c. cum
perſonæ §. ſi autem & §. ſeq. in quibus proba-
59 tio teſtium requiritur quoad poſſeſſionem, &
requiſita ad præſcriptionem.

Difficilis eſt quæſtio, an epiſcopus in eccle-
ſias vel clericos † alienæ diœceſis poſſit præ-
ſcribere ius epiſcopale, in quo variè à variis fuit
notatum, vt refert Innoc. in c. ſuper eo de pa-
roch. &c. & ibi Ioan. And. n. 3. & Can. gloſſ.
mag. in c. quicunque 16. quæſt. 3. in verb. legis,
dicit communionem eſſe opinionem, excepto
limite prouinciarum diœceſum, parochiarum,
& cohærentiis limiti quæ ſunt impræſcriptibi-
lia, *Boich. late in c. ſuper eo de paroch. &c.* quod
quicquid eſt intra limites alterius diœceſis præ-
ſcribi poteſt quoad proprietatem tantum, non
quoad iuriſdictionem epiſcopalem, & hoc quia
conſtat de limitibus, & ibi Archid. in verb. vel
territorium, *c. ſuper eo & ibi gloſſ. & DD. de paroch.*
quia ſtatus diœceſum perpetuæ ætatis firmitate
durat, quem nec negligentia Pontificis, nec
temporalis obiectio, quæ per iniuriam forte
generatur, neque ignauia faciente conſenſus
adhibitus, nec ſubrepente ſupplicatione præ-
ceptio diuellere poteſt, *c. licet §. nulla 16. quæſt. 3.*
ſi de limitibus non conſtat, tunc quoad pro-
prietatem, & quoad epiſcopalia iura res alterius
epiſcopi præſcribitur, *c. 1. de relig. domib. Boich.
in d. c. ſuper eo c. licet in fine & c. ſeq. 16. quæſt. 3.* ſed
Pan. in d. c. ſuper eo de paroch. &c. n. 6. tenet
quod vnus Epiſcopus poſſit præſcribere omne
ius epiſcopale in aliquibus eccleſiis ſitis in diœ-
ceſi alterius cum titulo, vel per tantum tempus
cuius initij non extat memoria, *c. 1. de præſcript. in
6.* pro quo allego textum in c. dilectis §. poteſt
16. quæſt. 3. & hanc vltimam opinionem appro-
bat Zab. in d. c. ſuper eo in 8. quæſt. de paro. &c.
Rot. Rom. deciſ. 207. n. 5. p. 2. diuerſ. quia epi-
ſcopus ſciens & patiens ab alio epiſcopo ex-
communicari, & abſolui ſuos ſubditos, & non
contradicens, amittit quaſi poſſeſſionem iuris-
dictionis, *Anchar. in c. cum contingat in 7. not. de for.
compet. l. quamuis ſaltus ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi finita* 60
§. non autem ſtatim ff. de damno infect.

Multum intereſt, † an quis contra ordinariū
ſuum ad probandum ſe exemptum alleget pri-
uilegium tantum, aut priuilegium & præſcri-
ptionem, vel præſcriptionem tantum, quia pri-
mis duobus caſibus non poteſt ordinarius pen-
dente articulo probationis, quæ ſemper fieri
debet ab eo, qui ſe exemptum dicit, *l. ſi ſolemni-
bus & ibi Cyn. Bart. & Bald. & gloſ. marg. C. de fid. in-
ſtrum. Anchar. in d. c. cum perſona in 12. not. in fine &
ibi Can.* exercere iuriſdictionem ſuam contra il-
lum, qui in libertatis & exemptionis poſſeſſio-
ne exiſtit, *d. c. cum perſona §. quod ſi tales in fine hoc
tit. in 6. c. 1. vt lite pend. &c.* alias ſi ordinarius ſit in
poſſeſſione ſubiectionis, tunc lite pendente po-
terit vti iuriſdictione contra ipſum, ſicut contra
alios ſubditos, etiamſi talis appellaret, cum ap-
pellatio non debeat ipſum ordinarium ſua poſ-
ſeſſione priuare, *Io. And. late in c. venerabili n. 3. &
ſeqq. de cenſib. & ibi Panorm. n. 3. & Can. communiter.
Franc. in d. c. cum perſona §. ſi vero n. 3. & ibi Can. hoc
tit. in 6.* 3. Vero caſu, ſiue ordinarius ſit in poſ-
ſeſſione ſubiectionis, ſiue non, poteſt vti ſua iu-
riſdictione contra illum, quouſque probet præ-
ſcriptionem, *d. c. cum perſona §. fin. Rot. diuerſ. deciſ.
145. n. 6. par. 2.* propter odium præſcriptionis,
cum contingat de decim. & fauorem iuris
communis, *c. ad decimas de re-
ſtit. ſpol. in 6. c. 1. de præ-
ſcript. in 6.*

Titulus XXXIV.

De purgatione canonica.

SVMMARIA.

1 PVRGATIO *eſt de obiecto crimine, innocentiæ oſtenſio, cuius duæ ſunt ſpecies, canonica & vulgaris.*

2 PVRGATIO *canonica inducitur ab Ordinario omnibus fide dignis.*

3 *Interdum in cauſa ciuili.*

4 *Regulariter in criminali accuſatore & teſtibus nullis apparentibus ob vulgatam infamiam.*

5 *Aut accuſatore deficiente in probatione plena propter vehementem ſuſpicionem ex dictis teſtium ſubortam.*

6 *Item indicitur propter frequentem inſinuationem ſubditorum.*

7 *Super criminibus, quorum cognitio ſpectat ad eccleſiam, defectu impediente promotionem ſubreptione in impetratione abſolutionis ab excommunicatione.*

8 *Purgatio quibus caſibus non indicatur.*

9 *Modus procedendi in dicenda purgatione canonica.*

10 *Forma purgationis eſt, infamatus iurat de veritate ad ſancta Dei euangelia, quod illa crimina non commiſit, purgatores iurant de credulitate, ſuper ſancta Dei euangelia, quod credant illum verum iuraſſe.*

11 *Purgatorum numerus olim erat definitus, hodie eſt arbitrarius.*

12 *Qualitates requiſitæ in purgatoribus.*

13 *Nullus ex eccleſiaſtico ordine cuiquam laico iuramentum expurgationis ſuper ſacra Dei euangelia præſtare præſumat.*

PROPTER delicta, de quibus infamari con-
uinci non poſſunt, deuenitur ſæpius ad pur-
gationem, ideo poſt varios exceſſus prælatorũ,
ſubditorum, & priuilegiatorum ſubiicit de pur-
1 gatione, quæ eſt de obiecto † crimine innocen-
tiæ oſtenſio, *l. is qui reus ff. de public. iud. l. reum C. de
procur. c. presbyter & c. ſeq. vſque ad finem quæſtionis 2.
quæſt.* 4. cuius duæ ſunt ſpecies, canonica, & vul-
2 garis: Canonica † indicitur ab ordinario, *c. cum
dilectis in princ. hoc tit.* omnibus fide dignis, *c. 1. hoc
tit.* laicis, *c. 1. hoc tit.* epiſcopo, *c. quoties c. fin. hoc tit.*
clericis, *c. 2. c. cum P. hoc tit.* ac etiam regularibus,
c. moniales hoc tit. exceptis infamibus infamia iu-
ris, *Pan. in c. 1. n. 4. hoc tit.* interdum in cauſa † ci- 3
uili præſumptione faciente pro actore, quo ca-
ſu reus condemnatur ſub conditione, niſi per
iuramentum ſe purgauerit, *Pan. in c. quoad conſul-
tationem n. 2. de re iud.* regulariter in criminali † 4
accuſatore & teſtibus nullis apparentibus, *c. 2.
& c. nos inter hoc tit.* ob vulgatam infamiam vel
graue ſcandalum, aut accuſatore † deficiente in 5
probatione plena propter vehementem ſuſpi-
cionem ex dictis teſtium in accuſatione, vel in-
quiſitione, *c. habet hoc proprium & ibi gloſ. 1. 2. quæſt.*
4. vel exceptione criminis, *c. inter & ibi gloſſ. in
verb. ſubortam hoc tit.* formatis ſubortam, *c. inter
§. attendentes hoc tit. c. habet hoc proprium & ibi gloſſ.
1. & Can. 4. quæſt.* 4. vel publicam famam, *c. quoties
hoc tit. Mynſ. obſ. 87 cent. 2.* nam licet in criminali-
bus non deferatur iuramentum in ſupplemen-
tum probationis accuſatori, ſecus eſt in reo vbi
de pecuniaria pœna agitur, *l. in bona fidei, & ibi
poſt gloſ. 1. Bart. & DD. communiter c. de reb. cred. Iaſ.
in l. admonendi n. 274. & 275. ff. de iureiur. Mynſ. d.
obſ. 87 cent. 2.* Item indicitur propter frequentem
† inſinuationem ſubditorum, *c. tua verſ. ſi vero pu-* 6
*blicum de cohabit. cleric. & mulier. c. licet in princ. de ſi-
mon.* poteſt enim populus ab epiſcopo iuramẽ-
to ſeu banno chriſtianitatis aſtringi ad infamiã
laicorum, ac etiam præsbyterorum patefacien-
dam, *c. 2. hoc tit.* praua exempla, *c. 2. hoc tit.* ſuſpi-
ciones veriſimiles, *c. 4. hoc tit.* ſuper criminibus † 7
quorum cognitio ſpectat ad eccleſiam, *c. nos in-
ter hoc tit. & ibi gloſ. 1. & Can.* nonnunquam ſuper
defectu impediente promotionem ad ſacros
ordines, *c. accedens hoc tit.* ſubreptione commiſ-
ſa in impetratione abſolutionis ab excommu-
nicatione à ſummo Pontifice, *c. ex parte de off. ord.*
negligens in præſtanda indicta purgatione cõ-
pellitur ad eius præſtationem per cenſuras, *c. nos
inter hoc tit.* non indicitur purgatio, † quãdo cri- 8
men eſt probabile, *c. ſi quis el. 2. hoc tit.* quando ap-
paret accuſator, *c. nos inter & ibi Pan. in 2. not. & c.
cum dilectis, §. fin. & ibi Can. hoc tit. c. ad noſtram de
probat.* quãdo infamia non habet ortum ex pro-
babilibus coniecturis, *c. cum in iuuentute §. vnde
nec hoc tit.* ſuper notorio crimine, *c. cum dilectis §.
dictus in fine & ibi gloſ. in verb. indicenda hoc tit. c. tua
1. reſp. de cohab. cler. & mul.* quando ſuper crimini-
bus lis pendet coram delegato Papæ, *c. cum dile-
ctis §. fin. in fine hoc tit.*

Hic autem eſt modus † procedendi in indi-
cenda

Digitized by Google

cenda purgatione canonica, ſi clericus de crimine ſit infamatus, epiſcopus præfiget terminũ accuſare volentibus,& ſi aliquis comparuit, auditur canonice, *c.omnibus 2.quæſt.4.c.1.15.quæſt.5. c.ex tuarum* §.*quia vero & ibi Can.hoc tit.* ſi accuſator non apparet, tunc epiſcopus pro ſuo arbitrio, *gloſſ.1.in fin.in c.habet hoc proprium 2.quæſt.4 & ibi Can.*aut procedit ad inquiſitionem. *c.qualiter & quando el.2.de accuſ.c.ſi quid vero 86.diſt.* etiamſi infamatus ſe velit purgare, quia per purgationem negatiua probatur, per inquiſitionem affirmatiua, vnde quamdiu affirmatiua probari poteſt, nunquã ſuper negatiua probatio eſt admittenda, *c.ad noſtram de probat. l.2.ff. de probat. Io. And.in c.inter & ibi Boich in princ.& Can.hoc tit.*aut ad purgationem indicendam abſque eo quod præmittatur inquiſitio, *c.cum dilectis & ibi Pan.in 1.not.hoc tit.* cum diſtinctione an ſit infamatus de delicto ſucceſſiuo, quia tunc præmittendæ ſunt neceſſario admonitiones, poteſt enim ſe corrigere deſiſtendo ab actibus ſuſpectis,& infamia facti tollitur per contraria opera bona, *Pan.in c.ex tuarum n.4.h.t.* primo ſeorſim ab epiſcopo, deinde ſub duobus vel tribus teſtibus,& ſi non emendauerit, epiſcopus eum publice increpatione admonet, ſi vero nec ſic ſe correxerit, ſuſpendit eum ab officio vſq; ad condignam purgationem, *c.2.hoc tit.* vel de delicto momentaneo, vt eſt hõmicidium, furtum, ſimonia, in quibus epiſcopus poteſt ſine illis admonitionibus procedere ad purgationem indicendam, & vbi enormitas delicti, vel ſcandali non ſubeſt; non debet ante purgationem præſtitam aliquam ſuſpenſionem facere, ſed expectare exitum, *c.nomen 2.quæſt.1.c.fin. hoc tit.* vbi vero ſubeſt ſcandalum ex eius celebratione, vel graue delictum, poteſt à principio ab officio ſuſpendere, donec ſe purgauerit, *c. presbyter el. 2.quæſt. 4.c.fin. 3.quæſt. 5.c.ex tuarum hoc tit.* vel etiam propter magnitudinem criminis ab officio & beneficio, *c.inter hoc tit. & ibi Panorm. in 2.not.& Canon.gloſſ. in d.c. presbyter el. 2. in verb. ſuſpendatur 1. in fine & Canon. 2.quæſt. 4.* termino peremptorio præfixo ad ſe purgandum, ſi intra terminum præfixum non comparet, & ſe purgat, habetur pro conuicto. *c.decernimus 2.quæſt. 9. Panorm. poſt Innoc. in c. cum. P. n.3. in fine hoc tit.* criminis cuius inſimulatur propter contumaciam, non tamen prohibetur probare poſtea ſuam innocentiam, *l.ſi is qui te. C. qui teſt.fac.poſſ. Mynſ.obſ.88.cent.2. vbi ampliat duobus modis, & obſ. 52.cent.3.* ſi comparet & præſtat purgationẽ abſoluitur,& boni teſtimonij nunciatur, *c. ex tuarum in fi.hoc tit.* niſi purgatus malè incendio per actus illicitos, & à iure reprobatos dedit cauſam infamiæ & ſcandalo, qui poſt purgationem debet remanere ſuſpenſus ab officio, donec ſopiatur ſcandalum, vt ſic illicita eius opera præcedentia puniantur, *c.inter & ibi Panorm. ſub n. 3.hoc tit.* ſed notandum eſt, quod poteſt de illomet crimine accuſari, ſi accuſator vult in ſe ſuſcipere onus probandi, quia fuit lata ex probatione non integra, cum teſtes iurauerint de credulitate tantum, ideoque non obſtat reperta de nouo probatione, *arg.l. admonendi ff. de iureiur. Panorm. in c. ex tuarum, vbi diſtinguit in fine hoc tit. Mynſ. obſeruat. 82. cent. 2.* tum quia ſententia lata ex probationibus priuilegiatis nunquam tranſit in iudicatum, *Angel. de Peruſ. in l. 1. C. de ſent. reſcind. non poſſ. Diaz.reg. 678.* ſi deficit in purgatione condemnatur, *c. cum P. Mançonella* §. *deficientem c. inter* § *fin. hoc tit. & ibi Pan. n.4. Butr. n.21. Boich. n. 2. & Canon. & 1. 2. & ibi Pan. in gloſſ. fin. hoc tit. Pan. in c. ad abolendam n.8. de hæreſ.* & punitur vt conuictus, vnde ſi delictum ſuper quo erat infamatus, & modus procedendi, puta accuſationis ante purgationem indictam exigebant depoſitionem, iſte deponetur, ſi vero aliam pœnam, illa imponetur duntaxat, *Pan. in c. cum P. ſub n. 3. verſ. aut purgatione recepta hoc tit. Pan. in c. ad abolendam n.8. & ibi Can.de hæreſ.*

Forma † purgationis eſt, Infamatus iurat de 14
veritate ſuper ſancta Dei euangelia, quod illa crimina non commiſerit, *c quoties hoc tit. c.presbyter el.2. quæſt. 4.* Prælatus quod poſt promotionem ſuam illa crimina non perpetrauerit, *c.fin. h.t.* Purgatores ſeu cõpurgatores iurant de credulitate ſuper ſancta Dei euangelia, quod credant illum verum iurauiſſe, *d.c. quoties in fine c. conſtitutus* §. *fin.c. de teſtib. hoc tit.* numerus pur-
gatorum † olim erat definitus, hodie eſt arbi- 15
trarius iudici, inſpecta perſonæ qualitate & infamiæ quantitate, *c. quoties c. cum in iuuentute hoc tit. c. cum P. in fine de accuſat.* hinc verſus: Pontificem parium manus purgat duodena, ſexta ſacerdotem, leuitam tertia purgat, *c.omnibus 2.q.4.* quem plebs infamat, purgabitur in manifeſto,

c.pres-

*c.presbyterel.*1. 2.*quaeſt*.4. quem chorus ante cho-
rum, ſua ſit purgatio præſto, *c.ſi purgauerit* §.*pen.*
2.*quaeſt*.1. Ratio eſt, vt vbi contigerit malum, ibi
moriatur: Hoc hodie tamen iudicis arbitrio re-
12 ſtat; infraſcriptæ qualitates † requiruntur in
purgatoribus, vt ſint honeſti & bonæ famæ, *c.cũ
P.*§ *purgatores hoc tit.* quod tolerentur ab eccleſia,
nec fuerint in iudicio de aliquo crimine conde-
mnati, *c.conſtitutus* §.*fin.hoc tit.* vt eius, quem pur-
gare debent, vitam & conuerſationem agno-
ſcant, *d.c.cum P.*§. *vt autem idonei c.cum dilectus hoc
tit.* Nullus † ex eccleſiaſtico ordine cuiquam lai-
co iuramentum expurgationis ſuper ſacra Dei
euangelia præſtare præſumat, *c.nullus* 22.*quaeſt*.5.
c.ſi quis presbyter 2.*quaeſt*.4.

Titulus XXXV.

De purgatione vulgari.

SVMMARIA.

1 PVRGATIO *vulgaris quam vulgus inuenit vel ſe-
quitur.*

2 *Purgatio vulgaris à ſacris canonibus iuſſa eſt exu-
lare.*

1 VVLGARIS purgatio † eſt quam vulgus in-
uenit, vel ſequitur, vt cum aquæ frigidæ, *c.
ex tuarum de purg.can.* vel candentis ferri, *c.fin hoc
tit.* vel ſingularis certaminis, *c.*1.*&* 2.*hoc tit. c.mo-
nachiam* 2.*quaeſt*.4. quis ſubit iudicium, quæ cum
2 Deus in his tentari videatur, merito iuſſa † eſt ſa-
cris canonibus exulare, *c.*1.*c.fin.hoc tit.* abſolutio
facta ſecundum vulgarem purgationem nõ te-
net, eaque non obſtante poteſt per ordinarium
de nouo indici purgatio, & de nouo admittitur
accuſatio, *c.ex tuarum de purg.can.* eadem ratione
facta condemnatio non tenet, *c.*2. *hoc tit.* quia
peregrina iudicia ſunt prohibita, *d.c.ex tuarum.*

Titulus XXXVI.

De iniuriis & damno dato.

SVMMARIA.

1 Ex *iniuria illata clerico competit actio clerico, ac etiã
epiſcopo.*

2 CLERICVS *iniuriam ſibi illatam poteſt æſtimare
pecunialiter.*

3 VERITAS *conuicij non excuſat iniuriantem.*

4 SVPERIOR *an poſſit ſe iniuriantem punire.*

5 PACTVM *factum cum aliquo, quod illi poſſim infer-
re iniuriam, an valeat.*

6 MAGISTRATVI *quando & quatenus liceat reſi-
ſtere.*

7 INIVRIAM *verbalem fas eſt repellere iſtis verbis, quæ
tendunt ad excludendum crimen vel iniuriam.*

PER exceſſus prelatorum & ſubditorum fre-
quenter inferuntur iniuriæ & damna, de
quibus obiter videamus, prætermiſſis eis quæ
copioſe tradita ſunt in quarto libro inſtit. Im-
per. titulis de iniuriis & leg. Aquil. Gail. obſ.59.
cum 7. obſ. ſeqq. lib.2. ex iniuria illata clerico
competit † actio clerico, ac etiam epiſcopo, *c.* 1
*cum deſideres c parochianos de ſent. excomm. c.*2. *& ibi
Pan.in* 1.*not.de pœnis.* Clericus iniuriam ſibi illa-
tam † poteſt æſtimare pecuniariter, & pœna pe- 2
cuniaria ſibi applicatur, *c.olim hoc tit.* nemo tene-
tur damni æſtimationem aut ſatisfactionem in-
iuriæ remittere, ſed rancorem, *c.ſi quis contriſtatus
& ibi gloſ.*1. 90.*diſtinct.c.fin, de pœnit.diſt*.5. *Pan.in c.*
1.*n.*3.4.*&* 7.*de maled.* quando iniuriantem pœ-
nitet, & petit remiſſionem, *Bald.in* §.*fin. n.*2. *Inſt.
de iniur. alleg. mag. ſentent. in expoſ. orat. dom. in verb.
& dimitte nobis debita noſtra &c.* alias non tenetur
ſibi oſtendere ſigna amicitiæ & dilectionis, *c.ſi
quis monachus c.ſtudendum & ibi gloſſ.* 90.*diſt. Bart.
in l.ſi tibi decem millia* §.*quædam n.*3.*ff.de pact. Pan.in
c.*1.*n.*7 *de maled.* Imo remittendo odium & ran-
corem, non videtur remittere actionem iniu-
riarum aut damni dati, *Bart.in l.ſi tibi decem millia*
§.*quædam n.*3.*ff.de pact. Pan in c.*1. *in fine de maled.
Mynſing.obſ.*10.*Cent*.4. Veritas † conuitij non ex- 3
cuſat, *Mynſ.obſ.*4.*cent*.4.*Roma.conſ*.96. *Couar.libr.*
10.*variar.reſol.cap.*11.*n.*6. An ſuperior † poſſit ſe 4
iniuriantem punire, fuſe tradit Pan.in c.1. n.4.
& 5. de maledicis, ad quem me remitto Gail. ob-
ſer.39.lib.1. Franc. Marc. deciſ.34. par.2. An va-
leat pactum † factum cum aliquo, quod poſſim 5
illi inferre iniuriam, vide Bald. in §.fin. n.3. &
ſeq. inſt. de iniuriis & gloſſ. in l. nec ex prætorio
ff. de reg. iur. & an magiſtratui, † quando & qua- 6
tenus liceat reſiſtere, vide Iaſ. in l. vt cum n.19. ff.
de iuſt. & iur. & ibi DD. Mynſ. obſer.18. cent.5.
Id certi iuris eſt, quod iniuriam verbalem † re- 7
pellere fas ſit illis verbis tantum, quæ tendunt
non ad vindictam, ſed ad excludendum crimen
vel iniuriam, *Bart. in l. qua omnia* §.1. *ff. de
procur. Mynſing. obſer.*17. *cent*.5.
*Gail.obſ.*100.*lib*.2.

Titulus

Digitized by Google

Titulus XXXVII.
De Pœnis.

Svmmaria.

1 Poena *eſt delictorum debita correctio.*
2 *Pœna diuiduntur in capitales,*
3 *Non capitales.*
4 *Perſonales.*
5 *Reales.*
6 *Mixtas.*
7 Personalis *pœna non commutatur in pecuniariam.*
8 *Niſi iudex ſuper pœna poſſit diſpenſare.*
9 Realis *ſiue pecuniaria pœna in perſonalem commutatur, quandocunque damnati in opes reperiuntur.*
10 *Ordinarij eccleſiaſtici etiam inferiores ac delegati pœnas imponunt, excepta degradatione quæ fit per ſolũ Epiſcopũ clericis, & certis caſibus Laicis.*
11 *Exigunt pœnas ſiue emendas pecuniarias.*
12 *Quibuſnam emendæ pecuniariæ applicentur.*
13 Sententia *in criminalibus lata tranſit in rem iudicatam.*
14 Pvnitvs *à iudice eccleſiaſtico de crimine mixti fori, poterit iterum pro eodem delicto à iudice laico grauius puniri.*
15 Episcopvs *tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus per ſeipſum cognoſcit de ſub & obreptione gratiæ à ſede Apoſtolica impetratæ ſuper abſolutione publici criminis aut remiſſione pœnæ ad quam criminoſus fuit condemnatus.*
16 Bonorvm *publicatio quædam eſt extraordinaria.*
17 *Alia eſt ordinaria.*
18 *Bona damnatorum regulariter r. o. i confiſcantur præterquam in certis caſibus.*
19 *In confiſcatione bonorum Laici per poteſtatem ſæcularem quæ bona non veniant.*
20 *Iudices eccleſiaſtici poſſunt clericos punire pœna amiſſionis bonorum.*
21 Poenæ *quando ipſo iure imponuntur à lege vel canone an requiratur ſententia declaratoria.*
22 Ad *pœnam incurrendam quæ ipſo facto imponitur an requiratur monitio.*
23 Plvres *pœnæ pro eodem delicto imponi non poſſunt.*
24 Poena *legalis non tollitur per pœnam canonicam quia ſunt diuerſa agendi forma.*
25 Remissio *habet locum in delictis quando ſunt atrocia, & quomodo fiat.*
Summa in Decretales.
26 *In contractibus regulariter non habet locum.*

Excessvs ſunt pœnales, id eſt, digni pœna, *l. 2. & ibi gloſſ. in ver. pœnalium C. de ex. ſct. tribus. lib. 10.* eſt enim pœna † delictorum debita cor- 1
rectio, *l. 1. in princ. & §. 1. ff. de pœnis.* Pœnas canonicas enumerat gloſſ. in c. ad reprimendam in verb. canonibus de off. ord. Diuiduntur in Ca-
pitales † & non Capitales. Pœna capitalis alte- 2
ro de tribus modis intelligitur, de morte naturali, de morte ciuili, vt quia quis efficitur ſeruus, & amiſſione ciuitatis, puta per deportationem quæ eximit alicuius caput ex ciuitate & priuat omnibus actibus ciuilibus, *l. 2. ff. de pub. Iud. l. 2. ff. de pœnis, §. publicorum Inſt. de publ. Iud. Mynſing obſ. 45. cent. 2.* Pœna non † capitalis cenſetur quan- 3
do imponitur relegatio, *d. l. 2. vſu. nam cætera ff. de pub. Iud.* aut quando infamia irrogatur cũ damno pecuniario. *d. §. publicorum Inſt. de pub. Iud.* Itẽ diuiduntur in perſonales, † reales, & mixtas. 4
Perſonales ſunt ſuſpenſio ab officio, *Archid. in c. 2. n. 4. de off. deleg. in 6. gloſſ. in clem. cupientes in verb. ſuſpenſi de pœnis.* excommunicatio, depoſitio, *c. cum non ab homine & ibi gl. fin. de iud.* interdictum hominum, *c. quæſitum & ibi gloſſ in verb ad ſeipſum de cohab. cler. & mul c. ex litteris & ibi Pan. in 3. not. de off. deleg.* intruſio, *c. tuæ hoc tit.* incarceratio, *c. quamuis hoc tit. in 6. c. nominis §. fin. de verb. ſignif.* verberatio, *c. fin. 35. diſtinct. c. in Archiepiſcopatu de raptor.* characteris impreſſio, *c. ad audientiam de crim falſ.* ſeruitus, *c. ita quorundam §. fin. de Iudæis,* priuilegijs clericalis denudatio, *c. in audientia de ſent. excom.* Curiæ ſæculari facta traditio, ſiue degradatio *c. nouimus de verb. ſignif.* pœnitentiæ, ſacramentorum & ſepulturæ denegatio, *c. fin. 35. diſt. c. nullus 55. diſt. c. ſuper eo de raptorib. c. 3. de vſur.* interdictio ingreſſus, ſiue ſuſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ, *Archid. in c. 2. n. 3. de off. deleg. in 6. c. præſentis 5. quæſt. 2. Collect. in c. 1. n. 3. de cler. excomm. miniſtr.* cuius effectus per appellationem ſequentem non ſuſpenditur, *c. is cui de ſent. excom. in 6.* obligatio ſub periculo cauſæ, *c. fin. de crimine falſi c. cum dilecti in fin. de elect.* obligatio ſub pœna ordinis, amiſſionis beneficij, quam non incurrit niſi obligatio facta fuerit approbante ordinario, *Felin. in c. per tuas el. 1. n. 6. de ſimon.* anathematis, *c. quoties 1. 1. quæſt. 7 c. ego Bereng. de conſuet. diſtinct. 2* obſtagijs aut carceris, *l. ſuccurritur § fin. cum l. ſeq. l. nec non §. item ſi quis ff. ex quib. cauſ. maior. Gail. obſ. 45. lib. 1.* priuatio communionis aliarũ eccleſia-

rum quæ certis caſibus imponitur Epiſcopis. c.
5 placuit 18.diſt. c.fin. 58.diſtinct. Reales † in odium
perſonæ inductæ hæ dici poſſunt, beneficij pri-
uatio, c. quod ad ſe de cleric. coniug. ſuſpenſio à be-
neficio, ſiue eiuſdem ſubtractio, c. cum ad hoc de
cler. non reſid. bonorum omnium confiſcatio, c.
ad liberandum de Iudeis c. in Archiepiſcopatu de rapt. c.
2. h. t. mulcta ſiue pecuniarum amenda, c. 2. hoc t.
c. in Archiepiſcopatu de rapt. c. 3. & ibi Pan. n. 9. hoc t.
6 Mixtæ † ſunt exilium, proſcriptio, deportatio,
relegatio, c. 1. in fin. de calumniat. c. Epiſc. 25. quaſt. 5.
in princ. c. probinum 16. quaſt. 1. & ibi gloſſ. fin. terræ
generale interdictum, c. non eſt vobis de ſponſ. c. ſane
el. 2. de off. deleg. c. 1. de vſur. in 6. abſolutio vaſallo-
rum à fidelitate, c. fin. hoc tit. iurispatronatus pri-
uatio, c. in quibuſdam & c. fin. hoc tit. reliquiarum
de eccleſia extractio, c. 2. de iurepatronat. priuatio
cinguli militiæ & ſpei coniugij. c. 2. de pœnit. & re-
7 miſſ. Perſonalis † pœna non commutatur in pe-
cuniariam, quia non ſunt puniendæ res pro de-
8 lictis, c. licet hoc tit. niſi iudex † ſuper pœna poſſit
diſpenſare, quia tunc poteſt eam commutare,
alias ſecus, l. & ſi ſeuerior & ibi gl. fin. & DD. C. ex
quib. cauſ. infam. irrog. l. quid ergo §. pœna grauior ff. de
ijs qui not. infam. Anchar. in c. licet n. 2. h. t. Imo Iu-
dex à lege ipſa habet facultatem & arbitrium
quod pœnam à lege præſcriptam augere vel mi-
nuere vel prorſus in aliam ſpeciem commutare
poſſit, nulla expreſſa cauſa in genere aut ſpecie,
prout pulchre tradit Mynſ. obſ. 30. & 54. cent. 2.
9 plures cumulans, & obſ. 9. cent. 3. Realis † ſiue
pecuniaria in perſonalem commutatur, quan-
docunq; damnati inopes reperiuntur. c. frater-
nitas tua 12. q. 2. c. 1. & ibi gl. in verb. Cruciatus 14. q. 6
l. quicunq; C. de ſeru. fugit.
10 Imponunt prædictas pœnas eccleſiaſtici † or-
dinarij, etiã inferiores, c. dilectis de appell. c. irrefra-
gabili de off. ord. ac delegati, c. ſane el. 2. de off. deleg.
excepta degradatione quæ fit per ſolum Epiſco-
pum, c. 4. ſeſſ. 13. dixi ſupra de cler. excom. miniſtr. cle-
ricis & certis caſibus laicis, c. contra 25. q. 5. Gem.
in c. cum Epiſc. n. 5. 9 & ſeq. de off. ord. in 6. c. ſtatuimus
& ibi gl. in ver. 60. num. 16. q. 1. c. quiſquis 17. quaſt. 4.
Pan. in c. licet n. 8. h. t. ac ratione delicti eccleſia-
ſtici, Pan. in c. ad abolendã poſt n. 8. vel delicti com-
miſſi in eccleſiam, vel clericum priuant laicos
etiam Principes bonis, dignitatibus, honoribus
& officijs, & inhabilitant ad aliqua alia aſſumẽ-
da, Gem. in c. felicis §. quod ſi quis n. 3. hoc t. in 6. & ibi
Can. Gem. in c. 1. §. ſacr. n. 7. de homicid. in 6. Interdũ
alicui & eius filijs ſeu poſteris vſq; ad certã ge-
nerationem pœna imponitur ab homine vel à
iure, quæ pœna eos tantum afficit, qui per ma-
ſculinam, non fœmininam lineam deſcendere
dignoſcuntur, niſi aliud in canone vel ſententia
ſit expreſſum, c. vbicunq; h. t. in 6. quia honor aut
dignitas, l. tos indulſerunt l. exemplo l. nullius l. ſi ille C.
de decurionib. li. 10. vel immunitas à pœna & quę-
libet alia vacatio, ſiue immunitas alicui & ſuis
poſteris conceſſa, non comprehendit fœminas,
l. vacatio ff. de muner. & honor. l. 1. in fin. ff. de iure im-
munit. Præterea exigunt † pœnas ſiue emendas 11
pecuniarias & mulctas ordinarij, l. 2. § fin. in fin.
ff. de iud. c. 2. h. t. Archiepiſcopi à ſubditis ſuffraga-
neorũ in caſibus in quibus poſſunt eos excom-
municare, c. venerabilibus §. deniq; de ſent. excom. in
6. delegati, l. 2. C. de ſport. c. in Archiepiſcopatu de
rapt. c. ex litteris & ibi gl. mag. in verb. ſi ſubdelegatus de
off. & pot. iud. deleg. ac etiam arbiter ſi hoc ſibi fuit
conceſſum, l. non ex omnibus in princ. verſ. ſiquidem
& ibi gl. & Bart. in 2. lect. ff. de arbit. differt pœna à
mulcta, quia pœna certa eſt à iure indicta, à qua
non appellatur, mulcta à iudice per ſententiam
irrogatur, & ab ea appellatur, l. ſi qua pœna ff. de
verb. ſignif. Mynſ. obſ. 43. cent. 3. Applicãtur † emen- 12
dæ pecuniariæ parti, quando lex imponens hu-
iuſmodi pœnam, introducit actionẽ, c. 1. & ſeq.
c. fin. de iureiur. & damn. dat. c. procurationis in fin. de
cenſib. c. audiuimus de ſimon. l. ſi cui ff. de verb. ſignif. l. ſi
qua ff. de verb. ſignif. l. 2. circa princ. in l. 3. ff. de ſepulchr.
viol. niſi in lege aliter exprimatur, l. agraria ff. de
term. mot. l. fin. ff. de iur. fiſc. l. quicunq; in fine C. de ſeru.
fugit. quando introducit accuſationem appli-
cantur, fiſco applicatur, l. iubemus 2. §. ijs quoq; iu-
dicibus & ibi gl. C. de ſacroſ. eccleſ. d. l. mulctarum C. de
mod. mulct. l. Papin. §. meminiſſe ff. de inoff. teſtam. c. ſi
ver. & ibi gl. 23. q. 5. l. cum mortem ff. de iur. fiſc. Bart. in
l. agraria ff. de term. mot. Anchar. in c. licet h. t. n. 2. in
his pœnis fiſcus habet cauſam lucratiuam, l. vni-
ca C. pœn. fiſc. credit. præf. lib. 10. Bal. in l. 3. ſub n. 2. C.
de præſ. Imp. offerend. Epiſcopus pœnas pecuniarias
poteſt imponere, & ſibi retinere, latè Felin. in c.
irrefragabili n. 5. verſ. prima concl. & n. 8. & 9. de off.
ordin. c. in antiquis & ibi gl. 12. q. 2. niſi pœna impo-
natur damnificanti alium quo caſu applicatur
damnificato, Felin. in d. c. irrefragabili num. 10.
Pan. in c. licet hoc tit. in fin. & ibi Can. quas non
poteſt remittere niſi ex arbitrio ſuo pendeant,

Ioan.

Digitized by Google

Ioan. And. in c. niſi num. 4. de offic. leg. Gail. obſeru. 114. *lib.* 1. Limita quia emendas ab Epiſcopo exactas pro homicidio aut iniurijs clericis ſuæ diœceſis illatis Canon non applicat hæredibus de conſanguinitate clerici occiſi vt ſentit Pan. in c. 2. hoc tit. num. 3. quia abſurdum contingeret vt hæres pretium quaſi occiſi conſequeretur eius, cuius hæres extiterit, *l. hanc ſcripturam in fine l. nam ſicut §. ſi Dominus ſeruum ff. ad leg. Aquil.* nec permittit Epiſcopum ſibi retinere, ſed debet eas diuidere ita vt medietatem vtilitatibus eccleſiæ tribuat cui iniuriatus præfuit, alteram in eius eleemoſynam iuſte diſpergat, *c.* 2. *hoc tit. Couar. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 9. *numer.* 10. & ideo non videtur quod tunc illas poſſit remittere, *Ioan. Andr. in d. c. niſi de off. leg.* ex decretis Conc. Tridentini mulctæ pecuniariæ locis pijs ibi exiſtentibus eo ipſo quod exactæ fuerint aſſignantur, *c. quamuis excommunicationis §. in cauſis ſeſſ.* 25.

13 Sententia † in criminalibus lata tranſit in rem iudicatam, ſiue feratur abſolutoria pro reo quia crimen non commiſit, *Cyn. in l. vnica in* 3. *quæſt. C. quando ciuilis actio praiud. Socin. in l. qui agnitus poſt num.* 6. *ff. de except.* quæ tranſit in rem iudicatam etiam quoad tertium, vnde ſi non fuit appellatum, non poteſt accuſatio inſtitui etiam à tertio, *l. licet §. fin. ff. de naut. corp. tab. Bart. in l. ſi cui §.* 1. *ff. de accuſ. c. de his & ibi gloſſ. ponit duas fallentias de accuſ. & Felin.* 12. *limit.* ſecus ſi lata fuit, quia crimen non fuit probatum, tunc accuſatio repeti poteſt, *Iul. clar. pract. crimin. lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 57. *num.* 2. & 3. & accuſatus de crimine communis fori coram Iudice eccleſiaſtico, & ab eo cauſa cognita abſolutus, quia crimen non commiſit, poteſt non obſtante dicta abſolutione, iterum coram iudice laico de ipſo crimine accuſari & puniri, quia iuriſdictio eccleſiaſtica & ſæcularis ſunt omnino diſtinctæ & prorſus ſeparatæ: *Couar. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 6. *Iul. clar. lib.* 5. *pract. crimin. §. fin. quæſt.* 57. *num.* 11. ſiue condemnatoria feratur contra reum, quæ iure communi retractari non poteſt per lapſum decem dierum, licet appareant innocentiæ probationes, ſed ex gratia ſpeciali fit reſtitutio à Principe, *l. diuiſ. ff. hoc tit. l.* 1. *§. fin. in fin. ff. de quæſt. l. pœnam C. hoc tit. Pan. in c. conſanguinei num.* 12. *de re iud.*

14 ac punitus † à iudice eccleſiaſtico de crimine mixti fori poterit iterum pro eodem delicto à iudice laico grauius puniri, *Felin. in c. de his numer.* 13. *de accuſat. Iul. clar. lib.* 5. *pract. crimin. §. fin. quæſt.* 57. *num.* 14. *licet aliter ſentiat Capra concluſ.* 69. *Felin. remiſ. ſiue in c. cum ſit num.* 21. *de for. compet.* Quoniam vero per fictas cauſas quæ tamen ſatis probabiles videntur, interdum accidit, vt nonnulli gratias à ſummo Pontifice ac ſede Apoſtolica extorqueant, per quas pœnæ illis Epiſcoporum iuſta ſeueritate inflictæ, aut remittuntur omnino, aut minuuntur; ſtatuit Concilium Tridentinum, quod Epiſcopus † apud eccleſiam ſuam 15
reſidens, de ſurreptione & obreptione gratiæ, quæ ſuper abſolutione alicuius publici criminis, vel delicti, de quo ipſe inquirere cœperat, aut remiſſione pœnæ ad quam criminoſus per eum condemnatus fuerat, falſis precibus impetratur, per ſeipſum tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus, etiam ſummarie cognoſcat, ipſamque gratiam, poſtquam per falſi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam eſſe legitimè conſtiterit, non admittat: *c.* 5. *ſeſſ.* 13. in re veteri locum habet c. ex parte de off. ord. His addit idem Concilium, quod ei cui aſcenſus ad ſacros ordines à ſuo Prælato ex quacunque cauſa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extra iudicialiter fuerit interdictus, aut qui à ſuis ordinibus ſeu gradibus, vel dignitatibus eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus, nulla contra ipſius Prælati voluntatem conceſſa licentia de ſe promoueri faciendo, aut ad priores ordines gradus & dignitates, ſiue honores reſtitutio ſuffragetur, *c.* 1. *ſeſſ.* 14. *c. ad aures de temp. ordinat.*

Bonorum publicatio † quædam eſt extra- 16
ordinaria, quæ in caſu non expreſſo in iure, ex Iudicis poteſtate & officio imponitur, quæ conceditur illuſtribus in ſumma poteſtate poſitis, *l. vnica C. ne ſine iuſſ. princ. cert. iudic. lic. confiſc.* Alia eſt ordinaria, † quæ imponi- 17
tur in caſu à lege permiſſo per iudicem habentem merum imperium, quia confiſcatio, iuriſdictioni & territorio adhæret, *l. fin. §. ſed vt quis ita C. vbi & apud quem cognit. in integ. reſtit. agit. tit.* 1. *Diaz. in pract. crimin. can. c.* 135. *in princ.* ac bona damnatorum regulariter † non con- 18
fiſcantur, ſed tranſeunt ad hæredes damnati, *Authen. bona C. de bon. damn.* præterquam in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, *c. cum ſecundū §. bona de haret.*

de hær. in 6. ac humanæ, *d. authen. bona in fin. l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſt. c. quæro ergo & c. ſeq. 6. q. 1.*
& alijs caſibus recenſitis in c. cum ſecundum in
19 princ. de hæret. in 6. In confiſcatione † bonorum laici per poteſtatem ſæcularem, non veniunt feuda, officia, vel beneficia ſpiritualia, vel temporalia, quæ is cuius bona confiſcantur tenet ab eccleſijs, neq; etiam ius patronatus, quæ non tranſeunt in fiſcũ, ſed remanent apud ipſas eccleſias, *clem. paſtoralis §. dici ne ergo verſ. rurſus de re iud. Bart. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus n. 3. 6. & 9. ff. de damn. in fect. Franc. Marc. c. felicis §. nullus nu. 2.*
20 *hoc tit. in 6.* Iudices quoq; † eccleſiaſtici poſſunt clericos punire pœna amiſſionis bonorum pro delicto, pro quo laicus eadem pœna eſt puniendus, quæ deuoluntur ad fiſcum eccleſiæ, ſiue Epiſcopi, *gl. in c. quia diuerſitatem in verb. præter eius de conceſſ. preb. & ibi Butr. in fin. Pan. nu. 14. & Can. communiter.* & quænam bona veniant aut non veniant in hac generali cõfiſcatione bonorum clerici, vide pract. crimin. Cœn. Diaz. cap. 135. à n. 3. vſque ad fin. & ibi addit.

21 † Quandoq; imponuntur ipſo iure † à lege ſeu Canone certæ pœnæ, quarum quædam trahunt immediatè executionem ad factum, nec ſui natura expectant aliam extrinſecam executionem poſt ſe, ſicut eſt quod quis ſit infamis, *l. palam §. quæ in adulterio ff. de rit. nupt.* & inteſtabilis, perdat dominium, ſit diffidatus, & in iſtis non eſt neceſſaria aliqua ſententia declaratoria, *c. in quibuſdam in verb. prorſus amittat & ibi gloſſ. & Can. hoc tit. l. amiſſione §. 1. & ibi gloſſ. in verb. amittant & DD. ff. de cap. dim. c. 1. de homicid. in 6. & ibi Can.* quædam expectat natura ſui executionem poſt ſe, vt pœna confiſcationis bonorum, videlicet, vt de facto transferantur bona, priuationis beneficij, vel officij, repulſionis ob infamiam à teſtimonio, vt diffidatus poſſit offendi, & tunc requiritur ſententia declaratoria ſuper ipſo facto, pœna autem ſequitur à iure, *c. cum ſecundum §. confiſcationis de hæret. in 6. Gemin. in c. Felicis num. 8. circa finem & ibi Franc. in §. nullus ſub num. 3. hoc tit. in 6. c. ſi qui de præſcript. in 6. Bart. in l. is qui delatorem numer. 3. in fine ff. de iur. fiſc. Felin. in c. C. Rodulphus numer. 35. & ſeq. vbi limitat. 4. mod. de reſcript. Pan. in clem. præſenti numer. 7. & 8. & numer. 9. ponit vnam limit. de cenſib. Tiraq. in l. ſi vnquam numer. 105. C. de reuoc. donat. Mynſing. obſeru. 43. cent. 2.* quæ ferri poteſt quandocunque etiam poſt mortem, *c. cum in diœceſi & ibi Pan. ſub num. 6. & Zab. in 1. oppoſ. & Can. de vſur. c. accuſatus §. in eo de hæret. in 6.* ac lata declaratoria fructus medij temporis applicantur fiſco, reſcinditurque alienatio medio tempore facta, *Gemin. in d. c. Felicis num. 8. & ibi Franc. in §. nullus poſt num. 3.* verba latæ vel ferendæ ſententiæ cumulat Felin. in c. Rodulphus num. 24. & ſeq. de reſcript. verum ad pœnam incurrendam, quæ ipſo † facto imponi- 22
tur, requiratur monitio, diſtinguendum eſt. Aut ius apponit pœnam ipſi facto affirmatiue, & non requiritur monitio, affirmatiue autem imponitur quando infligitur committenti, ſiue facienti aliquid, quod non eſt faciendum, vt ſi quis furtum fecerit, ſit excommunicatus, aut apponit negatiue cum præfixione termini, & non requiritur monitio, aut ſine præfixione termini, & requiritur monitio, vel ſaltem mora in non faciendo. Dicitur autem imponi negatiuè quando imponitur contra omittentem, ſiue non facientem, quod facere tenetur vt quicunque non recederit ſit excommunicatus, *c. excommunicationi in fine & ibi gloſſ. fin. Pan. num. 2. & Can. de rapt. c. extirpandæ §. qui vero & ibi gloſſ. in verb. priuatum de præben. Innoc. Hoſt. & Can. Gemin. in c. licet §. is etiam num. 2. & ibi Franc. in 2. not. & Can. de elect. in 6.*

Plures pœnæ † pro eodem delicto imponi 23
non poſſunt, *l. ſenatus ff. de accuſ. c. at ſi cler. § fin. & ibi gloſſ. in verb. duplici cumulat concord. & Can. de iud.* quam regulam Franc. limitat octo modis in c. Felicis §. per hoc n. 4. hoc tit. in 6. Pœna
legalis † non tollitur per canonicam, *c. Felicis §.* 24
per hoc. hoc tit. in 6. & ibi late Anchar. n. 8. in 15. not. l. qui ſepulchra in fine C. de ſepulch. viol. c. ſtatuimus & ibi Pan. n. 4. de maled. quia ſunt diuerſæ agendi formæ; ideo per electionem vnius alia non tollitur, *l. nunquam plura ff. de priuat. delict.*

Remiſſio, vel vt leges loquuntur tranſmiſ-
ſio, † vt in rubric. C. de exhib. & tranſmitt. reis 25
in delictis quando ſunt atrocia, & de ijs agitur criminaliter, & à Iudice loci in quo delictum fuit commiſſum petita fuit, *l. ſolent & l. non dubium ff. de cuſt. & exhibeti reor.* facienda eſt ex neceſſitate non vrbanitate, *§. ſi quis vero comprehenſorum Authen. vt nulli iud. lic. hab. loci ſeruat l. ſi cui §. pen. & ibi gloſſ. alleg. concord. ff. de accuſ. clem. paſtoralis §. quod ſi punitio & ibi gloſſ. mag.*

Digitized by Google

mag. in verb. de more de re iud. & Can. Bart. in l. 1. num. 1. C. vbi de crimin. agi oport. latè Panorm. in c. fin. num. 15. & ſeqq. de for. compet. Ant. de Matthæis in tract. de prorog. iuriſd. num. 73. Matian. Socin. in c. poſtulaſti num. 14. de for. compet. Iul. Clar. lib. 5. pract. crimin. §. fin. quæſt. 38. num. 19. & ſeqq. latè Conar. pract. quæſt. cap. 11. à nu. 3. vſq; ad finem prius expedito proceſſu ſuper crimine in ſuo territorio admiſſo, quam reum etiam pro maiori crimine ad iudicem alterum remittat, *l. ſi cui §. fin. & ibi Bart. & DD. ff. de accuſ.* quia in delictis & cognitio & condemnatio & executio debet fieri in loco commiſſi delicti, *Auth. ſi verò criminis C. de adult. l. ſi cui §. pen. & fin. ff. de accuſat. l. capitalium §. famoſos ff. de pœnis.* In contractibus † regulariter non habet locum remiſſio, *c. Romana §. contrahentes de for. compet. in 6. Panorm. in c. fin. num. 37. vbi ponit tres fallent. de for. compet Iaſ. in l. ſi conuenerit num. 39. & 40. & ſeqq. ff. de iuriſd. omn. iud. Rom ſing. 283. & ibi add. quorum vterq; ponit 4. fallent. Præpoſ. in c. præterea ſi inter ſub num. 5. circa fin. de prohib. feud. alien. per Frederic. vbi ponit vnam ſing. fall. Iaſſ. Lanfr. deciſ. 3. cent. 1.* & in eis ſententia poteſt fieri in vno loco, & in alio executioni demandar. *l. à diuo Pio §. ſententiam & ibi Bart. Iaſ. & DD. ff. re iudic.* fit autem remiſſio ita demũ, ſi coram iudice à quo petitur remiſſio de maleficio vel delicto fuerit probatum, *l. fin. & ibi Bald. in add. ff. de not. act. gloſſ. in d. clem. paſtoralis §. quod ſi punitio in fine. de re iud* Curia Romana nunquam in aliquo caſu remittit alibi delinquentes Romæ repertos ad aliam Ciuitatem vel Prouinciam. *Oldrad. conſ. 124. in fine Clar. lib. 5. pract. crimin. §. fin. quæſt 38. num. 25. Proſper Farin. praxis & theorica crimin. par. 1. tomo 1. quæſt. 7. num. 12. vbi in fine dicti numeri dicit delinquentes extra territorium qui Romæ non ſortiuntur forum ibidem inuentos non pœna ordinaria, ſed extraordinaria puniri arbitrio iudicis.*

Titulus XXXVIII.

De pœnitentijs & remiſſionibus.

SVMMARIA.

1 POENITENTIÆ *definitio.*

2 POENITENTIÆ *miniſtri ſunt Epiſcopi & Sacerdotes.*

3 *Sacerdos nullus etiam regularis poteſt confeſſiones ſæcularium etiam ſacerdotum audire, niſi aut parochiale beneficium aut ab Epiſcopo approbationem obtineat.*

4 *Pœnitentiarius in omnibus cathedralibus Eccleſiis cum vnione vnius præbendæ ab Epiſcopo eſt inſtituendus.*

5 *Pœnitentia triplex eſt, ſolemnis & publica quæ imponitur laico maiori viginti quinq; annis à ſolo Epiſcopo in principio quadrageſimæ propter delictum enorme notorium, ſcandaloſum de quo per Epiſcopum abſolutio imponi debet.*

6 *Non poteſt reiterari aut imponi clerico.*

7 *Alia eſt publica, ſed non ſolemnis quæ fit in facie Eccleſiæ, vt quia iniungitur peregrinatio cum baculo & pera benedictio.*

8 *Alia eſt ſacramentalis ſiue priuata quæ eſt ſacramentum remiſſionis peccatorum commiſſorum poſt baptiſmum.*

9 PVBLICA *& priuata poſſunt reiterari.*

10 POENITENTIA *partes ſunt tres.*

11 *Contritio.*

12 *Confeſſio.*

13 *Satiſfactio.*

14 *Reſtitutio rei alienæ non poteſt à Sacerdote imponi pro ſatiſfactione pœnitenti qui ad eam obligatur.*

15 *Pœnitere quis debet de omnibus peccatis mortalibus actualiter commiſſis, de venialibus licet expediens ſit, non tamen eſt neceſſaria pœnitentia.*

16 FIDELIS *omnis vtriuſq; ſexus poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti, in cuius parochia domicilium habet vel de eius licentia petita & obtenta alteri executionem ordinis habenti.*

17 *Et ſuſcipiat reuerenter ad minus in paſchate Euchariſtiæ ſacramentum ſub vna ſpecie.*

18 *Alioquin & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arcetur, & moriens Chriſtiana caret ſepultura.*

19 RVSTICI, *bubulci, famuli religioſorum & pauperes in hoſpitali ſito intra parochiam tenentur confiteri parocho.*

20 INSTRVCTVS *in beneficio curato, aut poſſidens plures parochiales Eccleſias abſq; diſpenſatione non poteſt abſoluere in foro pœnitentiali.*

21 CONSVETVDINE *nulla poteſt introduci quod aliquis præter ſui ſuperioris licentiam confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit abſol-*

uere vel ligare.

22 Exceptis Epiſcopis his ſuperioribus, & minoribus prælatis exemptio & certis caſibus hic notatis.

23 CONFESSIONIS conditiones neceſſariæ ad eius validitatem, & ad eius perfectionem.

24 POENITENTIÆ ſacramenti forma conſiſtit in illis miniſtri verbis ego te abſoluo.

25 PAROCHVS poteſt abſoluere ſuum parochianum confiteri volentem etiam extra territorium ſuæ parochiæ à magnis criminibus, homicidio adulterio & ab omni excommunicatione maiore & minore, lata à iure niſi in caſibus in quibus conditor canonis ſibi vel alteri reſeruauit abſolutionem.

26 Item ab omni excommunicatione lata à ſtatuto cuiuslibet Epiſcopi ſeu Prælati Eccleſiaſtici.

27 Non poteſt abſoluere à caſibus reſeruatis Epiſcopo aut Summo Pontifici.

28 Nec ab excommunicatione lata ab homine.

29 In articulo mortis nulla eſt reſeruatio.

30 Abſolutus propter mortis periculum aut aliud impedimentum ab eo à quo alias non poterat abſolui, ceſſante periculo & impedimento tenetur ſe illis à quo his ceſſantibus abſolui debebat præſentare & iuxta mandatum illius ſatisfacere alioquin in eandem ſententiam reincidit.

31 ARCHIEPISCOPVS abſoluere poteſt in confeſſionibus ſubditos ſuorum ſuffraganeorum tempore viſitationis.

32 EPISCOPO reſeruantur caſus hic enumerati.

33 ABBATES nullius diœceſis, vel exempti habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem abſoluunt ſubditos ſuos à caſibus per canones Epiſcopis reſeruatis.

34 Abbas exemptus qui non habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem monachum exemplum in caſibus per canones reſeruatis non poteſt abſoluere, ſed nec Epiſcopus.

35 MONIALES in caſibus per canones reſeruatis abſoluunt Epiſcopi.

36 ABBAS non exemptus in Eccleſia ſibi pleno iure ſubiecta abſoluit ſubditos in caſibus in quibus poteſt Epiſcopus.

37 SEDI Apoſtolicæ reſeruantur caſus hic notati.

38 SVMMO Pontifici reſeruantur caſus hic notati.

39 PECCATI duplex eſt malum, culpa quæ remittitur ex contritione peccatorum cum ſacramenti voto.

40 Pœna peccati quæ dimittitur per ſatisfactionem & pœnitentiam exteriores.

41 Pœnitentiæ hodie omnes ſunt arbitrariæ.

42 Pœnitentiam impoſitam à Papa Epiſcopus, impoſitam ab Epiſcopo ſacerdos poteſt minuere præterquam ſi à ſuperiore fuerit impoſita in commutatione ſiue diſpenſatione voti.

43 Remiſſio eſt indulgentia in toto vel parte pœnæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus pœnitentium remiſſis in abſolutione ſacramentali facta à prælato Eccleſiæ ſibi ſubditis.

44 Conceditur ex theſauro Eccleſiæ meritis Chriſti, B. Mariæ virginis, & omnium ſanctorum.

45 Duplex eſt vna ſpiritualis, quæ datur à presbytero, & iſta eſt de foro pœnitentiali.

46 Alia generalis quæ eſt de lege iuriſdictionis tantumq; valet quantum verba ſonant, ſex concurrentibus & primo requiritur authoritas in concedente quæ principaliter reſidet in Summo Pontifice.

47 Legatus quam concedat indulgentiam.

48 Archiepiſcopus & Epiſcopus quam concedant indulgentiam.

49 Prælati inferiores ſæculares & regulares, an concedant indulgentias.

50 Curati & omnes ſacerdotes habentes licentiam audiendi confeſſiones in foro pœnitentiali concedunt indulgentias.

51 Secundo Idoneitas in recipiente.

52 Tertio pietas in fine.

53 Quarto vtilitas in opere.

54 Quinto congruitas in tempore.

56 Sexto, vt recipiens ſit ſubditus concedentis.

56 Remiſſionem dans ea vti poteſt, quia tanquam miniſter eam præparat, & tanquã ſubditus percipit.

POENÆ de quibus dictum eſt imponũtur in foro iudiciali. Pœnitentiæ in foro pœnitentiali, quæ releuantur quandoque per remiſſiones, id eſt, indulgentias, ideo ponit. de pœnit. & remiſſ. Pœnitentia † eſt triſtitia quædam 1
voluntatis de peccato commiſſo, quia deforme & diſplicibile Deo cum propoſito confitendi, ſatisfaciendi & impoſterũ abſtinendi, à S. patribus laborioſus baptiſmus nuncupatus, c. 1. & 2. ſeſſ. 14. c. pœnitentia el 2. & cc. ſeqq. de pœn. diſtinct. 3. cuius miniſtri † ſunt Epiſcopi & ſacerdotes, c. 6. 2
ſeſſ. 14. Sancta Synodus Tridentina ex iuſtis cauſis decreuit, nullum etiã regularem † poſſe 3
con-

confeſſiones ſæcularium, etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem quæ gratis detur, obtineat, *c. 15. ſeſſ. 23. concordat clem. dudum §. ſtatuimus etiam & §. ſeq. de ſepult.* quanquam enim quilibet presbyter in ordinatione ſua recipiat poteſtatem ligandi & abſoluendi, illam tamen poteſtatem recipit in habitu, non autem in actu, ex quo non habet ſubditos. *Panorm. in c. dictum el. 2. in 6. not. de elect. c. adijcimus verſ. monachi 16. queſt.* 1. Præterea ſtatuit quod in omnibus Cathedralibus Eccle-
4 ſijs pœnitentiarius † aliquis cum vnione præbendæ ab Epiſcopo inſtituatur, qui magiſter ſit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia vel iure Canonico, & annotum quadraginta, ſeu alias qui aptior pro loci qualitate reperiatur, qui non abſoluit à reſeruatis niſi aliunde ea ſibi facultas detur, *Nauar conſ. 20. de pœnit. & remiſſ. Garc. de benef par. 5. cap. 4 §. 1. n 112. & plurib. ſeqq.* & dum confeſſiones in Eccleſia audiet, præſens in choro cenſeatur. *c. 8. §. in omnib. ſeſſ. 24. Garc. de benef. par. 7. cap. 4. n. 32. & ſeq.*
5 Triplex † eſt, ſolemnis, & publica, quæ imponitur laico, *c. in capite 50. diſtinct. in fine.* non iuueni, ſed maiori viginti quinque annis, *c. pœnitentes 50. diſtinct.* à ſolo Epiſcopo in principio quadrageſimæ, *in capite 50. diſtinct.* propter delictum enorme, notorium, ſcandalizans totam vrbem, *c. fin. 26. quaſt. 6.* de quo per Epiſcopum abſolutio & pœnitentia indici debet, vt homicidio, ſacrilegio, inceſtu, notorijs, *c. pen. diſt. 50. c. de pœnitentibus de conſecrat. diſt. 3. c. fin 26. quaſt. 6.* quia notoria debent peccatores Epiſcopo publicè confiteri, *c. in actione in fine c. iudicet c. quem pœnitet in fine de pœnit. diſtinct. 1. c. Apoſtolus ſeſſ. 2.* non inferiori niſi iuſta ſubit cauſa neceſſitatis, *c. accedentibus de exceſſ. prelat. c. fin. 26. queſt. 6.* Non
6 poteſt reiterari † etiamſi poſtea peccauerit, quia eſt figura expulſionis hominis ex paradiſo, quæ tantum ſemel facta fuit, tum quia ſolemnizatio eſt quædam quaſi profeſſio perpetuò pœnitentiam conſeruandi, quæ reiterationi obſiſtit, *c. reperiuntur de pœnit. diſt. 3. Boich. in c. quaſitum. n. 7. hoc tit.* Ex decretis Cōcilij Tridentini poteſt Epiſcopus publicè hoc pœnitentiæ genus in aliud ſecretum conuertere, *c. 8. ſeſſ. 24.* non poteſt imponi clerico, *c. illud & c. ſeq. 50. diſt. c. presbyter 82. diſtinct.* niſi depoſito, *c. ſi quis Epiſcopus 81. diſtinct.* imo ſolemniter pœnitens ad clerum non admittitur, *c. in capite in fine 58. diſtinct. c. vt conſtitueretur 50. diſt.* & promotus non debet miniſtrare in ordine ſic ſuſcepto, *c. confirmandum, c. illud c. alienum & cc. ſeqq. 50. diſtinct.* non ratione pœnitentiæ, ſed ratione peccati per pœnitentiam publicati, *c. placuit 50. diſtinct.* & quia dudum fuit vas vitiorum. *c. illud in fine 50. diſtinct.*
Alia eſt publica, † ſed non ſolemnis quæ fit in 7
facie Eccleſiæ, vt quia iniungitur peregrinatio cum baculo & pera benedictis, & à ſacerdote, *c. quaſitum hoc tit. c. 2. in fine de off. Archipresb. c. ſi quis presbyter 50. diſtinct. c. non oportet & ibi Archid. n. 2. de conſecrat. diſtinct. 5.* imponitur clerico, *c. presbyter 28. diſtinct. & ibi gloſſ. fin. & Can. c. pen. 30. quaſt. 1.* & laico quando delictum eſt publicum, ſed non ſcandaloſum. *c. 1. hoc tit. & ibi Pan. c. quaſitum & ibi gloſſ. in verb. in publicum hoc tit. Pan. in fin. & Can* A-
lia eſt ſacramentalis † ſiue priuata, quæ eſt ſacra- 8
mentum remiſſionis peccarorum cōmiſſorum per baptiſmum, *c. ſecunda & c. ſeq. c. tres ſunt actiones de pœnit. diſt. 1.* nam quando delictum eſt graue, ſed non generat ſcandalum, aut eſt occultū, tunc non opponitur pœnitentia, neque publica, neque ſolemnis, *Pan. in c. 1. in fine & in c. quaſitum num. 1. hoc tit.* Etenim cum qua qualitate peccatum eſt productum in eſſe, cum eadem per pœnitentiam eſt abſoluendum, & peccata manifeſta, manifeſtè debent corrigi, occulta verò occultè, *c. 1. hoc tit. c. pen. & fin. de pœnit. & remiſſ. diſt 1. c. ſacerdotes 50. diſt. & ibi gloſſ. fin. & Can.*
c. fin. 30. queſt. 1. publica † & priuata poſſunt 9
reiterari. *c. ſepties in die c. adhuc inſtant. de pœnit. diſt.*
3. Pœnitentiæ partes † ſunt tres, contritio, con- 10
feſſio, ſatisfactio. *c. 3. & ſeqq. ſeſſ. 14.* Contri-
tio † quæ primum locum inter pœnitentiæ a- 11
ctus habet, eſt animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo, quia diſplicibile Deo cum propoſito non peccandi de cætero, continet enim non ſolum ceſſationem à peccato & vitæ nouæ propoſitum & inchoationem, ſed etiam veteris odium, *c. 4. ſeſſ. 14. in princ. c. in actione c. quis aliquando §. illud autem de pœnit. diſtinct. 1.* attritio eſt contritio imperfecta, quæ vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, & hominem ad Dei gratiam in

ſacra-

Digitized by Google

ſacramento pœnitentiæ impetrandam diſpo-
nit, *c. 4. §. illam vero ſeſſ.* 14. Eorum quoq; con-
12 feſſio, † qui aſſerent à peccatis non poſſe abſti-
nere, licet non ſit vera huiuſmodi pœnitentia
admittitur, & crebris & ſalubrib. monitis ei pœ-
nitẽtia indicitur. *c. quod quidã hoc tit. c. qui vult & c.
ſeq. de pœnit. diſt.* 2. Confeſſio primũ ſit Deo in re-
cogitatione ſingulorum peccatorum, deinde
ſacerdoti oretenus, qui pro delictis pœnitenti-
am & precator & iudex accedit, profertq; ſen-
tẽtiã abſolutoriã cũ impoſitione ſatisfactionis,
*c. voluiſſent §. 1. & c. ſufficit de pœnit. diſt. 1. c. 3. & c. 6
ſeſſ. 14. c. quis aliquando § econtra el. 2. & §§. ſeqq. de
pœnit diſt. 2. c. quē pœnit. & § tanta itaq; in fine de pœ-
nit. diſt.* 1. Cõtritio & confeſſio operãtur pecca-
torum remiſſionem quoad culpam iuxta ſym-
bolum, remiſſionem peccatorum, pœnam æ-
ternam debitam pro peccato mortali commu-
tant in temporalem, reſtaurant virtutes & do-
na per mortale peccatum deperdita, reſuſcitant
bona opera facta in gratia per mortale pecca-
tum mortificata, conferunt gratiam, *c. porrò &
cc. ſeqq. c. conuertimini & 3. cc. ſeqq. c. non poteſt 1.
& c. agite & cc. ſeqq. c. in actione & c. menſuram &
melius in c. quem pœnitet in princ. de pœnit. diſt.* 1. ipſa
reconciliatio Deo contritioni etiam in charita-
te perfecta ſine ſacramenti voto quod in ea in-
cluditur, non eſt aſcribenda, *c. 4. § docet ſeſſ.* 14.
nam ſi contritus deinde tempore ſuo non exe-
quatur propoſitum, quod de confeſſione ſatis-
factione conceperat, non redeunt quidem di-
miſſa peccata, tamen mortaliter peccat omit-
tendo, *Syluest poſt Hoſt. in verb. contritio ſub nu. 6.
verſ. quantum vero ad effectum.* & erubeſcentia in
præſentia ſacerdotis pars eſt pœnitentiæ: *c. quem
13 pœnitet de pœnit. diſt.* 1. ſatisfactio † fit per iniun-
ctæ pœnitentiæ expletionem, ieiunia, elee-
moſynas, orationes, peregrinationes, & alia pia
ſpiritualis vitæ exercitia, non quidem pro pœ-
na æterna, ſed pro pœna temporali, vt dictum
eſt, *c. medicina & c. ſeq. de pœnit. diſtinct, 1. c. 14. ſeſſ.
6. c. 8. & ſeqq. ſeſſ.* 14. vel per contractum matri-
monij cum peccatrice parata ſe corrigere, &
publica, *c. inter opera de ſponſ. & mat.* per redem-
ptionem, per indulgentias, vt infra dicetur. Re-
14 ſtitutio † rei alienæ non poteſt à ſacerdote im-
poni pro ſatisfactione pœnitenti, quia ad eam
obligatur ex lege diuina, *c. peccatum de reg. iur. in
6. & ibi gloſſ. & DD.* nam ſi res, fama, intereſſe ob
delictum commiſſam poſſunt reſtitui, & non
reſtituuntur, pœnitentia non agitur, ſed ſimu-
latur, *c. ſi res. 14. quaeſt. 6. Pan. in c. quia plerig; num.
7. & ſeqq. de immun. Eccleſ.* debet quis pœnitere
† de omnibus peccatis mortalibus actualiter 15
commiſſis, de venialibus, licet expediens ſit,
non tamen eſt neceſſaria pœnitentia, *c. vnum
orarium §. criminis § intellectus & ibi eſt textus, quod
ebrietas ſit mortale peccatum ſi eſt aſſidua & §. quæ au-
tem ſint minuta 25. diſtinct.* niſi ratione dubij, v-
trum mortale vel veniale ſit, aut ratione periculi
quando habet aliquam affectionem venialem,
quam niſi reprimat, dubitat ne trahat eum ad
mortale. *c. tres autem ſunt actiones de pœnit. diſt. 1. &
c. de quotidianis de pœnit. diſt 3. Pan. in c. ſignificaſti el.
2. n. 4. de homicid.*

* Omnis vtriuſque ſexus fidelis † poſtquam 16
ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſo-
lus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter con-
fiteatur proprio ſacerdoti, in cuius parochia
domicilium habet, & vbi audit diuina per an-
num, *c. quod autem & ibi gloſſ. fin. & Can. hoc tit. c.
ſacerdos §. quod autem & c. ſeq. & ibi gloſſ. 2. de pœnit.
diſt. 6. Pan. in c. omnis num. 12. hoc tit. Zab. in 1. qu.
Anchar. num. 8. Nauar. in manual. confeſſ. & pœnit.
c. 27. tit. Miſcel. 1. de præſent. confeſſ. relig.* & vbi de-
cimas perſonales dare debet, *c. 2. & c. ad Apoſto-
lica de decimis.* vel de eius licentia petita, & ob-
tenta alteri executionem ordinis habenti, & per
Epiſcopum approbato, *c. quamuis ſeſſ. 23. clem.
dudum §. ſtatuimus & ſeq. de ſepult. & ibi Can.* aut
priuilegiato à Summo Pontifice, *clem. dudum §.
ſi vero ijdem de ſepult.* ſine proprij ſacerdotis etiam
Epiſcopi licentia, cum Pontifex Romanus ſit
generali Chriſtianorum omnium ſacerdos pro-
prius, licet ordinarie id concedere non ſit ſoli-
tum, *Schalen. in enchr. de cenſib. tit. de priuil. c. 2. §. in
primis vero circa quod tamen ſciendum eſt*, vel ab E-
piſcopo, *Felin. Epiſcopus Scalen. in enchirid de cenſ. ir-
regul. & priuil. tit. de priuil. cap. 2. & ſeqq. vbi pulchrè
hanc materiam explicat.* in ſua diœceſi non requi-
ſitio loci parocho, cum Epiſcopus non ſolum
parœcianorum omnium, ſed etiam ipſorum
parochorum totius diœceſis ſit vniuerſalis pro-
prius ſacerdos, *Schalen. in d. §. inprimis verſ. circa
quod tamen ſciendum eſt.* & ſuſcipiat iure decreto-
rum in Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini;
c. etſi non c. ſaeculares de conſecrat. diſt. 2. iure decre-
talium reuerenter ad minus in Paſchate, † Eu- 17
cha-

Digitized by Google

charistiæ sacramentum, *c. omnis hoc tit.* sub vna specie, *c. 1. & c. 2. ſeſſ. 21.* niſi fortè de proprij ſacerdotis conſilio & oſtenſa eius licentia vel tolerantia, *Caſar. deciſ. 6. num. 3. de teſtib. c. omnis in princ. ibi niſi fortè de proprij ſacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam hoc tit.* ad tempus abſtinendum duxerit huiuſmodi perceptione,
18 alioquin, & viuens † ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura, *d. c. omnis hoc tit.* quotidiana Euchariſtiæ ſumptio nec laudatur nec vituperatur, ſed vniuscuiusq; conſcientiæ relinquitur, *c. cotidie. de con-*
19 *ſecrat. diſt. 2.* ruſtici † quoque, bubulci & famuli religioſorum, licet habitent in monaſterijs & grangijs religioſorum, *Pan. in c. fin. num. 5. de cenſib. exact. & procurat.* ac pauperes in hoſpitali ſito intra parochiam habitantes, niſi aliter ſe haberet conſuetudo antiqua, tenentur confiteri parocho, *clem. quia contingit §. fin. & ibi gloſſ. pen. de relig. domib.* Ratio eſt quia ad adminiſtrandum pœnitentiæ ſacramentum præter poteſtatem ordinis, ſimul neceſſaria eſt poteſtas iuriſdictionis, quæ competit ex lege ſcripta, delegatione canonis aut hominis, vel ex priuilegio generali, aut ſpeciali, *Hoſt. in d. c. omnis n. 16. & 17. & ibid. Can. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 10. n. 11. Candau. de confeſſ. nu. 5.* aut ex licentia data à proprio parocho, *Collect. in d. c. omnis num. 25. gloſſ. in d. c. omnis in verb. alieno ſacerdoti. Zab. ibid. verſ. quaro quia permittitur confiteri Bouh. num. 21. & ſeq. c. placuit de pœnit. diſt. 6. & ibi Nauar. n. 40. & ſeqq.* & nullius momenti eſt abſolutio quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem, *c. 6. §. quamuis & c. 7. in princ. ſeſſ. 14. c. ſi Epiſcopus hoc tit. in 6. cap. quod autem hoc tit. & ibi Pan. nu. 3.* tum etiam quia non poteſt quis confiteri alieno ſacerdoti, etiamſi in eius parochia peccauerit, quod iuriſdictio in pœnitentialibus non poteſt prorogari licet in iudicialibus. *c. placuit 1. & ibi gloſſ. in verb. ſpoliat. 16. quaeſt. 1. & ibi Can. arg. quod autem & ibi Pan. n. 5. & 6. hoc tit. & Can. Pan. in c. 1. nu. 4. de raptor. & ibi Can. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. pract. crim. quaeſt. 38. num. 5. Anchar. in c. ea quæ in fine n. 1. de reg. iur. in 6.* Intru-
20 ſus in beneficio † curato, aut poſſidens plures parochiales Eccleſias abſque diſpenſatione, cum earum cura, quæ iam priuatus fuerat ipſo iure ad eum nullatenus pertineret, non poteſt abſoluere etiam in foro pœnitentiali, & ideò

Si n ma in Decretales.

debebunt parochiani iterum confiteri, cum ſciant eam abſoluere non potuiſſe, *c. dudum el. 2. in princ. verſ. in ſua de elect. & ibi Pan. in 6. not. Collect. n. 2. & Can.* Epiſcopus ſolus concurrit cum quolibet prælato in ſacramentorum adminiſtratione omnibus de diœceſi, *c. not inter & ibi Pan. in 1. not. de purg. Can. c. 2. ibi gloſſ. 1. hoc tit. in 6.* Priuilegiati ſiue delegati à Summo Pontifice ad abſoluendum vel excommunicandum aliquos, vel iniungendum pœnitentias, vel diſpenſandum cum irregularibus, aut prædicandum crucem, hæc alijs delegare non poſſunt, ſalua legatorum Sedis Apoſtolicæ auctoritate, quia non ſibi iuriſdictio, ſed certum potius miniſterium commiſſum eſt, *d. c. fin. §. fin. de off. deleg. & ibi DD.* & ex iuriſdictione procedit iudicis clandi poteſtas, *l. 3. in fin ff. de iurisd. omnium Iud.* Illi verò quibus ex officio in certis caſibus competit illos abſoluere, qui pro violenta manuum iniectione incidunt in canonem ſententiæ promulgatæ, licet alijs huiuſmodi abſolutionem committere. *c. fin. de off. ord.* Nulla poteſt conſuetudine † introduci quod aliquis præter ſui ſuperioris licentiam confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit abſoluere vel ligare, 21
c. 2. §. fin. hoc tit. in 6. exceptis † Epiſcopis & his ſuperioribus & minoribus Prælatis exemptis. 22
c. fin. hoc tit. Datur quoque licentia laico à Summo Pontifice, quod poſſit ſibi confeſſorem libere eligere, & non eſt opus alia licentia à ſacerdote proprio. *Felin. in c. 1. poſt num. 9. verſ. ſimiliter conſuluit & verſ. tamen in caſu de reſcript. Mandoſ. de ſign. grat. tit. confeſſional. ſacramenta, verſ. licentiam confitendi & verſ. ſeq.* Præterea Summus Pontifex concedit cōfeſſionale continens plenariam abſolutionem omnium peccatorum ſemel in vita, & mortis articulo, conuentui vel confraternitati, *Mandoſ. de ſig. grat. tit. Confeſſionale verſ. confeſſionale & verſ. ſeq.* quod non prodeſt familiaribus conuentus vel confraternitatis; *c. pen. §. pen. de priuileg.* conceditur confraternitati cum clauſula, dummodo confratres non excedant numerum ducentorum, quod non debet facere mentionem de religioſis, & ſi faciat, additur clauſula, & de licentia ſuperioris, *Mandoſ. de ſig. grat. tit. confeſſionale verſ. confeſſionale el. 2. & verſ. ſeqq.* in clauſulis de caſibus reſeruatis, addi debent hæc verba caſibus in bulla Cœnæ Domini contentis duntaxat excepti,

Staphyl.de litt. Apoſt. in form. breu. §. datur num. 19.
in clauſulis commutationis votorum addi de-
bent hæc verba, Hieroſolymitano, viſitatio-
nis liminum Beatorum Petri & Pauli Apoſto-
lorum, ac ſancti Iacobi Compoſtellæ, ac re-
ligionis & continentiæ duntaxat exceptis.
*Mandoſ. de ſign. grat. tit. voti commutatio verſ. in
clauſulis commutationis & ſeqq.* Similiter concedi-
tur petentibus quod poſſint recipere ſacramen-
ta Eccleſiaſtica à quocunque Catholico ſacer-
dote cum clauſulis, præterquã in feſto paſchatis
& ſine præiudicio parochiali Eccleſiæ. *Staphyl. de
lit. Apoſt. in form. breuis §. datur n.* 20. *Mandoſ. de ſign.
grat. tit. confeſſionale verſ. quando quis petit.* Condi-
23 tiones † neceſſariæ ad validitatem confeſſionis
ſunt quatuor, accuſans, integra, nuda, parere pa-
rata, in foro animæ creditur pœnitenti de om-
nibus quæ dicit, *Pan. in c. ſicut n. 4. de ſent. excom. c.
ſignificaſti el. 2. §. & quidam de homicid. & ibi Can.*
reliquæ duodecim comprehenſæ in infraſcri-
ptis verſibus non requiruntur ad validitatem,
ſed ad perfectionem confeſſionis.

Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis
Atq; frequẽs, nuda & diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, & lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata. S. Thom.

*in ſum. de pœnit. lib. 2. rubric. de confeſſ. lib. 14. cap. 19.
§. 2. & ſeq. Cand. aureum de confeſſ. quaſt. 19.*

In ea debent exprimi circumſtantiæ pecca-
torum, quando ea aggrauant peccatum in loco,
tempore, perſeuerantia, varietate perſonæ, &
quali fecerit tentatione, & in ipſius vitij mul-
tiplici executione, *c. comitteret de pœnit. diſt. 5. c. ſi-
cut el. 1. & ibi Pan. num. 2. de homicid.* forma † ſa-
24 cramenti pœnitentiæ conſiſtit in illis miniſtri
verbis, ego te abſoluo, quibus de Eccleſiæ ſan-
ctæ more preces quædam laudabiliter adiun-
guntur, ad ipſius tamen formæ eſſentiam ne-
quaquam ſpectant, aut ſunt neceſſariæ, *c. 3.
ſeſſ. 14.*

25 Parochus † ſiue proprius ſacerdos poteſt ab-
ſoluere ſuum parochianum confiteri volentem
etiam extra territorium ſiue parochiæ, quia pœ-
nitentia eſt de iuriſdictione voluntaria, *Archid.
in c. placuit de pœnit. diſt. 6. Iaſ. in l. fin. n. 6. ff. de iurid.
omn. iudic. allegans multa ſimilia Anchar. in c. ea qua
n. 2. de reg. iur. in 6. Gonzal. ſuper reg. Cancel. de menſ.
& altern. gloſſ. 62. n. 9. Garc. de beneſ. par. 5. cap. 8. nu.*
132. à magnis criminibus homicidio, adulterio,
*c. Deus qui hoc tit. & ibi Pan. num. 5. per illum textum
Franc. in c. 2. num. 10. hoc tit. in 6. & ibi Can.* occul-
tis, *c. quem pœnitet §. fin. qui ergò omnino de pœnit.
diſt.* 1. & ab omni † excommunicatione, tam 26
maiori, quam minori lata à iure, niſi in caſi-
bus † in quibus conditor canonis ſibi reſeruauit 27
vel alteri abſolutionem, vt ſentit gloſſ. in c. ſi i-
nimicus circa fin. 11. quæſt. 3. Innoc. in c. nuper
§. in ſecundo num. 6. vbi quinq; caſus reſerua-
tos enumerat de ſent. excomm. Hoſt. n. 15. & 21.
Felin. in c. paſtoralis ſub n. 9. verſ. fallit primo, &
ibi ampliat de off. ord. 1. ac habet locum, nedum
in canone Papę, ſed etiam in canone ſeu ſtatuto
cuiuſlibet Epiſcopi ſeu Prælati Eccleſiaſtici, vt
excommunicati per ſtatutum ſuum poſſint ab-
ſolui à proprio ſacerdote, ex quo conditor non
reſeruauit ſibi abſolutionem, *Pan. in d. c. nuper nu.
5. hoc tit.* licet in abſolutione ab excommunica-
tione maiori contrarium ſentiat Pan. in d. c. nu-
per n. 6. & gloſſ. in c. ſi Epiſcopus hoc tit. in 6. &
ibi Gemin. n. 7. Franc. n. 9. quare tutius iudico,
vt pro abſolutione peccatorum, quibus excom-
municationis cenſura annexa eſt, recurratur ad
Epiſcopum pro tradita ſibi ſupra reliquos infe-
riores ſacerdotes auctoritate, *c. 7. neq; dubitan-
dum eſt ſeſſ.* 14. quãdo enim ſimpliciter relinquit
abſolutionem inferioribus, intelligitur de ſolis
Epiſcopis. *Felin. in c. paſtoralis ſub. n. 10. de off. iud.
ord. & ibi Pan. in §. præterea n. 1. in fine.* Certi iuris
eſt quod parochus non poteſt abſoluere à caſi-
bus reſeruatis Epiſcopis, aut Summo Pontifici
de quibus inferius dicetur. Ab excommunica-
tione † lata ab homine ſolus excommunicans 28
abſoluit, etiamſi ſibi abſolutionem non reſer-
uat, *c. ad reprimendam c. paſtoralis §. præterea de off.
ord. c. 1. de treug. & pac. Felin. in c. nuper ſub n. 1 verſ.
nota textum optimum in fin. de ſent. excomm.* Verum
piè admodum in Eccleſia Dei cuſtoditum ſem-
per fuit, vt nulla ſit reſeruatio † in articulo 29
mortis, in quo omnes ſacerdotes etiam præſen-
te parocho, quoſcunq; pœnitentes à quibuſli-
bet peccatis abſoluunt, *c. 7. ſeſſ. 14. Nauar. conſ. 23.
de pœnit. & remiſſ. Pan. in c. paſtoralis §. præterea nu. 2.
& 3. Felin. n. 12. 13. & ſeqq. de off. ord.* imò tempore
neceſſitatis licitum eſt confiteri laico, qui non
poteſt abſoluere, vel ligare, quia non habet cla-
ues Eccleſiæ, *c. quem pœnitet §. tanta itaq; de pœnit.
diſt. 1. gloſſ. in ſumma de pœnit. diſt. 6. Pan. in c. paſto-
ralis §. præterea n. 3. de off. ord. & ibi Felin. n. 13 verſ.*

licitum

Digitized by Google

licitum eſt confiteri & n.14. & Can. com. extra quem ſacerdotes cum nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores & legitimos iudices pro beneficio abſolutionis accedant. *c.7. ſeſſ.* 14. Abſolu-
30 tus † propter mortis periculum aut aliud impedimentum à ſententia canonis, vel hominis ab eo à quo alias non poterat abſolui, *c. nuper in fine, de ſent. excom.* ſi ceſſante poſtea impedimento vel periculo huiuſmodi, ſe, illi à quo his ceſſantibus abſolui debebat, quam cito commodè poterit præſentare contempſerit, mandatum illius ſuper illis pro quibus excommunicatus fuerat humiliter recepturus & ſatisfacturus, in eandem ſententiam ipſo iure reincidit. *c. eos qui in princ. de ſent. excom. in 6.*

31 Archiepiſcopus † abſoluere poteſt in confeſſionibus ſubditos ſuorum ſuffraganeorum tempore viſitationis, alio autem tempore non poteſt. *c perpetuò §. fin. de cenſib. in 6. & ibi Can. Vital. in clem. fin. n. 54. de priuileg.*

32 Epiſcopo reſeruantur † ſex caſus tantum, abſolutio excommunicatorum maiori excommunicatione ſecundum vnam opinionem, vt dictum eſt, blaſphematorum Dei & Sanctorum, *c. 2. de maled. & ibi Pan. num,* 1. ſortilegorum, *c. 2. de ſortileg.* incendiariorum, *c. ſi quis & c. ſeq.* 33. *quaſt.* 8. *dixi in tit. de rapt. incend.* commutatio quorumlibet votorum, *c. 1. de vot. & vot. redempt.* Diſpoſitio malè ablatorum incertorum, vel certorum quando non extant hi quibus facienda eſt reſtitutio, *c. cum ſit de Iudæis & ibi Can. Ioan. And. in c. 2. in verb. libere num. 4. de teſtam. in 6.* pœnitentia matrimoniorum clandeſtinè contractorum, *c. cum inhibitio de cland. deſponſ.* vel contra interdictum Eccleſiæ, *c. 1. in fin. de mat. cont. cont. interd. Eccleſ.* pœnitentiæ omnium publicorum enormium criminum, *c. quem pœnitet §. fin. in fin. de pœn. diſt. 1. quicunq́; 33. quaſt. 2. gloſſ. in c. 2. verb. reſeruantur hoc tit. in 6. & ibi Franc. num.* 10. *& Can.* omnes alij caſus ſibi reſeruati ratione conſuetudinis, & omnes caſus quos ſibi in ſpecie Epiſcopus reſeruaret, quia poteſt ordinaria poteſtas ſacerdotum, curatorum conceſſa eis à iure communi abſoluendo per Epiſcopum arctari & reſtringi per ſuam conſtitutionem, vel reſeruationem, *clem. dudum & ibi gloſſ. in verb. conceſſa de ſepult. & ibi Anchar. in §. ſtatuimus num. 23. & Can. Franc. in c. 2. ſub num.* 10. *verſ. quinto hoc tit. in 6.* ex quibus conſtat à verſibus de reſeruatis Epiſcopo traditis per Boich. in c. Deus qui hoc tit. poſt num. 1. & per Anchar. in clem. dudum §. ſtatuimus poſt num. 23. & Rebuff. in bulla ieiuniorum & ſuppl. in fine per iura nouiſſima in multis eſſe receſſum. Præterea Epiſcopi in quibuſcunque caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſeipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputatum in foro conſcientiæ gratis abſoluunt, impoſita pœnitentia ſalutari idem in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantum, non eorum Vicarijs eſt permiſſum. *c. liceat verſ. & in quibuscunq́; caſibus ſeſſ.* 24.

Abbates † nullius diœceſis vel exempti ha- 33
bentes iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem poſſunt abſoluere ſubditos à caſib. per canones Epiſcopis reſeruatis, quia tenēt vices Epiſcoporū, *clem. 1. & ibi gloſſ. in verb. proprij & reb. Eccleſ. nō alien. & Can. c. Abbates & ibi gloſſ. in verb. quaſi Epiſcopalem & Can. de priuil. in 6. Franc. in terminis in c. 2. ſub n. 9. hoc tit. in 6. & ibi Can. Freder. de ſenis conſ. 14. nu.* 4. Archiepiſcopus verò in quorū ſunt Prouincia, non poteſt ſubditos talium exemptorū audire in confeſſionib. & eis iniungere pœnitentiam ſalutarem, *Vital. in clem. fin. n. 23. de priuil.* alias Ab-
bas exemptus, † qui non habet iuriſdictionem 34
quaſi Epiſcopalē monachū exemptum à caſib. per canones reſeruatis nō poteſt abſoluere, niſi quatenus in iure reperitur expreſſum, *latè Freder. d. conſ. 14. clem. 1. de priuil. & ibi gloſſ. in verb. quemquā & Can. 1. Monachi de ſent. excom. & ibi Pan. & DD.* ſed nec Epiſcopus eum poteſt abſoluere niſi ei ſpecialiter committatur à Papa, quia non eſt ſuę iuriſdictionis. *Summa Tab. in verb. exemptus nu. 7. diſputat in vtramq́; partem clem. cum ex ea in fine de ſent. excom. & ibi gloſſ. fin. & Pan. n. 10. & ſeqq.* Mo-
niales † à caſibus per Canones reſeruatis, Ab- 35
bates aut eorum ſuperiores non abſoluunt, ſed Epiſcopi. *c. de monialibus de ſent. excom. & ibi Pan & Can.* Abbas † non exemptus in Eccleſia ſibi ple- 36
na iure ſubiecta abſoluit ſubditos in caſibus in quibus poteſt Epiſcopus, quia in ea exercet omnem iuriſdictionem Epiſcopalem. *Pan. in c. ſtatuimus num. 4. in fine de tranſact. cont. Hoſt. ibidem allegatam.*

Sunt certi caſus † qui reſeruātur Sedi Apoſt. 37
c. pro illorum de ſent. excom. extrauag. etſi Dominici 1.

Digitized by Google

hoc tit. inter communes. ſunt aliqui reſeruati, † Summo Pontifici, *clem. 1. § pen. de hæret.* primò caſu reſeruantur dignitati, & poterunt abſolui à collegio Cardinalium Sede vacante. Secundo caſu reſeruantur perſonæ, non dignitati, poterunt ergo abſolui à Papa viuente, vel ab eo cui commiſerit, & non à collegio Cardinalium ſede vacante, *Zab. in clem. 1. verum 2. num. 9. de hæret. & Imol. num. 18. in fi. & Can.* licet ſecus ſit in alio Collegio quod ſuccedit prælato in poteſtate abſoluendi ſede vacante. *c. vnico de maior. & obed. in 6.* Reſeruatur Sedi Apoſtolicæ facultas abſoluendi à ſententia excommunicationis pro violenta manuum iniectione in clericos, quibuſdam caſibus exceptis, *c. cum illorum de ſent. excom.* incendiariorum poſt factam publicationem ſeu denunciationem excommunicationis, *Pan. in c. tua nos n. 2. de ſent. excom per illum text. gloſſ. in c. cum deuotiſſimum 12. quæſt. 2. in verb. ſi iure incendium.* à generali ſententia per Epiſcopum promulgata, & per omnes parochias innouata, vt ſi quis falſas litteras Apoſtolicas ſe habere cognoſcat, illas aut deſtruat, aut reſignat ſi pœnam excommunicationis voluerit euadere, *c. dura §. adijcientes de crim. falſ.* ab incurſa irregularitate, quia celebrauit ligatus, *c. 1. §. ſciturus de re iud. in 6. Boich. in c. Deus qui num. 2. de his tradit certos verſus hoc tit. & ibi Can.* Præterea in criminibus offenſæ libertatis Eccleſiaſticæ, violationis interdicti ab eadem ſede impoſiti, hæreſis, conſpirationis in perſonam, aut ſtatum Romani Pontificis, ſeu cuiuſuis offenſæ, inobedientiæ, ſeu rebellionis eiuſdem Pontificis vel Sedis Apoſtolicæ, Presbytericidij, offenſæ perſonalis in Epiſcopum ſeu alium prælatum, inuaſionis, occupationis, deprædationis, aut deuaſtationis terrarũ Romanæ Eccleſiæ, mediatè vel immediatè ſubiectarum, ac etiam mutationis Romipetarum, ſeu quorumcunq; aliorum ad Romanam Curiam venientium, prohibitionis deuolutionis cauſarum ad dictam Curiam, delationis armorum & aliorum prohibitarum ad partes infidelium, impoſitionis nouorum onerum realium, vel perſonalium Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis, ſimoniæ ſuper ordinibus, vel beneficijs aſſequendis in eadem Curia, vel extra contractæ, & generaliter in caſibus contentis in Cœna Domini, *extrauag. & ſi Dominici 1. hoc tit. inter communes ibi etiam Sedis Apoſtolicæ reſeruatos*, comprehenſis infraſcriptis verſibus:

Ad futurum Concilium Pyrata imponentes falſarij
Hæretici, appellas, latroq; pedagia, falſas
transferentes ad infideles contra venientes Romam
prohibita victualia procedentes eosq; priuantes
impedientes cauſas ad
curiam deuolutas
Ferrum, annona, venit Romam, cum cardine, cauſas
bona Eccleſiæ, contra libertatem, imponentes, perſequentes, auertentes cauſas
Eccleſiæ clericum à curia.
Vſurpans, ſtatus, decimas, capitalia auertas
occidentes vel ſpoliantes, Eccleſiaſtica, bona palatij,
præſumentes abſoluere.
atq: peregrinos, terras, rapis ipſeq; ſoluens.

Reſeruatur Sum. Pont. abſolutio à ſententia excommunicationis, quã inquiſitores, eorumque ſubſtituti eo ipſo incurrunt, quando odij, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu omiſerint contra quemquã procedere, vbi fuerit procedendũ ſuper hæretica prauitate, aut obtentu eodẽ prauitatem ipſam, vel impedimentũ officij ſui alicui impendentes, quempiam ſuper ea præſumpſerint quoquo modo vexare. *clem. 1. §. pen. de hæret. & ibi Zab. & Can.* Duplex eſt
malum † peccati, ſcilicet culpa & pœna, 39
vti dictum eſt culpa remittitur ex contritione peccatorum cum ſacramenti voto, quod in ea includitur. *c. dixi c. ſufficit c. ſicut primi de pœnit.*
diſt. 1. Pœna peccati † ex ſola contritione nõ di- 40
mittitur, niſi maxima eſſet contritio, nam illa maxima pœna eſt, *d. c. quem pœnitet. §. Deus enim de pœnit. diſt. 1. baptiſmi vicem in fine de conſecrat. diſt. 4. Syluest. poſt S. Thomam in verb. cõtritio n. 6. in fine.* ſed neceſſaria eſt ſatisfactio & pœnitentia exterior, pro quolibet peccato mortali iniungenda eſt pœnitentia ſeptẽ annorum, & in illo ſeptennio debet pœnitens ieiunare ſemel vel pluries in ſeptimana, vel aliud bonum agere ſecundum iudicium ſacerdotis, & ſic intelligenda ſunt omnia iura imponentia pœnitentiam per numerum dierum vel annorum, non ſpecificando modum pœnitentiæ, *c. hoc ipſum 23. quæſt. 2. Pan. in c. accepiſti num. 4. de ſponſ. duor.* niſi ſacerdos ex cauſa tempus abbreuiauerit, quia poteſt ſacerdos ex cauſa pœnitentiam moderari, non ſolum quando ſpecifica pœnitentia iure non reperitur expreſſa, imò etiam vbi canones qui ſunt numero quadraginta ſeptem impreſſi poſt

decre-

Digitized by Google

decretum ſpecificas pœnitentias pro certis pec-
catis imponunt, c. ſignificauit c. quæſitum c. officij
hoc tit. Pan. in c. Deus qui numer. 4. hoc tit. Pan. in c.
41 at ſi clerici §. de adult. poſt n.5 de iud. Pœnitentiæ † e-
nim hodie omnes ſunt arbitrariæ pro qualita-
te peccatorum & contritione & dolore confi-
tentis, c. Deus definitionem & c. menſuram de pœnit.
diſtinct. 1. c. tempora & cc. ſeqq. 26. quæſt. 7. poteſtq;
ſacerdos in impoſitione pœnitentiæ diſpenſare
cum pœnitente circa reſiduum pœnæ, ſi maior
eſſet imponenda, c. menſuram & ibi gloſſ. mag. &
DD. de pœnit. diſt. 1. Pan. in c. ſicut el. 1. n. 2. de homicid.
præterquam in caſibus reſeruatis, Butr. in c. at ſi
cler. §. de adulterijs ſub n. 17. ver. in materia pœniten-
42 tiali de iud. prætere a pœnitentiam † impoſitam
à Papa Epiſcopus, impoſitam ab Epiſcopo ſa-
cerdos poteſt minuere, gloſſ. in c. tempora pœnitu-
dinis 26. quæſt. 7. c. latorem 33. quæſt. 2. & ibi gloſſ. fin.
licet gloſſ. fin. in c. cum P. de accuſ. & Io. And. in c. fin.
poſt n. 2. hoc tit. aliter ſentiant. præterquam ſi à ſu-
periore fuerit impoſita in commutatione, vel
diſpenſatione voti, Nau. conſ. 25. de pœn. & remiſ.
43 Remiſſio † eſt indulgentia in toto vel parte,
Ant. Roſell. de indulg. n. 161. & ſeqq. Lud. Bolog. de in-
dulg. in princ. in explicatione definitionis Fel in indulg.
plen. n. 8. c. cum poteſtas ſeſſ. 25. decret. de indulg. pœnæ
temporalis debitæ pro peccatis actualibus pœ-
nitentiam remiſſis in abſolutione ſacramentali,
ſiue dicta pœna ſit iniuncta per ſacerdotem, vel
canones, ſiue non ſit ab eis iniuncta, ſed à Deo
iniungenda, Pan in c. quod autem n. 8. h. t. poſt gl. in
verb. vt poſſint & ibi Anchar. & Can. Ant. Roſell. in
tract. de indulg. n. 243. facta à prælato eccleſiæ ſibi
ſubditis, c. quod autem c. pen. h. t. c. 1. h. t. in 6. gl. mag.
in extrauag. 1. h. t. inter communes ſummiſta in verb.
indulgentia, quæ morte concedentis nõ expirat,
Innoc. in c. quod tranſlationem n. 2. de off. leg. Gem. in c.
fin. n. 6. de reſcript. in 6. quia quando alicui aliquod
debitum eſt remiſſum ab eo qui habet poteſta-
tem, perinde eſt ac ſi ſolutum eſt, l. peculium in
princ. ff. de pecul. l. ſi mulier ff. de condict. ob cauſam l. ſa-
tisfactio ff. de ſolut. §. vendite Inſtit. de rer. diuiſ. l. 4. §.
44 ait prætor ff. de re iud. Conceditur ex theſauro †
eccleſiæ, meritis Chriſti beatiſſimæ Virginis, &
omnium ſanctorum coadunato, extrauag. vnige-
nitus h. t. inter communes in princ. Zab. in clem. vnica §
45 fin. n. 3. & ſeqq. de reliq. & vener. ſanct. duplex eſt, †
vna ſpiritualis, quæ datur à presbytero, & iſta
eſt de foro pœnitentiali, c. multiplex c. verbum de
pœnit. diſt. 1. alia generalis † quæ non eſt de foro 46
pœnitentiali, ſed de lege iuriſdictionis, c. acce-
dentib. de exceſſ. præl. Anchar. in c. quod autem n. 8. h. t.
& ibi Can. tantumq; valet quantũ ſonat, ſex cõ-
currentibus, requiritur 1. Auctoritas in conce-
dente, non iuſta cauſa 2. c. cum poteſtas ſeſſ. 25. S. Ant.
in 1. par. ſummæ tit. 10. cap. 3. §. 1. Tab. poſt D. Thom. in
verb. indulgentia n. 21. in fin. gl. in clem. 2. §. adhæc in
verb. à pœna h. t. gl. in extrau. 1. in verb. confeſſis & verb.
& confitebuntur h. t. inter communes Vital. in clem. 1. n.
49. & 50. & n. 77. de priu. & ibi Zab. n. 17. 18. & 19.
quæ principaliter reſidet in ſummo Pontifice,
& ſolus concedit remiſſionem plenariam ac iu-
bileum, c. cum ex eo fin. h. tit. c. manet & c. ſeq. 24. q. 1.
extrauag. 1. & 2. h. t. inter communes. ideo ſtationes
vrbis non conceduntur, niſi de expreſſa licentia
ſummi Pontificis, nec dantur de ſtylo quoad ſe-
ptem baſilicas vrbis, in quibus ſunt plenariæ in-
dulgentiæ, Mandoſ. de ſign. grat. tit. indulgentia verſ.
ſtationes vrb. Legatus † à latere concedit perpetuã 47
intra terminos ſuæ legationis, ſicut poteſt ſta-
tuta perpetua facere, c. fin. & ibi gl. 1. de off. leg. et-
iamſi non ſit ſacerdos. Pan. poſt D. Thomam in c.
accedentib. n. 4. de exceſſ. prelat. Archiepiſcopus † in 48
ſua prouincia, c. noſtro hoc tit. & Epiſcopus in ſua
diœceſi, neuter in loco exempto, vt proſit ex-
emptis, Vital. in clem. fin. n. 66. & ibi Zab. §. fin. n. 4.
de priuil. dum dedicatur baſilica vnius anni tan-
tum, ſiue ab vno; ſiue à pluribus Epiſcopis de-
dicetur, ac deinde in anniuerſario dedicationis
tempore, quadraginta dierum de iniunctis pœ-
nitentijs remiſſionem indulgent, c. cum ex eo §. ad
hæc h. t. c. fin. hoc tit. in 6. poſt electionis de ſe factæ
confirmationem, etiamſi non ſint ſacerdotes,
nam cõcedere indulgentias procedit ex diſpen-
ſatione bonorum eccleſiæ, & ex iuriſdictione,
quandoq; voluntaria, quandoq; contentioſa,
Ant. Roſell. de indulg. n. 203. & plur. ſeqq. in foro pœ-
nitentiæ non poſſent abſoluere, vel indulgenti-
as concedere, quia illud eſt ordinis presbytera-
lis, Pan poſt D. Thomam in c. accedentibus n. 4. de ex-
ceſſ. prælat. c. tranſmiſſam de elect. & ibi Can. Alij præ-
lati † inferiores, ſiue ſæculares, vt abbates &
eiuſmodi eam concedunt ex ſpeciali conceſſio-
ne, aut priuilegio, vel cauſa legitima, puta præ-
ſcripta conſuetudine, & non aliter, quia conce-
dere indulgentias eſt dignitatis Epiſcopalis, c.
accedentibus de exceſſ. prælat. & ibi latè Io. Andr. nu. 2.
& Can. ſed poſſunt communicare bona opera

ſui collegij. Ex decretis Concilij Tridentini praui quæſtus omnes pro conſequendis indulgentijs omnino aboleantur, *c. cum poteſtas ſeſſ.* 25. *decretum de indulgentijs*, & publicatio indulgentiarum, aut aliarum gratiarum ſpiritualium conceſſarum à ſummo Pontifice, ſpectat ad ordinarios locorum adhibitis duobus de Capitulo, quibus etiam eleemoſynas, atq; oblata ſibi charitatis ſubſidia fideliter colligendi facultas datur, quæſtorum eleemoſynarum nomen, & vſus & prædicatio per ſe, vel alium penitus aboleatur, *c.* 9. *ſeſſ.* 21. *c.* 2. *§. quæſtores ſeſſ.* 5. In foro pœni-
50 tentiali curati † & omnes ſacerdotes habentes licentiam audiendi confeſſiones, & multo fortius Epiſcopi & Archiepiſcopi, quando ſunt ſacerdotes poſſunt cōcedere plures annos, dummodo faciant diſcrete, *Innoc. in c. quod autem in fine hoc tit. & ibi Anchar. n.* 8. *& Can. dixi in proximo*
51 *præcedenti §. hoc tit.* 2. Idoneitas † in recipiente, quod ſit purgatus à culpa per contritionem, & confeſſionem, & hoc tangitur in forma indulgentiæ, quæ verè pœnitentibus & confeſſis fit, *c. peccati & ibi gloſſ. mag. de reg. iur. in* 6. *extrauag.* 1. *& ibi gloſſ. in verb. confeſſis in princ. & extrauag. vnigenitus in fine princ. hoc tit. inter communes.* 3. Pietas
52 † in fine, vt honor Dei, exaltatio fidei, deuotio augeatur, fides ſplendeat, ſpes vigeat, charitas inclareſcat, *extrauag. vnigenitus poſt princ. hoc tit. inter communes*, pontes reficiantur, *c. quod autem hoc tit.* pauperes ſuſtententur, *c. cum ex eo hoc tit.*
35 4. Vtilitas † in opere, id eſt quod opus pro obtinenda remiſſione impoſitum, ſit ordinabile ad honorem Dei, & exaltationem fidei; in ea non attenditur quantitas operis, ſed genus operis, reſpicit enim principaliter non meritum proprium, ſed gratiam & meritum Chriſti, & paſſionis eius, quæ fuit exceſſiua per quod liberamur à pœna, *extrauag. vnigenitus poſt princ. h. tit.*
36 *inter communes*, 5. Congruitas † in tempore, id eſt vt debito tempore faciat id quod præſcriptum eſt pro obtinenda indulgentia, *late gloſſ. mag. in extrau.* 1. *in verb. & confitebuntur hoc tit. inter communes Pan. in c. quod autem in fine hoc tit.* 6. Vt
37 recipiens † ſit ſubditus eam concedentis, *c. quod autem hoc tit. gloſſ. mag. in c. nuper in verb. tunc erit abſolutio de ſent. excomm. & ibi Can.* Indulgentiæ conceſſæ ab alienis Epiſcopis non proſunt ſubditis, niſi proprij Epiſcopi hoc conſenſerint, ideo eſt expediens vt volens peregrinari & viſitare loca pia, habeat licentiam à proprio Epiſcopo & gratiam percipiendi de alienis indulgentijs conceſſis ab alio, quàm à ſummo Pontifice, *Pan. in c. quod autem n.* 7. *hoc tit. & ibi Can. communiter*, reſpectu Papæ quilibet eſt ſubditus, *c. cuncta per mundum c. per principalem* 9. *q.* 3. Dans, remiſſione à ſe conceſſa vti poteſt, *Gemin. in c. fin. num.* 7. *hoc tit. in* 6. *& ibi Can.* quia tanquam miniſter eam præparat, & tanquam ſubditus percipit. Præterea indulgentiæ proſunt ad augmentum gratiæ, nam charitas meretur augeri, ſed per opera meritoria facta ab exiſtente in gratia, meretur augmentum gratiæ, ac etiam quoad augmentum gloriæ, quia nullus poteſt lucrari indulgentiam niſi per fidem, & fides eſt virtus cui permittitur viſio Dei. *Ant. Roſell. de indulg. n.* 166. *&* 182. *ſummiſta in verb. indulgentia num.* 1. *&* 2.

Titulus XXXIX.

De ſententia excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti.

SVMMARIA.

1 CENSVRÆ *eccleſiaſticæ nomine, veniunt, excommunicatio, ſuſpenſio & interdictum.*

2 *Excommunicatio eſt à communione excluſio, diſciplinans, non eradicans, dum tamen is in quem lata fuit non contemnat.*

3 *Suſpenſio eſt inhabilitas quadam ordinum vel officiorum executionem impediens.*

4 *Interdictum eccleſiaſticum eſt à certis ſacramentis & omnibus diuinis officijs & ſepultura eccleſiaſtica facta prohibitio.*

5 *Cenſurarum hodierno tempore rariſſimus eſt vſus quia Bonifacius octauus prohibuit, vt nulla prouincia, ciuitas, caſtrum, villa, locus, territorium, vel diſtrictus ſupponatur interdicto pro pecuniario debito.*

6 *Prolatio interdicti ſpecialis in eccleſiam vel eccleſias ob debitum pecuniarium non eſt correcta.*

7 *Excommunicationes quæ monitionibus præmiſſis ad finem reuelationis aut pro deperditis ſeu ſubtractis rebus fiunt ex decretis Concilij Tridentini à nemine prorſus præterquam ab Epiſcopo decerni poſſunt pro re non vulgari.*

8 Acen-

8 *A cenſuris eccleſiaſticis abſtinere debent iudices in cauſis ciuilibus ac criminalibus ex decretis Concilij Tridentini quandocunque executio realis vel perſonalis in qualibet parte iudicij ab ipſis fieri poterit.*

9 EXCOMMVNICATIONIS *duæ ſunt ſpecies, minor & maior.*

10 *Minoris excommunicationis effectus.*

11 *Non ſolet proferri ab homine, ſed infligitur à iure in duobus caſibus hîc notatis.*

12 *Maioris excommunicationis effectus.*

13 *Excommunicatio maior reſpectu ipſius excommunicati trahit ſecum executionem paratam, ſtatimque operatur quoad omnes ſuas potentias.*

14 *Reſpectu fidelium vt teneantur vitare excommunicatum, aut interdictum eccleſiaſticum obſeruare, non operatur præterquam in duobus caſibus, primo quando ſententia excommunicationis vel cenſura huiuſmodi nominatim & publicè & expreßè fuerit publicata & denunciata, ſecundo quando quis eſt manifeſtus percuſſor clerici licet non ſit denunciatus.*

15 *Operatur excommunicatio dictos effectus quoad homines ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta ex animo, vel ex ordine ſiue ex cauſa niſi ſententia excommunicationis foret, nulla ex defectu iuriſdictionis, aut alias quia excommunicationis nullius nullus eſt effectus.*

16 EXCOMMVNICATO *denunciato vel manifeſto percuſſori clerici in quibus non licet communicare.*

17 EXCOMMVNICATO *omnis competit defenſio.*

18 EXCOMMVNICATIO *maior aliquando infligitur à canone & latæ ſententiæ excommunicatio nuncupatur.*

19 *Aliquando à iudice poteſtatem habente & hæc dicitur ab homine, aut iudicialis excommunicatio, quia iudicis miniſterio infertur ratione contumaciæ tantum de qua debet conſtare in actis.*

20 EXCOMMVNICATIONEM *maiorem qui poſſunt fulminare.*

21 EXCOMMVNICARI *quinam poſſint.*

22 EXCOMMVNICATIONIS *ſententia cum quibus ſolemnitatibus debeat ferri.*

23 APPELLATIO *à ſententia excommunicationis operatur effectum iuriſdictionis deuolatiuum non ſententiæ ſuſpenſiuum.*

24 *Ideo poteſt excommunicatus non obſtante appellatione denunciari.*

25 *Quando ſententia excommunicationis fuit lata purè, ſecus ſi lata fuerit aut præceptum factum fuerit ad ſoluendum conditionaliter, niſi infra tres dies & medio tempore ante euentum conditionis iuriſdictio iudicis fuerit quoquomodo finita, aut ſi medio tempore ante euentum conditionis fuerit appellatum.*

26 *Item non poteſt denunciari quando appellatio fuit interpoſita à ſententia declaratoria incurſus cenſurarum, propter ſententiam excommunicationis latam à canone, vel propter inobſeruantiam literarum apoſtolicarum ab executore earum & generaliter vbicunque declaratoria non venit poſt rem iudicatam, ſed poſt factam.*

27 EXCOMMVNICATVS *abſtinens à prohibitis excommunicato non videtur appellationi interpoſitæ renunciare.*

28 APPELLANS *à ſententia excommunicationis & agens de eius iniuſtitia non auditur, niſi ante omnia petat abſolutionem.*

29 *Epiſcopus quoque dicens quod iuſte eum excommunicauit expetens ſuper eo probationes ſuas admitti ad impediendam abſolutionem non eſt audiendus, ſed appellans petens abſolutionem protinus eſt abſoluendus.*

30 *Archiepiſcopus vel eius officialis poſſunt excommunicatos in iudicio vel extra iudicium à ſuffraganeis in caſibus in quibus eis competit iuriſdictio, excommunicatio dicitur iniuſtè lata ſimpliciter vel ad cautelam abſoluere, niſi ex aduerſo excipiatur quod fuerit lata pro manifeſta offenſa vel contumacia.*

31 *Et exceptis caſibus in quibus iura prohibent poſt ſententiam appellare.*

32 *Is vero qui agit de nullitate ſententiæ excommunicationis contra ſe lata, auditur, licet non petat abſolutionem purè, vel ad cautelam.*

33 *Tutius tamen agens de nullitate petit abſolutionem ad cautelam quia pendente probationis articulo in cæteris quæ vt actor in iudicio attentauerit interim euitatur.*

34 *Rota ſemper conſueuit abſoluere à cenſuris*

Digitized by Google

ris latis in partibus, cum reincidentia ad beneplacitum quando commiſſa eſt cauſa appellationis & nullitatis, à cenſuris latis in curia, non dat abſolutionem niſi conſtet de nullitate.

35 EXCOMMVNICATIONIS *ſententia poſt appellationem legitimam promulgata per negligentiam appellantis appellationem ſuam minime proſequentis, non conualeſcit.*

36 *Sed detecta appellatione ſententia à qua fuit appellatum mandatur executioni, ac quacunque alia poſtea lata, quæ ab ea dependet, puta excommunicatio, quæ exequi dicitur cum excommunicatus nominatim ſpecialiter & expreſſe denunciatur.*

37 EXCOMMVNICATVM *ab homine alius homo non abſoluit niſi vel fuerit appellatum ab eo vel ipſe fuerit negligens.*

38 *Archiepiſcopus vel eius officialis excommunicatus ab inferioribus prælatis ſuffraganeorum ſuorum non poteſt abſoluere.*

39 *Excommunicatos ab ipſis ſuffraganeis Archiepiſcopus abſoluit in tribus caſibus, primus eſt ſi ab ipſis partibus litigantibus ad eum fuerit appellatum.*

40 *2. Ex quando excommunicatus deponit querelam coram eo de ſuffraganeo, de iniuſta excommunicatione vt ei imponatur pœna.*

41 *3. Eſt quando ſuffraganeus extra iudicium, pro ſuorum iurium defenſione, vel etiam in iudicio ex ſuo procedent officio inquirendo videlicet vel quid ſimile agendo excommunicauit.*

42 *An Archiepiſcopus aditus per querelam, vel quando ad eum appellatum extitit abſoluat excommunicatos à ſuo ſuffraganeo niſi prius eos remittat.*

43 *An Epiſcopus excommunicationem latam à prælato inferiore ſibi ſubdito poſſit relaxare.*

44 *Papa & eius legatus à latere abſoluunt excommunicatos ab aliji eiſque iniungunt at ordinariorum ſuorum vel aliorum quorumlibet ſuscepturi pœnitentiam ab eiſdem conſpectui ſe præſentent & paſſis iniuriam ſeu his quibus propter hoc obligati ſunt ſatisfactionem exhibeant competentem, & ſi abſoluti ſe non præſentauerint aut ſatisfecerint ipſo iure reincidunt in eandem cenſuram.*

45 ABSOLVTORIA *ſententia ab excommunicatione qualiter ſit ferenda.*

46 *Excommunicatus pluribus de cauſis à iure vel ab ab homine ſi vnam in abſolutione expreſſerit altera ſubticita remanet excommunicatus, quia quot ſunt excommunicationes, tot debent eſſe abſolutiones.*

47 EXCOMMVNICATVS *abſolutus, omnia priſtina iura recuperat ſi non neglexit abſolutionem ſecus ſi lata fuiſſet contra eum ſententia de amiſſione iurium.*

48 *An recuperet fructus.*

49 *Abſolutio non eſt impedienda niſi petenti.*

50 *Excommunicatus indirectè poteſt compelli vt petat abſolutionem, non compellitur ſatisfacere de cauſa pro qua fuit excommunicatus.*

51 *Prælatus qui videt excommunicationem etiam iuſte latam officere poteſt eam diſcrete tollere etiam durante contumacia.*

52 MORTVO *excommunicato an ſit impẽdenda abſolutio & à quo.*

53 LIGATIO *& abſolutio prælati tenet quoad Deum claue non errante, vnde ſi errat nihil valet quoad Deum quia judicium Dei veritati ſemper innititur.*

54 SVSPENSIO *aliquando accipitur generaliter & ea eſt multiplex.*

55 *Suſpenſio ſpecialiter ſumpta eſt cenſura eccleſiaſtica, qua clericus ob aliquam culpam à iure vel ab homine à beneficiorum, officiorum, ordinum vel eccleſiaſticæ Iuriſdictionis executiõne in totum vel in partem perpetuo vel ad tempus prohibetur.*

56 *In dubio de ſuſpenſione ordinum intelligitur.*

57 *Infligitur à Iure in multis caſibus.*

58 SVSPENSIO *in vno Epiſcopatu ab officio ſimpliciter, ſe extendit quoad omnes eccleſias, adeo quod ſi ſuſpenſus ea neglecta vel contempta, vel per craſſam ignorantiam in officio ſuo adminiſtret ſtatim ſit irregularis à ſolo Papa diſpenſandus.*

59 *Priuat iuriſdictione, poteſtate, eligendi actiua & paſſiua, poteſtate conferendi beneficia, & eadem per collationem ſuſcipienda.*

60 *Non priuat ſuſpenſum iuribus ſuis aut poſſeſſione illorum, neque repellit à teſtimonio aut ſecreta recitatione horarum.*

61 *Suſpenſus ab officio perpetuo indiſtincte intelligitur ſuſpenſus à beneficijs.*

62 *Suſpenſus à canone vel ab homine, ab officio ad tempus incertum, ſiue certum propter*

delictum

Digitized by Google

delictum, cenſetur etiam ſuſpenſus à quibuſcunque beneficiis.

63 *Suſpenſus ab officio pro infamia, vel facto de quo dubitatur, an ſit mortale, vel propter ſcandalum, vel alias pro leui cauſa, aut ex defectu ætatis, vel ſimili non eſt ſuſpenſus à beneficio, priuatur tamē diſtributionibus quotidianis.*

64 *Suſpenſus ab officio ſi ſit in mora petendi abſolutionem ab illa priuatur obtentis & inhabilis redditur ad alia obtinenda.*

65 SVSPENSIO *à beneficio nō repellit à diuinis ſiue officio, ſed ſolum à perceptione fructuum, relicta ſibi ſuſtentatione, ne egeat.*

66 *In dubio reſtringitur ad ea beneficia, quæ ſuſpenſus in illa eccleſia obtinet, quam naſcitur propter delictum, ob quod ſuſpenditur, offendiſſe.*

67 *Si fructus percipiat, non fit irregularis, ſed cogitur eos reſtituere.*

68 *Suſpenſio ab officio & excommunicatio æquiparantur quoad reſtitutionem, euitationem, monitionem præmittendam, incurrendam irregularitatem abſolutionem ad cautelam.*

69 *Suſpenſio iuris ſiue à iure inflicta, quomodo tollatur.*

70 SVSPENSORVM *ab homine reſtitutio, ſpectat ad eos qui ſuſpendunt.*

71 A SVSPENSIONIS *perpetua pœna, à iure impoſita, vel à iure inducta ad certum tempus ſolus papa abſoluit.*

72 *Si vero non eſt determinatum tempus, tunc epiſcopus poteſt abſoluere, ex quo ſuperior non reſeruauit ſibi abſolutionem.*

73 *Abſoluti à ſuſpenſione, beneficia ſibi collata tempore ſuſpenſionis ab officio retinere non poſſunt.*

74 *An recuperent fructus.*

75 INTERDICTVM *ſpecialiter ſumptum eſt cenſura eccleſiaſtica, qua à iure vel à iudice diuina officia quædam ſacramenta & ſepultura eccleſiaſtica prohibentur in pœnam contumaciæ vel offenſæ.*

76 *Interdicti tres ſunt ſpecies, vnum locorum, vel generale, vt cum interdicitur regnum, caſtrum, villa, aut ſpeciale vel ſingulare, cum interdicuntur omnes eccleſiæ ciuitatis vel prouinciæ, vel certa eccleſia aut eccleſiæ.*

77 ***Aliud hominum vel generale, vt cum interdicitur populus aut clerus regni, prouinciæ, caſtri, villæ &c. vel ſpeciale, vt cum interdicetur vniuerſitas in populo incluſa, vt ſtudium Bononienſe, aliud ſingulare, cum certa perſona vel incerta interdicitur.***

78 ***Tertium locorum & hominum ſimul.***

79 *Ex hac diſtinctione inferuntur certæ regulæ.*

80 *Iure nouiſſimè interdictum, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter, ſiue ſingulariter poſitum, duobus tantum caſibus ſeruatur.*

81 INTERDICTVM *quinam poſſunt ponere.*

82 INTERDICTI *generalis tempore ab homine vel à iure prolati in loco nulla diuina officia vel ſacramenta eccleſiaſtica ſunt permiſſa celebrari vel miniſtrari, niſi in caſibus à iure permiſſis.*

83 *Quænam ſacramenta permittuntur tempore generalis interdicti in loca.*

84 *Interdictum eccleſiarum non eſt generale, quoad effectum generalis interdicti, etiamſi interdicerentur omnes eccleſiæ ciuitatis & prouinciæ, nec tunc eſt locus d.c.alma hoc tit. in 6.*

85 *Interdicto populo regni, prouinciæ, ciuitatis, non eſt locus d.c.alma.*

86 *Generale quoque interdictum dici non poteſt, ſi clerus ciuitatis interdicatur.*

87 INTERDICTVM *non ſeruantium pœna.*

88 ABSOLVIT *ab interdicto iuris, ſi conditor non reſeruauit ſibi abſolutionem, diœceſanus ab interdicto hominis ipſe qui impoſuit vel eius ſuperior.*

89 ***Abſolutio ad cautelam an habeat locum in ſententiis interdicti.***

90 CESSATIO ***à diuinis non eſt cenſura eccleſiaſtica, ſed quid facti & eſt ſuſpenſio organorum diuinæ laudis in locum vel in aliquam decreta eccleſiam, ex cauſa ardua iniuriarum repellendarum, ad tempus vel donec ſatiſfaciat.***

91 ***Duplex eſt generalis in loca, quæ indicta ab eo, qui poteſt, habet quaſi effectum interdicti.***

92 ***Specialis eſt, quæ fit in certa eccleſia, vel certis eccleſiis.***

93 ***Ceſſationem quinam indicant.***

94 ***Ordo proceſſus præſcripti in ceſſatione à diuinis.***

95 ***Tempore ceſſationis generalis in loco, puta prouinciæ vel caſtro, à diuinis, non licet in illis celebrare, ſeruata forma c. alma hoc tit. in 6. ſed permittitur baptiſmus & pœnitentia.***

96 ***Appellatio præcedens non annullat ceſſationem generalem aut ſpecialem.***

97 ***Celebrans in loco in quo eſt ceſſatio à diuinis, non incurrit irregularitatem.***

98 ***A ceſſationis ſententia quinam poſſint abſoluere.***

ris latis in partibus, cum reincidentia ad beneplacitum quando commiſſa eſt cauſa appellationis & nullitatis, à cenſuris latis in curia, non dat abſolutionem niſi conſtet de nullitate.

35 EXCOMMVNICATIONIS *ſententia poſt appellationem legitimam promulgata per negligentiam appellantis appellationem ſuam minime proſequentis, non conualeſcit.*

36 *Sed detecta appellatione ſententia à qua fuit appellatum mandatur executioni, ac quacunque alia poſtea lata, quæ ab ea dependet, puta excommunicatio, quæ exequi dicitur cum excommunicatus nominatim ſpecialiter & expreſſe denunciatur.*

37 EXCOMMVNICATVM *ab homine alius homo non abſoluit niſi vel fuerit appellatum ab eo vel ipſe fuerit negligens.*

38 *Archiepiſcopus vel eius officialis excommunicatus ab inferioribus prælatis ſuffraganeorum ſuorum non poteſt abſoluere.*

39 Excommunicatos *ab ipſis ſuffraganeis Archiepiſcopus abſoluit in tribus caſibus, primus eſt ſi ab ipſis partibus litigantibus ad eum fuerit appellatum.*

40 2. Ex *quando excommunicatus deponit querelam coram eo de ſuffraganeo, de iniuſta excommunicatione vt ei imponatur pœna.*

41 3. *Eſt quando ſuffraganeus extra iudicium, pro ſuarum iurium defenſione, vel etiam in iudicio ex ſuo procedent officio inquirendo videlicet vel quid ſimile agendo excommunicauit.*

42 *An Archiepiſcopus aditus per querelam, vel quando ad eum appellatum extitit abſoluat excommunicatos à ſuo ſuffraganeo niſi prius eoi remittat.*

43 *An Epiſcopus excommunicationem latam à prælato inferiore ſibi ſubdito poſſit relaxare.*

44 *Papa & eius legatus à latere abſoluunt excommunicatos ab alijs eiſque iniungunt at ordinariorum ſuorum vel aliorum quorumlibet ſuſcepturi pœnitentiam ab eiſdem conſpectui ſe præſentent & paſſis iniuriam ſeu his quibus propter hoc obligati ſunt ſatisfactionem exhibeant competentem, & ſi abſoluti ſe non præſentauerint aut ſatisfecerint ipſo iure reincidunt in eandem cenſuram.*

45 ABSOLVTORIA *ſententia ab excommunicatione qualiter ſit ferenda.*

46 *Excommunicatus pluribus de cauſis à iure vel ab ab homine ſi vnam in abſolutione expreſſerit altera ſubticita remanet excommunicatus, quia quot ſunt excommunicationes, tot debent eſſe abſolutiones.*

47 EXCOMMVNICATVS *abſolutus, omnia priſtina iura recuperat, ſi non neglexit abſolutionem ſecus ſi lata fuiſſet contra eum ſententia de amiſſione iurium.*

48 *An recuperet fructus.*

49 *Abſolutio non eſt impedienda niſi petenti.*

50 *Excommunicatus indirectè poteſt compelli vt petat abſolutionem, non compellitur ſatisfacere de cauſa pro qua fuit excommunicatus.*

51 *Prælatus qui videt excommunicationem etiam iuſte latam officere poteſt eam diſcrete tollere etiam durante contumacia.*

52 MORTVO *excommunicato an ſit impẽdenda abſolutio & à quo.*

53 LIGATIO *& abſolutio prælati tenet quoad Deum claue non errante, vnde ſi errat nihil valet quoad Deum quia iudicium Dei veritati ſemper innititur.*

54 SVSPENSIO *aliquando accipitur generaliter & ea eſt multiplex.*

55 *Suſpenſio ſpecialiter ſumpta eſt cenſura eccleſiaſtica, qua clericus ob aliquam culpam à iure vel ab homine à beneficiorum, officiorum, ordinum vel eccleſiaſtica Iuriſdictionis executione in totum vel in partem perpetuo vel ad tempus prohibetur.*

56 *In dubio de ſuſpenſione ordinum intelligitur.*

57 *Infligitur à Iure in multis caſibus.*

58 SVSPENSIO *in vno Epiſcopatu ab officio ſimpliciter, ſe extendit quoad omnes eccleſias, adeo quod ſi ſuſpenſus ea neglecta vel contempta, vel per craſſam ignorantiam in officio ſuo adminiſtret ſtatim ſit irregularis à ſolo Papa diſpenſandus.*

59 *Priuat iuriſdictione, poteſtate, eligendi actiua & paſſiua poteſtate conferendi beneficia, & eadem per collationem ſuſcipienda.*

60 *Non priuat ſuſpenſum iuribus ſuis aut poſſeſſione illorum, neque repellit à teſtimonio aut ſecreta recitatione horarum.*

61 *Suſpenſus ab officio perpetuo indiſtincte intelligitur ſuſpenſus à beneficijs.*

62 *Suſpenſus à canone vel ab homine, ab officio ad tempus incertum, ſiue certum propter delictum*

delictum, cenſetur etiam ſuſpenſus à quibuscunque beneficiis.

63 Suſpenſus ab officio pro infamia, vel facto de quo dubitatur, an ſit mortale, vel propter ſcandalum, vel alias pro leui cauſa, aut ex defectu ætatis, vel ſimili non eſt ſuſpenſus à beneficio, priuatur tamẽ diſtributionibus quotidianis.

64 Suſpenſus ab officio ſi ſit in mora petendi abſolutionem ab illa priuatur obtentis & inhabilis redditur ad alia obtinenda.

65 SVSPENSIO à beneficio nõ repellit à diuinis ſiue officio, ſed ſolum à perceptione fructuum, relicta ſibi ſuſtentatione, ne egeat.

66 In dubio reſtringitur ad ea beneficia, quæ ſuſpenſus in illa eccleſia obtinet, quam naſcitur propter delictum, ob quod ſuſpenditur, offendiſſe.

67 Si fructus percipiat, non ſit irregularis, ſed cogitur eos reſtituere.

68 Suſpenſio ab officio & excommunicatio æquiparantur quoad reſtitutionem, euitationem, monitionem præmittendam, incurrendam irregularitatem abſolutionem ad cautelam.

69 Suſpenſio iuris ſiue à iure inflicta, quomodo tollatur.

70 SVSPENSORVM ab homine reſtitutio, ſpectat ad eos qui ſuſpendunt.

71 A SVSPENSIONIS perpetua pœna, à iure impoſita, vel à iure inducta ad certum tempus ſolus papa abſoluit.

72 Si vero non eſt determinatum tempus, tunc epiſcopus poteſt abſoluere, ex quo ſuperior non reſeruauit ſibi abſolutionem.

73 Abſoluti à ſuſpenſione beneficia ſibi collata tempore ſuſpenſionis ab officio retinere non poſſunt.

74 An recuperent fructus.

75 INTERDICTVM ſpecialiter ſumptum eſt cenſura eccleſiaſtica, qua à iure vel à iudice diuina officia quædam ſacramenta & ſepultura eccleſiaſtica prohibentur in pœnam contumaciæ vel offenſæ.

76 Interdicti tres ſunt ſpecies, vnum locorum, vel generale, vt cum interdicitur regnum, caſtrum, villa, aut ſpeciale vel ſingulare, cum interdicuntur omnes eccleſiæ ciuitatis vel prouinciæ, vel certa eccleſia aut eccleſiæ.

77 Aliud hominum vel generale, vt cum interdicitur populus aut clerus regni, prouinciæ, caſtri, villæ &c. vel ſpeciale, vt cum interdicetur vniuerſitas in populo incluſa, vt ſtudium Bononienſe, aliud ſingulare, cum certa perſona vel incerta interdicitur.

78 Tertium locorum & hominum ſimul.

79 Ex hac diſtinctione inferuntur certæ regulæ.

80 Iure nouiſſimè interdictum, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter, ſiue ſingulariter poſitum, duobus tantum caſibus ſeruatur.

81 INTERDICTVM quinam poſſunt ponere.

82 INTERDICTI generalis tempore ab homine vel à iure prolati in loco nulla diuina officia vel ſacramenta eccleſiaſtica ſunt permiſſa celebrari vel miniſtrari, niſi in caſibus à iure permiſſis.

83 Quænam ſacramenta permittuntur tempore generalis interdicti in loca.

84 Interdictum eccleſiarum non eſt generale, quoad effectum generalis interdicti, etiamſi interdicerentur omnes eccleſiæ ciuitatis & prouinciæ, nec tunc eſt locus d.c.alma hoc tit. in 6.

85 Interdicto populo regni, prouinciæ, ciuitatis, non eſt locus d.c.alma.

86 Generale quoque interdictum dici non poteſt, ſi clerus ciuitatis interdicatur.

87 INTERDICTVM non ſeruantium pœna.

88 ABSOLVIT ab interdicto iuris, ſi conditor non reſeruauit ſibi abſolutionem, diœceſanus ab interdicto hominis ipſe qui impoſuit vel eius ſuperior.

89 Abſolutio ad cautelam an habeat locum in ſententiis interdicti.

90 CESSATIO à diuinis non eſt cenſura eccleſiaſtica, ſed quid facti & eſt ſuſpenſio organorum diuinæ laudis in locum vel in aliquam decreta eccleſiam, ex cauſa ardua iniuriarum repellendarum, ad tempus vel donec ſatisfaciat.

91 Duplex eſt generalis in loca, quæ indicta ab eo, qui poteſt, habet quaſi effectum interdicti.

92 Specialis eſt, quæ ſit in certa eccleſia, vel certis eccleſiis.

93 Ceſſationem quinam indicant.

94 Ordo proceſſus præſcripti in ceſſatione à diuinis.

95 Tempore ceſſationis generalis in loco, puta prouincia vel caſtro, à diuinis, non licet in illis celebrare, ſeruata forma c. alma hoc tit. in 6. ſed permittitur baptiſmus & pœnitentia.

96 Appellatio præcedens non annullat ceſſationem generalem aut ſpecialem.

97 Celebrans in loco in quo eſt ceſſatio à diuinis, non incurrit irregularitatem.

98 A ceſſationis ſententia quinam poſſint abſoluere.

Digitized by Google

99 *Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum in quibus conueniant.*

100 *In quidus differunt.*

101 IRREGVLARITAS *eſt impedimentum canonicum, ſeu nota ex facto ſeu defectu proueniens, qua quis prohibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri, vel in eis miniſtrare.*

102 *Non incurritur, niſi in caſibus in iure expreſſis.*

103 *Cauſæ ex quibus prouenit irregularitas.*

104 *Irregularitas non multiplicatur, ex multiplicatis tranſgreſſionibus ſiue peccatis.*

105 *Quando vnus ex pluribus cauſis ſeu criminibus in plures inciderit irregularitates, ſufficit vna diſpenſatio, & non requiruntur plures.*

106 *In dubio, nec magiſter nec iudex debet aliquẽ reputare irregularem.*

107 *In dubio debet quis ſe irregularem reputare.*

108 *Irregularitatis effectus.*

109 *In dubio vt quis ceſſet à diuinis, debet iudicari irregularis.*

110 *Irregularis omnis efficitur, qui proprio facto aliũ reddit irregularem.*

111 *Irregularitas omnis tollitur baptiſmo, etiam ex homicidio contracta, præterquam ea quæ contracta eſt ex defectu ſacramenti vt bigamia.*

112 *Non tollitur pœnitentia neque monachatu.*

113 *Papa ſuper omni irregularitate diſpenſat.*

114 *Epiſcopus ſuper quibus irregularitatibus poſſit diſpenſare.*

EXCOMMVNICATIO lata à canone eſt pœ-
na delicti; prolata ab homine, eſt pœna
contumaciæ, ideo poſt titulos de pœnis & pœ-
nitentiis ponit de ſententia excommunicatio-
1 nis, ſuſpéſionis, & interdicti, quæ veniunt † no-
mine cenſuræ eccleſiaſticæ, *c. quarenti de verb. ſi-
gnif.* & infliguntur ob dolum, aut culpam, vel
offenſam ſeu moram, *c. Romana* §. *caueant & ibi*
2 *Franc. n. 3. hoc tit. in 6. & Can.* excommunicatio †
eſt à communione excluſio, *c. audi in princ.* 11. *q.* 3.
c. certum 34. *quæſt.* 3. medicinalis, nõ mortalis, di-
ſciplinans non eradicans, dum tamen in quem
3 lata fuit, non contemnat, *c. 1. hoc tit.* ſuſpenſio †
eſt inhabilitas quædam ordinum, vel officiorũ
executionem impediens, *c. presbyter 2. & ibi gloſſ.
in verb. ſuſpendatur 2. quæſt 4. c. nullus & c. ſeq. 32. diſt.*
4 Interdictum † eccleſiaſticum eſt à certis ſacra-
mentis, & omnibus diuinis officiis & ſepultura
eccleſiaſtica facta prohibitio, *c. quod in te de pœnit.
& remiſ. c. reſponſo h. t.* ſub nomine animaduerſio-
nis eccleſiaſticę veniunt, non ſolum cenſuræ, ſed
etiam depoſitio & alia pœna, *c. 1. & ibi Franc. n. 2.
de homicid. in 6. Butr. in c. in quibuſdam n. 10. de pœnis
Anchar. n. 3. & Socin. n. 6.* eadem veniunt ſub no-
mine correctionis, *gloſſ. 1. in c. quærenti de verb. ſi-
gnif.* ac etiam ſub nomine diſtrictionis canoni-
cæ, *gloſſ. fin. in c. 2. ne prælati vires ſuas &c.* verba ſe-
ueritas eccleſiaſtica important condemnatio-
nem, *Felin. in c. præterea in fin. princ. de offic. & pot. Iud.
deleg.* Rariſſimus † eſt hodierno tempore cenſu- 5
rarum vſus, quia Bonifacius Octauus prohibuit,
vt nulla prouincia, ciuitas, caſtrum, villa, locus,
territorium, vel diſtrictus auctoritate ordina-
ria, vel delegata ſupponatur eccleſiaſtico inter-
dicto pro pecuniario debito, vel pro cuiuſuis
monetæ, vel pecuniæ quantitate, quacunq; oc-
caſione vel cauſa, ſeu quouis colore, pro eo ma-
xime, quod ipſorum domini rectores, ſeu offi-
ciales, aut incolæ ſeu habitatores, aut ſingulares
perſonæ ipſorum ordinatis ſeu ordinandis ter-
minis huiuſmodi debitum ſeu quantitatem non
perſoluent, non obſtantibus quibuſcunq; con-
tractibus &c. iuramentorum, pœnarum ſpiri-
tualium, & temporalium, ſeu mulctarum ap-
poſitione, vel quacunq; alia firmitate vallatis, ſi-
ne expreſſa & ſpeciali licentia ipſius Sedis apo-
ſtolicæ per litteras apparente, *extrauag. prouide
hoc tit. inter communes,* Prolatio † interdicti ſpe- 6
cialis in eccleſiam vel eccleſias ob debitum pe-
cuniarium non eſt correcta, *Io. And. in c. præſenti
n. 2. h. t. in 6.* Deinde decretis Concilij Trident.
cautum fuit, quod excommunicationes illæ, † 7
quæ monitionibus præmiſſis ad finem reuela-
tionis, aut pro deperditis ſeu ſubtractis rebus
fiunt, à nemine prorſus præterquam ab epiſco-
po decerni poſſunt pro re non vulgari, & cauſa
diligenter examinata, *c. quamuis* §. 1. *ſeſſ.* 25. ex-
communicatus vigore monitorij generalis, cẽ-
ſetur excommunicatus quoad Deum, non ta-
men quoad eccleſiam militantem, à qua non vi-
tabitur, *c. quidam 5. quæſt. 1. & ibi poſt gloſſ. Can. c. ſa-
cerdos & ibi poſt gloſſ. in verb. nominatim Can. de off.
ord. Franc Marc. quæſt. 645. & 2. ſeqq. & quæſt. 648.
diſcutit quinam ſub eo comprehendantur & quæſt. 651.
& ſeq. par. 2.* nec debet propter monitorium ge-
nerale, nominatim pronunciari excommunica-
tus, quia eccleſia non iudicat de occultis, *c. 1.* §.
porro vt eccleſ. benef. ſine dimin. conf. Franc. Marc. d.

quæſt.

Digitized by Google

queſt.651. n.7.par.2. Præterea Concilium Tri-
8 dentinum in cauſis iudicialibus † ciuilibus mã-
dat omnibus iudicibus eccleſiaſticis, vt quan-
docunq; executio realis vel perſonalis in quali-
bet parte iudicij propria auctoritate ab ipſis fie-
ri poteſt, abſtineant ſe, tam in procedendo quã
in definiendo à cenſuris eccleſiaſticis ſeu inter-
dicto, & permittit in cauſis ciuilibus ad forum
eccleſiaſticum pertinentibus contra quoſcunq;
etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis
piis ibi exiſtentibus, eo ipſo quod exactæ fue-
rint, aſſignentur, ſeu captionem pignorum, per-
ſonarum diſtrictionem, per ſuos proprios vel a-
lienos executores faciendum, ſiue etiam per pri-
uationem beneficiorum, aliaq; iuris remedia
procedere, & cauſas definire, & in harum ſubſi-
dium, §. ſciendum eſt Inſtit. de ſatiſd. tut. vel curat. §.
tam autem, Inſt. de inoff. teſt. ſi ſit aduerſus iudicem
contumacia, quæ conſtantius deſideret reme-
dium, l. ordo C. de execut. re. iud. per anathematis
mucronem & alias pœnas; Iudices autem mul-
ctas pecuniarias, captionem pignorum, aliaſq;
ſupradictas pœnas ſimul cum declaratoria cẽ-
ſurarum inferre non poſſunt, c. presbyter ibi depo-
natur, non tamen communione priuetur 81. diſt. c. at ſi
clerici §. fin. in fine de iud. & ibi Can arg. l. & ita §. fi.
ff. naut, caup ſtab. &c. In criminalibus quoque, vbi
executio realis vel perſonalis fieri poterit, à cen-
ſuris abſtineri præcipit, ſed ſi dictæ executioni
facile locus eſſe nõ poſſit, permittit Iudici hoc
ſpirituali gladio in delinquentes vti, ſi tamen
delicti qualitas, præcedente bina ſaltem moni-
tione, etiam per edictum id poſtulet, c. quamuis
ſeſſ. 25. §. in cauſis 1. & 2. quare obiter de his tra-
ctabimus.

9 Excomunicationis † ſpecies ſunt duæ, minor
10 & maior, gl. mag. in c. ſi inimicus 21 q. 3. minor † ſe-
parat à ſacramentis percipiendis, c. ad menſam §.
euidenter & §§. ſeqq. 11. q. 3. non etiam miniſtran-
dis, c. ſi celebrat de cler. excõ. &c. miniſt. c. duobus & ibi
gl. mag. h. t. excludit ab electione, non actiua, ſed
paſſiua, redditq; ipſum excomunicatum inha-
bilem ad quodcunque eccleſiaſticũ beneficium
conſequendum indiſtincte, non attenta ſcientia
vel ignorantia elegentium, vel cõferentium, gl.
in verb. ſcienter in c. ſi celebrat & ibi Can. de cler. excom.
&c. miniſt. Garc. de benef. par. 7. cap. 13. n. 27. & ſeqq.
niſi prius abſoluatur, quia ille qui eligitur, vel
promouetur ad aliquod beneficiũ, principaliter,
eligitur, vt exerceat ſe in ſacramentis eccleſiæ, &
per minorem excommunicationem ab illorum
perceptione eſt priuatus, c. ſi celebrat & ibi Pan. n.
3. & Can. poſt gl. mag. in verb. nec eligere prohibetur de
cler. excom. miniſt. non priuat exercitio eorũ, quæ
ratione iuriſdictionis ſibi competunt, d. c. ſi cele-
brat in prin. nõ ſolet proferri † ab homine, Sylueſt. 11
in verb. excom. 4. n. 2. in fi. Dec. in l. ſemper in obſcuris n.
14. ff de reg. iur. ſed infligitur ab ipſo iure in nouẽ
caſibus, ſecundum ſylueſtrinam in verb. excom-
municatus 4 qui ad duos caſus reducuntur, gloſ.
mag. in c. ſi inimicus 11. q. 3. quorum 1. eſt, quando
quis committit peccatum mortale, c. audi §. alio
vero modo 11. q. 3. ſiquidem eſt occultum, eſt ſu-
ſpenſus ſolũ quoad Deum, ſi vero notorium eſt,
eſt etiam ſuſpenſus quoad eccleſiam, c. veſtra &
c. ſi. & ibi gl. pen. de cohab. cler. & muli. 2. Eſt, quã-
do quis participat cum excommunicato maio-
re excomunicatione in locutione, oratione, ſa-
lutatione, commeſtione, non autem in ipſo cri-
mine, c. nuper § in ſecunda & c. ſi concubinæ & ibi gloſ.
h. t. c. ſtatuimus h. t. in 6. Qui ſcienter in crimine
communicat criminoſo, ei conſiliũ impenden-
do, auxilium vel fauorẽ, incurrit maiorẽ excom-
municationem, & ratione damnati criminis vi-
detur in eum iudicem delinquere, licet ipſius nõ
ſit ſubditus, qui criminoſum damnauit, & ab eo
eiuſq; ſuperiore tenetur requirere abſolutionẽ,
cum facientem & conſentientem par pœna cõ-
ſtringat, c. nuper §. in ſecunda & §. ſeq. & ibi gl. mag.
& Can. h. t. de quo inferius latius dicetur. Maior
† priuat ſacramẽtis percipiendis & miniſtrãdis, 12
communione fidelium, c. pen. hoc. tit. ingreſſu ec-
cleſiæ, c. cleros in fine & ibi gloſſ. fin. 21. diſtinct. c.
perlectis §. ad oſtiarium 25. diſtinct. Panorm. in c. n.
5. de except. & ab omni actu, ſalutatione, locu-
tione, commeſtione, & oratione, c. excommuni-
catos c. cum excommunicato & cc. ſeqq. 11. queſt. 1.
contractu, c. poſtulaſti & ibi Ioan. And. n. 2. de
cleric. excomm. miniſtr. & actu etiam legitimo, c.
exceptionem & ibi DD. de except. vt puta actione,
petitione manutentionis, Marcheſ. de commiſ.
par. 3. fol. 353. Gregor. 15. deciſ. 64. n. 13. procu-
ratione & teſtimonio, c. decernimus hoc tit. in 6.
Panorm. in c. olim. n. 6. de accuſ. & impetratione
reſcripti, quod & proceſſus per ipſum habitus
non valet, ſi ab excommunicato ſuper alio
quam excommunicationis, vel appellationis ar-
ticulo fuerit impetratum, c. 1. de reſcript. in 6.

De ſtylo in Romana curia excommunicatus maiori excommunicatione indifferenter commiſſionem alicuius cauſæ poteſt impetrare, *Rot. deciſ.2.hoc tit.in antiq.gloſ.in c.1.in verb.proceſſus verſ. circa hanc igitur de reſcript. in 6. & ibi Franc. n.20. Gem. & Can.communiter*, & proceſſus cum eo factus valet, niſi excipiatur, *Rot.dec.27. h. t.in antiq. c.1.& ibi gloſ.mag. in verb. proceſſus & Canon. de reſcript. in 6.* ſed ſi omittitur exceptio non reddit proceſſum nullum, tamen ſententia lata vigore reſcripti impetrati ab excommunicato eſt nulla, *Achil.dec.2.h.t. Prob.ad monach. n.2. & Can. in c.1.de reſcr.in 6.* Ratio differentiæ eſt, qui quantum ad proceſſum, commiſſio facta auditori, diſtribuit tantum cognitionem, ſed poſtea in iudicando non tribuit iuriſdictionem, *Achil.dec.2. h.t.Prob.in d.c.1.ſub n.2.de reſcr.in 6. Gemin.conſ.95. Caputaq.dec.90.par.1.* ideoq; excipienti de excõmunicatione contra actorem non obſtat communionis replicatio, *c.à nobis de except:* quia eius approbatio, ſeu habilitatio non pendet à volũtate rei, *Pan.in d.c.à nobis n.6.& 7.de except.* excommunicatus cõuentus cogitur defendere, vel per alium, *c.intelleximus de iud.* vel per ſemetipſum, quia in illo caſu conceſſum eſt à iure in odium ipſius excommunicati, quod omnia poſſit facere quæ ad cauſam pertinent, & ſiciurabit de calumnia, & omnes participãtes ſibi occaſione litis non incidunt in canonem, cum talis cõmunio ſit potius ad damnum ſuum quam ad commodum *gloſ.1.in c.cum inter de except.& ibi Can.* priuat ſuffragio eccleſiæ, quod prodeſt ad quatuor, videlicet ad augmentum gratiæ, quam quis habet, ad merendam gratiam quam nõ habet, ad protectionem Dei habendam, & ad defenſionem ab hoſtibus promerendam, ideoq; excommunicatus dicitur tradi Sathanæ, *c.audi & cc. ſeqq. c. omnis & c.ſeq.11.q.2.Pan.in c. à quorundam ſub n. 3.de iudæis &c.* priuat ſepultura eccleſiaſtica, *c.ſacris de ſepult.* fructibus beneficij ipſo facto, *c.paſtoralis §.verum in fin.de appel. Rip.in c.1.n.27.de iud.Felin.in c.apoſtolica n.12.& ſeq.de excep.Put.dec.273.lib. 1.c.preter hoc §.1.& ibi gl.1.32.diſt.* in vtilitatem eccleſiæ conuertendis, *c.2.ibi ſed ipſi eccleſia cedere de off.ord.in 6.c.pen.in fin.de cleric.non reſid. Garc. de beneſ par.7.cap.13.tit.de fruct. beneſ.excom.n.134.* qui enim extra eccleſiam eſt, nihil nomine eccleſiæ poteſt poſſidere, *c.quo iure §. item relegantur leges 8.diſt.c.1.& 2.23.q.7.* ac penſionarium fructibus ſuæ penſionis, qui remanent penes titularem, *Garc.de beneſ.par.1.cap.5.n.131.& ſeqq. & par.7.cap. 13.tit.de fruct.ben.excom.n.139.* neq; debet ei prouideri de neceſſitatibus, niſi fame periret, quia contemnit claues eccleſiæ, & poteſt ſibi prouidere petendo abſolutionem, *gl.fi. in fi.in c. paſtoralis §.verum de appel. Franc.Marc.dec.683.par.1. 2. Garc.de beneſ.par.6.c.13.tit.de fruct.beneſ. excõ.n.98. & ſeqq.* ſed dum per excommunicationem non percipit cõmoda, non tenetur ad cenſum, *Bald. in l.fin.n.1.C.de bon.auct.iud.poſſid.per l. inter quos §. damni & ibi gl. fin ff. de damn. infect:* omni poteſtate adminiſtrandi beneficium etiam in temporalibus, *c.veritati in fine de dol. & conſum. Pan. in d.c. paſtoralis §. verum n.18. de appell.* ideoque beneficio excommunicati deputatur œconomus per ſuperiorem, aut Vicarius temporalis, *gloſſ.fin in c.clericum victum 91. diſtinct. c.peruenit el.2. de appell. arg. c.cum ex eo de elect. in 6. Garc.de beneſ. par. 7. cap.13. vbi ampliat 6. mod. & limitat tribus n.90. vſque ad fin.tit. de fructib. beneſ.excomm.&c.* non priuat beneficiis obtentis, *Garc. de beneſ.par.7.cap.13. tit. de fructib. beneſ. excomm. n.90. & ſeqq.Pan.in c. 1.n.24. de iud. & ibi Can.* niſi in excommunicatione perſeuerauerit per annum, *Pan.in c.poſtulaſtis n.7.de cleric. excomm. miniſt.per c.1.de iud. Ioan. And. in c.cum bonæ ſub n.11. & 12. de ætat qualit. præficien.Butr.in c.1.n.20. & 43.de iud.& ibi Can.Card. Seraph.deciſ.1285.per totam Rot. Farin. deciſ.172. n. 7. quæ tradit quomodo inſordeſcentia probetur par. 1.* inhabilitat ipſo iure ad omne beneficium eccleſiaſticum conſequendum, *l. poſtulaſtis de cler.excom.&c.miniſt.& ibi Pan.& Can.notant late Couar. in c.alma mater in priori parte §.7.in prin.de ſent.excõ. in 6.Garc.de bene.par.7.cap.13.per tot.vbi ampliat octo modis & limitat tribus*, etiã ex reſignatione in fauorem excommunicati facta, *Put.dec.11.de renunciat.Zab.in clem.1.verſ.ipſius n.4.de pœnit. Couar.in c. alma mater §.7.n.2.par.1. verſ. quinto hinc conſtat de ſent.exc.in 6.* excommunicato tempore collationis & captæ poſſeſſionis non datur manutentio, *Greg.15.deciſ.64.n.3.& ibi addit plures cumulat: licet contrariũ teneat Menoch.remed.vlt.retinen.n.43.in fi. & Garc.de beneſ.par.7.cap.13.n.89.* & ſpoliato non datur reſtitutio, *Rot.deciſ.5.de ſent:exc.in antiq.Put. deci.78.lib.3.Garc.de beneſ.par.1.cap.5.n.130.& ſeqq. in penſionario excõmunicato.* Conferens ſcienter excõmunicato beneficiũ, tamdiu debet à beneficiorũ collatione per ſuperiorẽ abſq; alia monitione

Digitized by Google

tione ſuſpendi, donec ſuper hoc veniam conſe-
qui mereatur, *c. poſtulaſtis de cleric. excomm. miniſt. & ibi Pan. n. 3. & 6.* nec hoc caſu habet locum *c.*
grave de præbend. Ignoranter conferens non
punitur, collatio tamen non tenet, quia confe-
rentis ignorantia non poteſt excommunicatum
habilitare, *arg. c. innotuit de elect.* etſi excommuni-
catus abſoluatur, non conualeſcit collatio inte-
rim facta, niſi impetrata fuerit noua prouiſio,
vel ab epiſcopo, vel à Sede apoſtolica, quando
propter contemptum Sedis apoſtolicæ excom-
municatus fuiſſet, vel talis foret excommunica-
tio, à qua ſolus Papa poteſt abſoluere, *d. c. poſtu-
laſtis & ibi gloſ. ord. & marg. de cleric. excomm. miniſtr. & ibi Io. And. n. 6. cap. cum bone de ætat. qualit. & ord.
præfic.* & maxima cenſetur capitis diminutio,
*gloſ. in § maxima in verb. Interdictum inſtit. de cap. di-
minut. & ibi Dd.* proprie tamen non æquiparatur
deportationi, neq; etiam relegationi, ſed ſimili-
tudo procedit in aliquibus, non in omnibus,
Pan. in c. paſtoralis § verum ſub n. 18. de appell. excom-
municatio obiici poteſt coram Iudice ſæculari,
*l. 1. Cod. de iur. & fact. ignor. & ibi not. l. placet & ibi
Bart. C. de ſacroſ. eccleſ. & ibi Dd.* ſed per eum remit-
ti debet ad Iudicem eccleſiaſticum, coram quo
eſt probanda, adeo quod etiam per inſtrumen-
tum non poteſt probari coram Iudice ſæculari,
*c. ſi iudex laicus hoc tit. in 6. & ibi not. Bald. in l. 3. n. 6.
& 7. C. de iud.* quia inſtrumentum productum
coram iudice non competente nõ probat, cum
omnis probatio fieri debeat iudici competenti,
l. 2. C. de edend. Plures effectus excommunicatio-
nis cumulat ſumma Angel. in verb. excommu-
nicatio vltimo &c. & ibidem ſummiſtæ ad quos
13 me remitto. Reſpectu † ipſius excommunicati
trahit ſecum executionem paratam maior excõ-
municatio, ſtatimq; operatur quoad omnes ſuas
potentias, nec eſt neceſſaria declaratio, vnde ſi
iudex etiam in obligatũ vigore obligationis Ca-
meralis ferat decretũ de ſoluendo niſi infra tres,
virtute huius decreti illico eſt excommunicatus,
ſi ille nõ ſoluerit infra tres dies, & licet occultus
eſſet excommunicatus etiã non publicatus, col-
latio ei facta non tenet, *Pan. in c. poſtulaſti n. 4. de
cler. excom. miniſt.* pulchre *Caſſad. dec. 1. de præb. Franc.
Marc. dec. 967. per totã par. 1.* & excõmunicatus ab
epiſcopo vnius eccleſiæ, eſt neceſſario excõmu-
nicat⁹ quoad omnes eccleſias, *c. ſi quis 1. & 2. c. cu-*
14 *ria 11. q. 3. c. ad repr. de off. ord.* ſed reſpectu † fideliũ,
vt teneantur vitare excommunicatum ſub præ-
textu excommunicationis, vel cuiuſcunq; cen-
ſuræ à Canone vel ab homine promulgatæ, ſiue
in diuinis ſiue extra, aut interdictum Eccleſia-
ſticum obſeruare, non operatur præterquam in
duobus † caſibus, 1. quando ſententia † excom- 15
municationis, vel cenſuræ huiuſmodi nomina- 16
tim & publicè & expreſsè fuerit publicata, &
denunciata, 2. quando qui eſt manifeſtus per-
cuſſor clerici, licet non ſit denunciatus, *Felin. in c.
Rodulphus n. 38. in fine & n. 39. de reſcript. at melius &
diſtinctius Cand. aureum par. 2. de excomm. n. 70. &
75. & pluribus ſeqq. vbi refert decreta Concilij Conſtan-
tien. & Baſilien. & dicit ſequendum eſſe decretum Con-
cilij Conſtant. à me relatum & plures doctores citat
Garc. de benef. par. 7. c. 14. n. 36. & pluribus ſeqq* & iu-
ra antiqua circa euitationem excommunicato-
rum ſunt correcta: facta eſt autem dicta conſti-
tutio à Concilio Conſtantien. in fauorem fi-
delium, & nullo modo releuat ipſum excom-
municatum, vel alia cenſura Eccleſiaſtica noda-
tum, quia excõmunicato non vitare multo ma-
gis quam non vitari periculorum exiſtit, non vi-
tare ſiquidem (cum in eo ſit) excommunicatus
ſine delicto non poteſt, ſed cum ex alijs pende-
at, ſine ſuo delicto, poterit non vitari, *c. illud §.
licet autem de clerici excom. miniſtr. c. ſi quis Epiſcopus
damnatur & cc. ſeqq. 11. quæſt. 3.* hinc infertur quod
ſi fidelis in communione ciuili incipit prius
communicare cum excommunicato, ex dicta
conſtitutione Concilij Conſtant. neutrum pec-
care, quia fidelis habet priuilegium, & excom-
municatus ſimiliter non peccat reſpondendi,
quod conceditur illi in fauorem fidelis, quando
verò ipſe excommunicatus prior incipit com-
municare, cum fideli, peccat ſicut olim, *Cand.
aur. par. 2. de excom. n. 78. plures citans.* Item quod li-
citè à fidelibus petantur Sacramenta à parocho
excommunicato, ſed non denuntiato, nec tunc
peccare excommunicatum parochum, modo
ipſum pœniteat de peccato, quodq; parochus
requiſitus licitè adminiſtret Sacraméta excom-
municatis non denunciatis, ſed parochum ex-
communicatum non denunciatum, qui ſpontè
ſe ingerit diuinis, aut excommunicatum non
denunciatum petentem ſibi adminiſtrari ſacra-
menta peccare ſicut olim, *Cand. aur. par. 2. de ex-
comm. n. 79. & 80. plures citans.* Operatur excom-
municatio dictos effectus quoad homines, ſiue

Digitized by Google

iuſta ſit, ſiue etiam iniuſta, *c.1.11.quæſt.3.* ex animo, vel ex ordine, ſiue ex cauſa, *c. ſi epiſcopus 11. quæſt.3. gloſ. in ſumma 11. quæſt.3. c. ſacro & ibi gloſ. in verb. iuſta fuerit hoc tit.* niſi ſententia excommunicationis foret nulla ex defectu iuriſdictionis, vt ſi delegatus ferat ſententiam excommunicationis in cauſis ſibi non commiſſis, *c. cum olim Abbas de off. deleg. & ibi Innoc. n.4. & Can.* aut ex aliis caſibus quos 12. cumulat gloſ. in cap. præſenti in verb. ad cautelam, & ibi Can. hoc tit. in 6. nam excommunicationis nullius, nullus eſt effectus, *c. per tuas hoc tit. & ibi gloſ. & Dd. cap. ſolet hoc tit. in 6.* Non licet communicare cum excommunicato denunciato vel manifeſto percuſſore clerici in contentis inſtaſcripto verſu, os, orare vale communio, menſa negatur, ſi pro delicto quis anathema efficiatur, *c. ſtatuimus & ibi gloſ. in ver. aliis hoc tit. in 6. & Can. Cand. aureum par. 2. de excomm. n.81. & ſeqq.* & communicans ſemper incurrit veniale, non mortale peccatum, *Io. And. in c. ſacris n.20. & ſeqq. vbi excipit ſex caſus in quibus eſt mortale peccatum de his quæ vi metuſq; cauſ. fiunt Franc. in c. ſtatuimus n.3 & ibi Gemin. n.8 hoc tit. in 6. & Can.* exceptis certis perſonis qui excuſantur communicantes communicatis in dictis caſibus qui infraſcripto verſu comprehenduntur.

Hæc anathema ſoluunt ne poſſit obeſſe.

Vtile, *c. ſi vere c. cum voluntate in princ. & §. 1. hoc tit.* lex, *c. inter alia hoc tit. c. quoniam multos 11. quæſt. 3.* humile, *c. quoniam multos 11. quæſt. 3.* res ignorata, *d. c. quoniam multos c. ſicut 1. §. illi præterea de homicid.* neceſſe, *d. c. inter alia hoc tit. d. c. quoniam multos gloſ. mag. panem & explicans dictos verſus in c. cum deſideret & ibi Innoc. & Can. hoc tit.* & cauſa humanitatis poteſt excommunicato aliquid dari ad ſuſtentationem, *d. c. quoniam multos.*

17 Excommunicato omnis competit † defenſio realis, vt eſt exceptio peremptoria rei cohærens, perſonalis deſcendens ab actione perſonali, dilatoria ſolutionis declinatoria, qualis eſt exceptio incompetentiæ iudicis, recuſatio, dilatoria ratione temporis feriati, loci incongrui, reſcripti ſubreptitii, vel inepti libelli, & quælibet alia exceptio tendens ad ſuam defenſionem, *c. cum inter de except. & ibi gloſ. mag. in verb. defenſio & Can. Io. And. in c. à nobis n. 7. de except. & ibi Can. Socin. in c. ſacris n.363. & ſeqq. hoc tit.* ac replicatio, vt ago contra te ex mutuo, excipis de pacto de non petendo, replico de pacto de petendo, tu opponis contra replicationem, excommunicationem, certè hæc duplicatio non obſtat replicationi, quia replicatio ſe habet ad exceptionem, ſicut exceptio ad actionem, eſt enim replicatio quædam defenſio contra exceptionem, *Inſtit. de replicat. in princ.* abſurdum enim foret quod haberetur reſpectus ad pactum de non petendo, & non ad pactum ſequens de petendo, *Pan. in c. à nobis n.12. de except. Specul. in tit. de except. §. fin. n.3. & 4.* & ſic reus non poteſt excipere de excommunicatione contra replicationem, ſed bene poteſt excipere contra perſonam actoris, vt repellatur à iudicio, quia excommunicatio in qualibet parte iudicii opponitur, *cap. exceptionem de except. c. 1. de except. in 6.* Item competit excommunicato appellatio, non quidem ab excommunicationis ſententia, quam dicit iuſtam, ſed ſuper alio articulo, vel alia cauſa, & ſi opponatur ſibi de excommunicatione, poteſt replicare quod de hoc non eſt diſputandum, quia tenet locum rei, *c. fin. de except. Pan. in cap. per tuas n.7. hoc tit.* Quinimò ſi excommunicatus conueniatur ſuper eo pro quo fuit excommunicatus iniuſtè, poteſt excipere, quod non tenetur reſpondere, niſi ſibi reſtituatur communio hominum qua fuit iniuſtè priuatus, dummodo oſtendat quod iniuſte fuit excommunicatus, *gloſ. 1. in fine in c. cum inter de except. Rot. deciſ. 14. hoc tit. in antiq.* præterea excommunicatus poteſt intrare religionem, *c. 1. de eo qui furt. ord. ſuſcepit*, contrahere matrimonium, *c. ſignificaſti de eo qui duxit in matr. quam poll.* optare, quia non eſt noua collatio, *Rot. deciſ. 8. hoc tit. in antiq. c. fin. cum ibi not. per Archid. & Can. de conſuet. in 6.*

Infligitur excommunicatio † maior aliquan- 18
do à iure ſiue canone, qua quis ob delictum, *c. epiſcopi & ibi gloſ. 1. & Canon. 11. quæſt. 3.* ab ipſo ſolum canone abſque iudicis miniſterio innodatur, quæ excommunicatio canonis, & alio vocabulo latæ ſententiæ excommunicatio nuncupatur, *c. nuper §. in ſecundo & ibi Can. hoc tit. cap. curæ in fine 11. quæſt. 3.* qualis caſus triginta gloſ. enumerat in c. eos qui in verb. Canonis hoc tit. in 6. & ibi Franc. & quinquaginta gloſ. in clem. 1. in verb. canonis hoc titul. requiritur tamen citatio, & neceſſaria eſt ſententia declaratoria ſuper facto, niſi ſit publicum & notorium, & ab ea poteſt appellari, vt latius tractatur per Dec. poſt Panorm. num. 10. & Canon. in c. peruenit

Digitized by Google

19 uenit el.1.de appell. aliquando infligitur † à iu-
dice poteſtatem habente, & hæc dicitur à iudi-
ce ſiue ab homine, aut iudicialis excommuni-
catio, quia iudicis miniſterio infertur, d.c.nuper
§.in ſecundo hoc tit. ratione contumaciæ tantum,
c.epiſcopi & ibi gloſ.1. 11. quæſt.3. de qua conſtare
debet in actis, c.ſacro §.caueant & ibi Pan. n. 4. hoc
tit. ſiue contumacia conſiſtat in non veniendo,
ſiue in non parendo, Panorm. in rubric. huius tit. in
princ. Pan. in c. officii n.2. hoc tit. & ibi Can. c. ex parte
& ibi Pan. n.3. & Can. & cap. cum olim de verb. ſignif.
aut in non ſatisfaciendo, etiam de fructibus
non liquidatis, aut de alia incerta quantitate,
in qua extitit generaliter condemnatus, & non
relaxatur donec plene fuerit ſatisfactum, Rot. de-
ciſ.5. de re iud. in nou. c. paſtoralis §. verum & ibi Can.
de re iud. ſed hoc caſu iudicatus comparens & of-
ferens ſe paratum ſatisfacere, non poteſt publi-
cari, Achill. deciſ.1. hoc tit. arg. cap. ſolet hoc tit. in 6.
multæ autem ſunt differentiæ inter excommu-
nicationem latam à canone ſeu ſtatuto & pro-
ferendam ab homine cumulatæ per Franc. in c.
Romana §. caueant numero 4. hoc titul. in 6. &
ibi Can.

20 Fulminant excommunicationem † ſolus epi-
ſcopus cum ſolemnitate, c. debent 11. quæſt.3. abſ-
que illa ſolemnitate omnes prælati inferiores,
qui ordinariam habent iuriſdictionem, c. cum in
eccleſiis de maior. & obed. & ibi Pan. in 2. not. c. cum ab
eccleſiarum & ibi Pan. n.3. de off. ord. delegatus apo-
ſtolicus ſimpliciter ſine aliqua forma expreſſa,
c.1. & c. præterea de off. deleg. Curati de iure com-
muni non poſſunt excommunicare, Pan. in c.2.
n.10. & in c.3. in fine n.1. de off. ord. c. nemo & ibi gloſ.
1. 2. quæſt.1. Abbatiſſa excommunicare ſuſpen-
dere ab officio, vel interdicere non poteſt ea
ſuſpenſione & interdictione quæ inducit irre-
gularitatem, ſed bene ſuſpendere à beneficio,
vel recurrere poteſt ad ſuperiorem, vt ſuam ſen-
tentiam mandet executioni, & excommunicet
inobedientes, c. dilecta & ibi gloſ. mag. Pan. nu 5. &
Can. de maior. & obed. quia cenſuræ pertinent ad
claues eccleſiæ, c. noua de pœnit. c. tanta de exceſ. præ-
lat. prætetea excommunicare non poſſunt præ-
latis excommunicati, interdicti, ſuſpenſi à iuriſ-
dictione, c. audiuimus c. aperte 24 quæſt.1. c. tanta &
ibi gloſ. in verb. inanes de exceſſ. prælat. quia illi iam
antea fuerunt proſtrati vnde quemlibet eiicere
non poſſunt extra eccleſiam, gloſ. pen. in c. fin. de
ord. ab epiſc. qui renunc. epiſcop. c. aperte 24. quæſt.1. in-
truſi in beneficio, late Gemin. in c. propter nu.2. 19.
diſt. Felin. in c. veniens n.2. & 3. de accuſat. & qui non
ſeruarunt interdictum poſitum à Sede apoſto-
lica, quia ſunt ſuſpenſi ab omni beneficio, offi-
cio & iuriſdictione, c. fin. de exceſſ. prælat.

Excommunicari poteſt † ſubditus & inferior 21
reſpectu excommunicantis, c. à nobis el.1. hoc tit.
c. Romana §.1. hoc tit. & excommunicatus iterum
poteſt excommunicari pro eadem cauſa & pro
diuerſis, ab eodem iudice, & à diuerſis, c. Engel-
ſtrudam 3. quæſt.4. & ibi gloſ. fin. c. officii & ibi gloſ. 1.
hoc tit. & Pan c. ita quorundam in fine de iudæis, &c.
ac etiam excommunicatus à iure pro certo de-
licto poteſt à ſuperiore iterum excommunica-
ri pro eodem delicto aliter non reiterato, nec
contumacia aliter de nouo contracta, c. ita quo-
rundam de iudæis &c. c. reprehenſibilis & ibi Panorm.
numero 7. de appell. & Canon. Ratio eſt quia duo
ſunt effectus excommunicationis, eiiciendi ex-
tra eccleſiam, & eiectum confirmandi, ſiue vt
verbis Doctorum vtar, deiectio & legatio,
quantum ad primum effectum excommunica-
tus excommunicari non poteſt, quantum ad ſe-
cundum poteſt, gloſ. in d. c. Engelſtrudam in fine 3.
quæſt.4. Anchar. in c. ita quorundam poſt gloſ. in verb.
excommunicatio num.7. & ſeqq. de iudæis &c. gloſ. 1.
in c. officiu & ibi Can. hoc tit. ſimiliter infamis ite-
rum infamari poteſt, l. palam §. quæ in adulterio ff.
de rit. nupt. excommunicari non poteſt maior ab
inferiore, c. inferior & ibi gloſ. 1. mag. & c. deniq; 21.
diſtinct. vniuerſitas & collegium, ne contingat
innoxios ligari, c. Romana §. fin. hoc tit. in 6. mor-
tui pro criminibus in vita commiſſis, quia iam
ſunt extra eccleſiam, & non ſunt homines,
ſed poterit Iudex declarare dum viuerent in
excommunicationem incidiſſe, cap. damnationes
§. his authoritatibus & cap. ſanoel. 2. 24. quæſtione ſe-
cunda.

Sententia excommunicationis † ferri de- 22
bet in ſcriptis, capite primo hoc tit. in 6. præmiſſa
competenti perſonali, Rot. deciſ.2. numero 52. de
reſcript. in nou. & deciſ.1. numero 3. & 4. de feriis & de-
ciſ.11. de dol. & contum. in nou & deciſ. 28. numero 5.
de appell. in antiq. cap. ſi aduerſarius & ibi not. de eo qui
mitt. in poſſ. cauſa rei ſecu. Sarnen in reg. de annali quæ-
ſtione 48. in fi. Felin. in c. cum contingat ſub numero 10.
verſ.

verſ. tamen caue de reſcript. c. ſacro hoc tit. c. cum ſpecia-
lis de appell. monitione trina, vel vna pro omnibus
vt ſe corrigat facta nominatim cum interuallo
dierum, c. ſacro & ibi gloſ. 1. & Can. hoc tit. c. ſtatui-
mus & ibi gloſ. in verb. monitionem canonicam & cap.
conſtitutionem hoc tit. in 6. non pro paruis aut le-
uioribus cauſis, aut rebus minimis, c. epiſcopi &
ibi gloſ. in ver. minimis & c. nullus 11. quæſt. 3. ſed ex
cauſa rationabili quæ ſit manifeſta, & coram eo
probata, c. ſacro §. caueant hoc tit. & ibi Pan. nu. 4. &
Can. c. nemo 2. quæſt. 1. non enim ſufficit quod ſit
nota ſoli prælato, c. ſi tantum & c. placuit 6. quæſt. 2.
præterita vel præſenti non futura, c. Romana §.
caueant hoc tit. in 6. & ibi Anchar. ſub n. 4. & in ſen-
tentia expreſſa, c. 1. §. quiſquis hoc tit. in 6. ac à iudi-
ce ſedente in ſcriptis recitari, c. fin. §. fin. de ſent. &
re iud. in 6. Anchar. in terminis noſtris in c. præterea 40.
n. 3. in fine & n. 4. & 5. in fine de appell. & Can. dato
ſententiæ exemplo excommunicato, intra men-
ſem ad eius requiſitionem, ſuper qua requiſitio-
ne debet fieri publicum inſtrumentum, vel lit-
teræ teſtimoniales confici ſigillo authentico
conſignatæ, d. c. 1. §. quiſquis hoc tit. in 6. Si quis Iu-
dicum aliter tulerit ſententiam excommunica-
tionis per vnum menſem, exceptis epiſcopis &
ſuperioribus prælatis, c. quia periculorum hoc tit. in
6. ab ingreſſu eccleſiæ & diuinis officiis eſt ipſo
iure ſuſpenſus, & ſi contingat eum diuina offi-
cia exequi ſicut prius in quocunque officio &
quibuſcunque horis incurrit irregularitatem,
ſuper qua nonniſi per ſummum Pontificem po-
terit diſpenſari, Superior ad quem recurritur
excommunicationem ſine difficultate relaxat,
& latorem excommunicato ad expenſas & o-
mne intereſſe condemnat, & alia punit animad-
uerſione condigna, d. c. 1. § ſi quis & §. ſeq. & § fin.
hoc tit. in 6. nam ſententia excommunicationis
lata non ſeruato prædicto ordine, tenet, ſi lata
fuerit per ordinarium, ſecus ſi per delegatum, c.
1. & ibi gloſ. in verb. cauſam in fine & in verb. propter
quam hoc tit. in 6. Rot. deciſ. ſi poſt n. 3. verſ. præterea de
appell. in nou. Rot. deciſ. 10. & deciſ. 23. hoc tit. in antiq.
Felin. in c. ſacro ſub n. 2. verſ. fallit hoc tit. plures citans.
Eadem obſeruari debent in ſuſpenſionis & in-
terdicti ſententiis, dict. cap. 1. §. & hæc eadem hoc
tit. in 6.

23 Appellatio † à ſententia excommunicationis
operatur effectum iuriſdictionis deuolutiuum,
non ſententiæ ſuſpenſiuum, c. ad reprimendam de
off. ord. & ibi Pan. n. 5. 8. & 9. c. per tuas hoc tit. & ibi
Pan. n. 2. & 9. c. paſtoralis de appell. & ibi Can. ideo
poteſt † excommunicatus non obſtante appel- 24
latione publicari, quia excommunicatio ſecum
trahit executionem, & excommunicatus per
denunciationem amplius non ligatur, c. paſtora-
lis §. verum de appell. & ibi Pan. n. 22. & Can. c. ſacro
hoc tit. c. is cui §. ſane & ibi Franc. hoc tit. in 6. quod
procedit in ſententia excommunicationis &
cenſurarum † pure lata, ſecus ſi lata fuerit, aut 25
præceptum factum fuerit ad ſoluendum Prapoſ.
in c. præterea el. 2. in fine de appell. & Can. conditio-
naliter, niſi infra ſex dies, vel aliud tempus, et-
iam cum clauſula ex nunc, & medio tempore
ante euentum conditionis iuriſdictio iudicis
fuerit quoquomodo finita, Franc. in d. c. præterea
n. 11. & ibi Prapoſ. n. 9. quia poſt extinctam iuriſ-
dictionem iudicis, impoſſibile eſt dicere quod
Iudex tempore purificatæ conditionis fulmina-
uerit excommunicationem, quia extremum à
quo non eſt habile actu, Bart. in l. ſi is qui pro em-
ptore n. 8. & 52. & ibi Dd. ff. de vſucap. Bald. in l. gallus
§. ſi eius qui num. 4. in fine ff. de lib. & poſthum. Zab. in
clem. quod circa de elect. aut ſi medio tempore an-
te euentum conditionis fuerit appellatum, et-
iam poſt decem dies à lata ſententia, Pan. in d. c.
præterea num. 8. Boich. in princ. diſtinguit Franc. n. 8.
quia tunc appellatio nedum deuoluit cognitio-
nem & executionem, verum etiam ſuſpendit
iuriſdictionem iudicis, ac ſententiam excom-
municationis & cenſurarum, c. præterea 40. de ap-
pell. & ibi Pan. num. 11. & Can. Socin. in c. ſacro num.
124. & ſeqq. de ſent. excomm. vt ſubſecuta denun-
ciatio ſit ipſo iure nulla, Gemin. in c. licet num. 3. &
Can. de ſent. excomm. in 6 idem Gemin. conſ. 99. num.
3. 4. & ſeqq. Item procedit in publicatione ex-
communicationis latæ à iudice ordinario, ſe-
cus ſecundum aliquos in excommunicato à de-
legato, argum. c. paſtoralis §. 1. de off. deleg. Capel. Tho-
loſ. quæſt. 300. & ſeq. & ibi late adden. quia cum
conſtet de excommunicatione quæ iniuſta eſt
timenda, poteſt publicari non obſtante qua-
cunque appellatione, dummodo Iudex non
detulerit appellationi & per huiuſmodi dela-
tionem iuriſdictionem à ſe abdicauerit, Pan. in
d. c. paſtoralis §. verum num. 22. & Can. Achil. deciſ. 4.
hoc tit. ſed non procedit in ſententia † declara- 26
toria incurſus cenſurarum propter ſententiam
excommunicationis latam ei canone, Dec. in c.

peruenit

peruenit el.1.n.10.11.& 12.de appell.& ibi Pan.n.5.&
6.Zab.in clem.1.§.ſi quis autem nu.10. de ſequeſt. poſſ.
& fruct.& ibi Can.Franc.in c.is cui §.ſane in 3.limit.
hoc tit.in 6. quia hæc ſententia habet annexum
factum,in quo potuit Iudex decipi, ideoque ap-
pellatio ſuſpendit,& requiruntur tres ſententiæ
conformes; vel propter inobſeruantiam litte-
rarum apoſtolicarum ab executore earum,quia,
per appellationem omnia geſta per executorem
reſoluuntur in vim citationis, *Bald.poſt gloſ.in l.de*
pupillo §.meminiſſe n.2.ff.de nou.oper.nunc. Franc.in c.
1.in fine princ.verſ.vltimo quærit de conceſſ.præb. in 6.
Achil. d.deciſ.4.hoc tit.n.10:& generaliter vbicun-
que declaratoria non venit poſt rem iudicatam,
ſed venit poſt factam,quod requirit tres ſenten-
tias,vel in executiuis non poteſt iudex in vna &
eadem ſententia canonizare & declarare, *c.Ro-*
mano §.caueant & ibi Franc.in 2.not.& Can. hoc tit.
Franc.in cap.is cui §.ſane verſ.tertio limita hoc tit.in 6.
Zab.in clem.1.§.ſi quis autem quæſt.11. de ſequeſt. poſſ.
& fruct.Dec.in c.peruenit n.10. & ſeq. de appell. niſi
daretur clauſula ſine retardatione ſolutionis
penſionis,*dixi ſupra vt eccleſ.beneſ ſine dim.* aut ſen-
tentia declaret adeſſe attentata, & incurſum
fuiſſe in cenſuras, *Achill.deciſ.3 & deciſ.4.in fin. hoc*
tit.Zab.in clem.1.§.ſi quis autem in fine de ſequeſt. poſſ.
& fruct.per c.paſtoralis §.fin. de appell. Amplia di-
ctam regulam quod appellatio interpoſita poſt
ſententiam definitiuam intra decem dies non
reuocat per modum attentati excommunica-
tionem medio tempore intra ſententiam & ap-
pellationem latam, ſicut reuocat alia attentata,
ſed neceſſaria eſt abſolutio,*c.venerabilibus §.porro*
in princ. & ibi gloſ. in verb. appellatum hoc tit. in 6.
quod eſt limitandum, vt procedat quoad pro-
lationem ipſius ſententiæ excommunicationis,
monitio vero & denunciatio, & omnia execu-
torialia ſententiæ excommunicationis in facto
conſiſtentia reuocantur per viam attentati, *Rot.*
poſt Io.Monac.in c.is cui numero 5.& 6.hoc tit.in 6.de-
ciſ.Si poſt numerum 3.verſ.ſed quidquid ſit de appell. in
nou.pro quo videatur text.in c.dilectis §.quia vero verſ.
cum interim appellat.interpoſita procedere non debuerat
ad ſenten.exequen.de appell.

27 Excommunicatus abſtinens † à prohibitis
excommunicato per hoc non cenſetur renun-
ciare appellationi interpoſitæ, *Dec.in c.gratum n.*
27.& ſeqq.de off.& pot.iud.deleg.

Appellans † à ſententia excommunicatio- 28
nis,& agens de eius iniuſtitia non auditur pro-
bare volens eius iniuſtitiam, niſi ante omnia
petat abſolutionem, *c.per tuas & ibi Pan.numero*
3.hoc tit.c.cum contingat §.in eo de off.deleg. Bald.in d.
c.cum contingat in princip. ne cenſuram eccleſia-
ſticam contemnere videatur, & per hoc am-
plius ex ſuo contemptu ligetur,epiſcopus † quo- 29
que dicens quod iuſte eum excommunicauit,
& petens ſuper eo probationes ſuas admitti ad
impediendam abſolutionem, non eſt audien-
dus, cum & ſi pro certo conſtaret rationabili-
ter in illum ſententiam excommunicationis
promulgatam eſſe, nihilominus eſſet abſolu-
tio impendenda humiliter poſtulanti, ideo
protinus eſt abſoluendus, vt ſic demum vtriuſ-
que partis probationibus admiſſis, vtrum iuſte
vel iniuſte ligatus fuerit decernatur,*cap.cum con-*
tingat §.verum ſi proponat de off.deleg. d.c.per tuas §.
nos igitur hoc tit. Archiepiſcopus † vel eius offi- 30
cialis,*c.venerabilibus §.porro hoc tit.in 6.* poſſunt
excommunicatos in iudicio vel extra iudicium
à ſuffraganeis in caſibus in quibus competit eis
iuriſdictio, & excommunicatio dicitur iniuſtè
lata, antequam incipiant cauſam audire ad pe-
titionem partis, vel ex officio iuxta formam
eccleſiæ,*c.cum deſideres hoc tit.* videlicet recepta
cautione iuratoria de parendo iuri & ſatisfa-
ciendo expenſis in euentum in quo apparuerint
iuſtè excommunicati, quamnis in hoc excom-
municator vel aduerſarius ſe opponat, *cap.ſolet*
& c.venerabili §.porro hoc tit.in 6.cap. per tuas & ibi
gloſ.in verb.ad cautelam hoc tit. c. qua fronte de appell.
ſimpliciter ſiue de facto, *c.ad præſentiam de appell.*
vel ad cautelam abſoluere, niſi ex aduerſo ex-
cipiatur quod excommunicatus fuerit pro ma-
nifeſta offenſa vel contumacia eiuſque offera-
tur probatio intra octo dies,qui incipiunt cur-
rere ipſo iure ſine alia aſſignatione à die exce-
ptionis per Iudicem admiſſæ, *Rot.deciſ. 4. hoc*
tit.in nou.c.ſolet hoc tit.in 6.& ibi Can. & ſi pro-
bauerit quod opponit, non relaxatur ſenten-
tia, niſi prius ſufficiens præſtetur emenda
quando offenſa eſt manifeſta, vel competens
cautio de parendo iuri ſi offenſa eſt dubia, *cap.*
ſolet §.in prima hoc tit.in 6.cap.venerabilibus §.por-
ro hoc titul.in 6. aut quando manifeſta eſt con-
tumacia realiter ſoluantur expenſæ, vel de eis

reficiendis cautio fideiuſſoria vel pignoratitia
detur, *Rot. deciſ. 1. & 2. hoc tit. in nou. c. venera-
bilibus §. porrò de ſent. excommunicat. in 6. capit. pri-
mo, & ibi poſt gloſ. Canon. de iud.* & exceptis caſi-
31 bus † in quibus iura prohibent poſt ſenten-
tiam appellare, *c. venerabilibus §. porrò hoc tit.
in 6.* quibus caſibus licet non poſſint relaxa-
re excommunicationem latam, tamen pote-
runt inhibere ne dictæ excommunicationis
ſententia mandetur executioni, *c. d. c. venera-
bilibus §. porro & ibi gloſ. in verb. caſibus Franc. ſub
32 numero ſexto, circa fin.* Is vero † qui agit de nul-
litate ſententiæ excommunicationis contra ſe
latæ, *c. ſolet cap. præſenti & ibi gloſ. in verb. ad cau-
telam hoc tit. in 6.* vel aſſerit in ſententia excom-
municationis intolerabilem errorem patenter
fuiſſe expreſſum, vel conqueritur ſe poſt ap-
pellationem à definitiua vel interlocutoria le-
gitimè interpoſitam excommunicatione fuiſ-
ſe innodatum auditur, licet non petat abſo-
lutionem pure vel ad cautelam, & vtriuſque
partis probationes admittuntur per quas ap-
parebit an abſolutione indigeat conquerens,
vel denunciandus ſit non ligatus, *c. cum con-
tingat §. 1. & 2. ff. de off. iud. deleg. cap. per tuas hoc
tit. & ibi gloſ. mag. in verb. intolerabilem errorem &
ibi Pan. numero tertio.* nec hoc caſu debet ſe ge-
rere pro excommunicato, aut interdicto, aut
abſtinere ab aliquibus actibus legitimis vel
extraiudicialibus aut à diuinis, *Archid. poſt
gloſ. fin. in cap. licet numero tertio, & Canon. hoc
tit. in 6. Gemin. conſ. 99. numero quarto, & ſeqq.*
quia abſolutio non eſt neceſſaria, vbi ex-
communicatio eſt nulla, *Pann. in cap. per tuas
33 numero nono, in fine hoc tit.* tutius tamen † eſt
in hiſce caſibus petere abſolutionem ad cau-
telam, *c. per tuas §. nos igitur hoc tit: cap. ſolet
cap. venerabilibus §. ſed ſi ex cauſa & §. pen. &
fin. hoc tit. in 6.* citato illo pro quo lata eſt ſen-
tentia, vel iudice qui illam tulit, *Boich. in cap.
per tuas numero ſeptimo, hoc tit.* quia non petita
abſolutione, is qui ad probandum admitti-
tur, pendente probationis articulo in cæteris
quæ, vt actor in iudicijs attentauerit, inte-
rim euitatur, extra iudicium verò in officijs,
poſtulationibus & electionibus, ac alijs legi-
timis actibus nihilominus admittitur, *d. cap.
ſolet §. fin. hoc tit. in 6. & ibi gloſ. fin. Franc. &
Canon. cap. paſtoralis §. fin. & ibi gloſ. pen. de ap-
pell.* quibus conuenit ſtylus Curiæ, iuxta quem
in quibuſuis impetrationibus ad effectum vali-
ditatis & ſubſiſtentiæ illarum concedi conſue-
uit abſolutio ab excommunicatione, *Nauar.
conſ. 28. numero 18. & 21. hoc tit.* quæ non prodeſt
inſordeſcentibus iuxta regulam Cancellariæ de
inſordeſcentibus, falſificantibus litteras apo-
ſtolicas, aut in eis manum apponentibus, impe-
dientibus nuncios apoſtolicos, hæreticis, *Man-
doſ. de ſign. grat. titul. abſolutio ab excommunicatione
verſ. abſolutio ab excomm. non ſuffragatur &c. & verſ.
ſeq.* non iuuat irregularem, *Nauar. conſ. 17. nume-
ro 1. de cler. excom. miniſt. Pariſ. de reſign. lib. 4. quæſtio-
ne 3. numero 32. & ſeq. & numero 40.* Rota abſol-
uit, præuia citatione partis aduerſæ ad effectum
validitatis ſententiæ, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. abſo-
lutio ab excommunicatione verſ. Rota etiam quando.*
Rota † ſemper conſueuit abſoluere à cenſuris 34
latis in partibus ad cautelam cum reincidentia
ad beneplacitum, *cap. ad reprimendam in fine de off.
ord.* etiam abſque aliqua cauſæ cognitione,
quando commiſſa eſt cauſa appellationis &
nullitatis, *c. per tuas §. nos igitur hoc titul. Cæſar. deciſ.
1. hoc tit. Put. deciſ. 39. lib. 1.* licet à cenſuris latis in
Curia non det abſolutionem, niſi aliter conſtet
de nullitate, *Put. deciſ. 39. lib. 1. cap. ad audientiam de
appell. c. apoſtolica de cleric. excomm. miniſtr.* Contra
eum qui petit abſolui, non probatur excommu-
nicatio propter hoc quod petit ſe abſolui, niſi
legitimis documentis probetur, *Innoc. in c. cum
dilectus n. 9. de ord. cogn. Franc. in c. licet numero 5. hoc
tit. in 6. Rota deciſ. 11. hoc tit. in antiq.* excommuni-
cationis † ſententia poſt appellationem legiti- 35
mam promulgata per negligentiam appellan-
tis appellationem ſuam minimè proſequentis
non conualeſcit, *c. licet hoc tit. in 6.* quia non ca-
pit effectum à taciturnitate, vel tempore, ſed
ex poteſtate excommunicantis, quæ nulla erat
poſt appellationem legitimam quæ iuriſdictio-
nem ſuſpendit, vnde ſententia excommunica-
tionis poſtea lata non tenet propter iuriſdi-
ctionis defectum, *argum. c. auditis de elect. c. non fir-
matur de reg. iur. in 6. c. quod ab initio de reg. iur. gloſ.
in d. c. licet in verb. conualeſcat & Can.* tum quia ex-
communicatio & eius effectus nunquam ſtant
in ſuſpenſo, ſed ſtatim, aut tenuit, aut fuit nul-
la, licet nos poſſimus dubitare de eius validitate
ante

Digitized by Google

ante exitum appellationis, *Panorm. in c. paſtoralis*
§. verum numero 14. *&* 15. *tradit an geſta per excom-*
municatum valida ſint de appell. Idem iuris eſt ſi de-
fertio inſurgat ex renunciatione tacita vel ex-
preſſa, *c. ſollicitudinem in fine de appell. Franc. in d. c.*
licet poſt Ioan. And. ſub numero primo, hoc tit. in 6. ſed
36 deſerta † appellatione, non ſolum ſententia à
qua extitit appellatum mandatur executioni,
c. ex ratione de appell. ſed etiam quæcunque alia
poſtea lata quæ ab ea dependet, puta excom-
municatio quæ exequi dicitur cum excommu-
nicatus nominatim, ſpecialiter & expreſſe de-
nunciatur, & nedum in iudicialibus, ſed etiam
in extraiudicialibus euitari, ac à legitimis acti-
bus remoueri debebit, quouſque docuerit co-
ram Iudice à quo, vel alio quocunque compe-
tente Iudice quod poſt appellationem legiti-
mam excommunicatus fuerit, vel alias de ipſius
ſententiæ nullitate, *c. licet hoc tit. in* 6. *& ibi Franc.*
& Canon. Ratio eſt quia quæſtio nullitatis non
retardat executionem, ſicut nec alia quæ requi-
rit altiorem indaginem, *c. de cætero de re iud. l.* 4. *§.*
condemnatum ff. de re iud. & ideo donec conſtet
de ipſius ſententiæ nullitate, ſuos ſortitur effe-
ctus, & geſta per illum excommunicatum &
denunciatum medio tempore non tenent, niſi
fortè ratione publici officii, *Panorm. in d. c. paſto-*
ralis §. verum numero 15. *de appell.* & ſi immiſcet ſe
diuinis, non incurrit irregularitatem, *cap. ad præ-*
ſentiam c. dilectis in fine de appell. Archid. in c. licet nu-
mero 3. *hoc tit. in* 6. *Gemin. conſ.* 99. *numero* 4. quia
non contempſit diſciplinam, *cap. apoſtolica de cler.*
excommunic. miniſt. & ibi not. facit cap. fin. de conſti-
tut. in 6. *notant Archid. & Canon. in dict. cap. licet hoc*
tit. in 6.

Qui poteſt ligare, poteſt abſoluere, & qui
poteſt abſoluere poteſt etiam ligare, *cap. inferior*
& ibi gloſ. 1. *ponit falſ. ad illas regulas* 21. *diſtinct.* nam
37 regulariter excommunicatum † ab homine,
alius homo non abſoluit, *cap. cum ab eccleſiarum*
c. paſtoralis & ibi Felin. numero 9. *vbi ampliat & limi-*
tat de off. ord. cap. ab excommunicato de reſcript. & ibi
gloſ. & Canon. niſi vel fuerit appellatum ab eo,
vel ipſe fuerit negligens, *gloſ. mag. in c. ſi inimicus*
11. *quæſtione tertia, & ibi Canon. gloſ. fin. in c. ſi epiſco-*
pus forte 11. *quæſtione tertia*, vnde Archiepiſcopus,
38 † vel eius Officialis excommunicatos ab infe-
rioribus prælatis ſuffraganeorum ſuorum ab-
ſoluere non poteſt, quia nec excommunican-
tium, nec excommunicatorum eſt Iudex, *c. ve-*
nerabilibus in princip. hoc tit. in 6. excommunica-
tum † ab ipſis ſuffraganeis vel eorum officiali- 39
bus poteſt abſoluere in tribus caſibus. Primus
eſt, ſi ab ipſis partibus litigantibus ad eum fue-
rit prouocatum, ſi ſine appellationis interpo-
ſitione aliqua ipſarum de excommunicatione
contra eam lata pro re aliqua querimoniam
deponat, non poterit ei abſolutionem impar-
tiri, quia per viam querelæ à ſubditis ſuffraga-
neorum ſuorum contra eorum ſubditos adiri
non poteſt, *dict. cap. venerabilibus in princip.*
verſic. ſed ſi excommunicatus. Secundus eſt, quan-
do † excommunicatus deponit querelam co- 40
ram eo, de ſuffraganeo ſuper iniuſta excommu-
nicatione, vt imponatur ei pœna, ſecus autem
ſi conqueratur de ipſo, vt relaxetur huiuſmo-
di ſententia contra ſe ab eo pro alio promulga-
ta, quia tueri hanc cauſam, non ad ipſum ſuffra-
ganeum, ſed ad eum pro quo eſt ſententia lata
ſpectat, *d. c. venerabilibus in princ. verſ. ſed ſi excom-*
municatus. Tertius eſt, quando † ſuffraganeus 41
extra iudicium pro ſuorum iurium defenſio-
ne, vel etiam in iudicio ex ſuo procedens offi-
cio, inquirendo videlicet, vel quid ſimile a-
gendo, aliquem excommunicat, *dict. cap. venera-*
bilibus in fine princip. quia ſuffraganeus hoc ca-
ſu coram Archiepiſcopo conueniendus eſt &
cauſam ſuam defendit, ſed notabilis in eo eſt
differentia, quod iure decretalium Archiepi-
ſcopus † per querelam aditus non abſoluit ex- 42
communicatum à ſuo ſuffraganeo, niſi prius
eum remittat, *cap. ad reprimendam & ibi per illum*
text. notat Panormitan. in tertio not. de off. ord. ſed
quando per appellationem cauſa ad eum
defertur, eſt in eius optione an velit remitte-
re, niſi forſan epiſcopus ſubditum ſuum pro-
pter manifeſtum excommunicaſſet exceſſum,
quem metropolitanus non debet abſoluere,
niſi ſuffraganeus requiſitus abſolutionis bene-
ficium ſibi malitioſe denegauerit, *cap. per tuas*
paragraph. nos igitur verſic. quod ſi abſolutionis &
verſ. finali & ibi Boich. numero quarto, hoc titul.
Ex conſtitutione Innocentii quarti poſita ſub
hoc titulo in ſexto, tres caſus diſtinguuntur,
an excommunicatio ſit iuſta vel iniuſta, aut

Digitized by Google

dubitetur, an iuſta vel iniuſta ſit, ſi certum ſit
excommunicationem eſſe iuſtam, ſuperior, niſi
periculum ſit in mora, excommunicatum ad
excommunicatorem prorſus remittere tenetur,
nec debet eum abſoluere niſi excommunicator
requiſitus malitioſe illi beneficium abſolutio-
nis deneget exhibere; ſi certum eſt eam eſſe in-
iuſtam, nequaquam remittendus eſt excommu-
nicatus ad excommunicatorem, ſed debet ſine
difficultate aliqua mox abſolui, quod ſi dubi-
retur an iuſta ſit, vel iniuſta, ſuperior niſi ex-
communicatori deferat, poteſt illam relaxare
iuxta formam eccleſiæ, vbi autem ſuperiori
competit de excommunicatione cognoſcere,
abſolutio ſiue relaxatio, quam ipſe fecerit, te-
net, licet forſan ſit iniuſta, quoniam contra
ius litigatoris abſoluit, *c. venerabilibus §. ſane hoc*
43 *tit. in 6.* Epiſcopus † excommunicationem la-
tam à prælato inferiore ſibi ſubdito poteſt rela-
xare ſi eſt irrationabilis, ſi autem eſt rationabilis
facit eam inuiolabiliter obſeruari, & ſine con-
grua ſatisfactione & abſque eiuſdem inferioris
prælati conſcientia non relaxat, *c. cum in eccleſia-
rum & ibi Panorm. n. 3. & Canon. communiter de Of-
ficio Ordinar.* ſi tamen eam de facto relaxet tenet
abſolutio; *gl. fin. in d. c. cum in eccleſiar. & ibi Boich.
plures cumulans, & Canon.* quia Epiſcopus eſt Iu-
dex ordinarius; omnium qui in ſua Diœceſi ſunt,
c. de perſona 11. quæſt. 1. dictum eſt ſupra tit. de Offic. Or-
44 *dinar.* Papa † & eius Legatus à latere abſoluunt
excommunicatos ab aliis, eiſque iniungunt, vt
ordinariorum ſuorum, vel aliorum quorumli-
bet ſuſcepturi pœnitentiam ab eiſdem, conſpe-
ctui ſe præſentent, & paſſis iniuriam ſeu his qui-
bus propter hoc obligati exiſtunt, ſatisfactio-
nem exhibeant competentem, *c. eos qui §. idem
hoc tit. in 6.* quia in Curia Romana, vel Legato-
rum, circumſtantiæ, quæ ponderantur in im-
ponendis pœnitentiis, vel quæ ſunt arbitrandæ
in ſatisfactionibus, non facilè poſſunt ſciri; *cap.
perpendimus in fin. hoc tit.* & ſi abſoluti, cum pri-
mum commodè poterunt non ſe præſentaue-
rint aut ſatisfecerint iuxta præſcripta, ipſo iure
reincidunt in eandem cenſuram, *d. c. eos qui §. i-
dem hoc tit. in 6.*

45 Debet ſententia † abſolutoria ab excommu-
nicatione ferri cum pœnitentiali pſalmo, &
tam oratione dominica, quam alia conſueta, *c.
à nobis el. 2. §. abſolutionis hoc tit.* purè non condi-
tionaliter, *cap. actus de regul. iur. in 6. c. 1. §. biduum
ff. quoad appell. tit.* præſtita ab abſoluendo, quan-
do excommunicatus fuit pro manifeſta offen-
ſa ſufficienti emenda læſis, *c. ex parte 1. de verb. ſi-
gnif. c. venerabilibus §. porro hoc tit. in 6. Franc. Marc.
deciſ. 620. par. 2.* iuxta proprias facultates, *cap.
porro §. parochianos hoc tit.* quando abſoluitur in
vita, in mortis articulo, ſufficit promiſſio de
ſatisfaciendo, *cap. in litteris & ibi Panorm. numero
quinto, de rapt.* vel ſi pro manifeſta contumacia
excommunicatus ſit, facta reali ſolutione ex-
penſarum, dataue de eis reficiendis fideiuſſo-
ria, aut pignoratitia cautione, & ſufficienti cau-
tione de ſtando iuri, *cap. ex parte el. 1. de verb. ſignif.
Rot. deciſ. 2. hoc tit. in nou.* manifeſta autem dici-
tur contumacia, vel offenſa de qua conſtat
per confeſſionem, vel legitimam probationem
aut rei euidentiam, *cap. cum olim de verb. ſignif.* aut
ſi offenſa vel contumacia dubia ſit, præſtita
cautione iuratoria competenti, quæ non eſt
de ſubſtantia abſolutionis, ſed datur ad cau-
telam, *cap. cum deſideres, & ibi gloſ. in verbo ad caute-
lam, & in verb. niſi forma eccleſia hoc. titul. & Canon.*
quod parebit mandato abſoluentis vel eccle-
ſiæ, *cap. ex tenore cap. cum deſideres c. à nobis el. 2. §.
vnde hoc titul. dict. c. ex parte 1. de verb. ſignif. Goffr. in
Summ. huius titul. numero* 20. etſi non adimplet
quod promiſit, ipſo iure reincidit in excom-
municationem, ſi fuerat excommunicatus à
canone, ſi vero fuerat excommunicatus ab ho-
mine, & eſt abſolutus vt ſupra, ſi non fecerit
quod promiſit, non reincidit ipſo iure in ex-
communicationem, præterquam in caſibus
contentis in cap. eos qui hoc titul. in 6. ſed per
eundem iudicem in eandem ſententiam ex-
communicationis eſt reinducendus, *cap. quæ-
ſtioni quam de appell. & ibi gloſ. pen. & Canon. cap. ad
noſtram & ibi Felin. poſt Panorm. numero ſecundo, de
iureiur. Rot. deciſ. fin. hoc tit. in nou.* ac debet abſol-
uens præcipere abſoluendo, ne vnquam fa-
ciat contra illum canonem, cui contrauenien-
do incurrit excommunicationem, niſi in caſi-
bus conceſſis à iure, *cap. ex tenore hoc titul.* Si quis
pluribus † de cauſis excommunicatus ſit à iu- 46
re vel ab homine, & vnam in abſolutione
expreſſit, altera ſubticita, remanet excommu-
nicatus, quia quot ſunt excommunicationes,
tot

Digitized by Google

tot debent eſſe abſolutiones, *c. cum pro cauſa & ibi*
poſt gloſſ fin. mag. Pan. & Can & c. officij hoc tit. c. 1. qui
clerici vel vouens &c. & ibi Butr. in 4. not. Goffr. in
47 *ſumm. huius tit. n. 22. & ſeqq.* Excommunicatus †
abſolutus omnia priſtina iura recuperat, ſi non
neglexit abſolutionem, ſecus ſi lata fuiſſet con-
tra eum ſententia de amiſſione iuriũ, quia tunc
ea amplius non recuperat, *c. maximum & ibi gloſ.*
pen. 1. quaeſt. 7. & Can. Felin. in c. cũ inter n. 19. & ſeqq.
48 *de except.* In fructibus † diſtinguendum eſt, vtrũ
iuſtè, an iniuſtè fuerit excommunicatus, ſi iniu-
ſtè eos recuperat, *c. ſuper cauſis 2. quaeſt. 5. c. quia di-*
uerſitatem de conceſſ. praeben l. pen. ff. de re milit. ſi fuit
iuſte, excommunicatus non recuperat, ſed ap-
plicantur eccleſiæ, *Pan. in c. paſtoralis §. verum poſt*
49 *gloſſ. n. 21. & ibi Can. de appell.* Abſolutio † non eſt
impendenda niſi petenti, *c. ſignificaſti in fine de eo*
qui duxit in matr. quam polluit &c. per ſe & non per
procuratorem. *Pan. in c. cum deſideres n. 3. hoc tit. &*
Can. quia impœnitenti non datur remiſſio, *c. le-*
gatur 24. quaeſt. 2. c. quemadmodum 23. quaeſt. 7. indi-
50 recte † excommunicatos poteſt compelli, vt pe-
tat abſolutionem, non compellitur ſatisfacere
de cauſa pro qua fuit excommunicatus, etiam
inuocato brachio ſæculari, *c. 2. § per temporalem*
& ibi Hoſt. de maled. Pan. in c. ſignificaſti n. 7. de eo qui
51 *duxit in matr. quam poſt per adult.* Prælatus † quoq;
qui videt hãc medicinam excommunicationis,
etiam iuſte latæ non proficere, ſed officere, po-
teſt eam diſcrete tollere, etiam durante contu-
macia, ex quo videt illius ſaluti ſic expedire, *c.*
prodeſt 23. quaeſt. 5. Io. And. in c. 1. n. 1. hoc tit. in 6. poſt
Diuum Thomam. vt enim in quantum eſt pœna,
ſicut fertur in inuitum, ſic auferri poteſt etiam
ab inuito, *c. 1. de reg. iur.* culpa autem ab inuito
auferri non poteſt, quia voluntate contrahitur,
& ſine illa non remittitur, *c. à nobis el. 2. §. 1. verſ.*
vinculum hoc tit. dictum eſt ſupra de pœnit. & renou.
52 Præterea excommunicato, † in quo indicia fue-
runt pœnitentiæ manifeſta, nec per eum ſtete-
rit, quo minus reconciliaretur eccleſiæ, ſi tamen
morte præuentus beneficium abſolutionis non
potuerit obtinere, ab eccleſia ſubuenitur, nam
ſe informat de ipſius viuentis pœnitentia & cõ-
tritione per euidentia ſigna, ex quibus con-
53 cludit vinculum, quo ligatus erat apud † Deum
in culpæ remiſſione diſſolutum eſſe, illud au-
tem quo ligatus eſt, apud eccleſiam relaxat, ac
ei per ſententiam, abſolutionis beneficium im-
pendit, *c. à nobis el. 2. & c. ſacris hoc tit. gl. 2. in c. quod-*
cunq; 24. quaeſt. 1. & ibi Can. & ante abſolutionem
quantumcumque defunctus ſe iuramento præ-
ſtito, quod eccleſiæ mandato pareret, humilia-
re curauerit, & quantacunque pœnitentiæ ſigna
dederit, quamuis per ea quoad Deum abſolu-
tus fuiſſe creditur, non tamen habendus eſt a-
pud eccleſiam abſolutus, *d. c. à nobis el. 2. §. vnde*
hoc tit. nec debet ſepeliri in eccleſia aut cœmi-
terio, aut eccleſia pro eo ſpecialiter orare, ge-
nerales autem orationes quæ fiunt pro omni-
bus fidelibus defunctis, ei proſunt, *c. literas &*
ibi gloſſ. in verb. tolerare & Can, de reſtit. ſpol. c. ſacris
hoc tit. gloſſ. 2. in fine c. 2. quodcunque 24. quaeſt. 1. ob-
tenta vero abſolutione ſepelitur in eccleſia, &
pro eo oratur ſpecialiter, *d. c. ſacris in fine hoc tit.*
& eccleſia hęredes ipſius ad ſatisfaciendum pro
ipſo, ſi monitione præmiſſa noluerint, per di-
ſtrictionem eccleſiaſticam compellit, *c. à nobis*
el. 2. §. fin. hoc tit. Abſolutio autem illius mortui
à Sede apoſtolica requirenda eſt, qui cum vi-
ueret, ab ea fuerat abſoluendus, aliorum abſo-
lutio ex proximis cauſis cæteris indulgetur, à
quibus dum viuerent, fuerant abſoluendi, *c. à*
nobis el. 2. in. vt autem hoc tit.

Ligatio † vel abſolutio Prælati tenet quoad
Deum, claue non errante, vnde ſi errat, nihil 55
valet quoad Deum, *c. manet 24. quaeſt. 1. gloſſ. 1. &*
2. in c. quodcunque 24. quaeſt. 1. c. cum aeterni de re iu-
dic. in 6. Panorm. in c. à nobis el. 2. n. 3. hoc tit. Gaffr.
in ſumm. huius tit. n. 17. & ſeqq. quia iudicium Dei
veritati, quæ non fallit, nec fallitur, ſemper in-
nititur, iudicium eccleſiæ nonnunquam opi-
nionem ſequitur, quam & fallere ſæpe contin-
git & falli, *d. c. à nobis §. 1. & ibi Pan. n. 2. & Can.*
hoc tit.

Suſpenſio † aliquando ſumitur generaliter, 54
eaque multiplex eſt, *clem. cupientes, & ibi gloſſ. in*
verb. ſuſpenſi de pœnis. Pan. in c. ſi celebrat n. 4. de cle-
ric. excomm. &c. miniſt. aliquando in ſpecie &
particulariter, † & eſt cenſura eccleſiaſtica qua 55
clericus ſæcularis vel regularis ob aliquam cul-
pam à iure vel ab homine, à beneficiorum, of-
ficiorum, ordinum, vel eccleſiaſticæ iuriſdi-
ctionis executione in totum, vel in partem per-
petuo, vel ad tempus prohibetur, *c. presbyter &*
ibi gloſſ. in verb. ſuſpendatur & Can. 2. quaeſt. 4. præ-
ter §. 11 & ibi Can. 32. diſtinct. in dubio † ſuſpenſio 56
intelligitur de ſuſpenſione ordinum, *Fran. in c. 1.*

Bb 3 *n. 3.*

n.3. de temp.ordin. in 6. Franc. in c.1. §.1. in princ.de
57 re iudic. in 6. infligitur † à iure in multis caſibus,
ex quibus triginta ſeptem cumulat ſumma Angelica in verb.ſuſpenſio el.1.§.1. & octuaginta duos Cand. aureum par.2. tit. de ſuſpenſione à n.18.vſq; ad n.129.

58 Suſpenſio † in vno epiſcopatu ab officio ſimpliciter, ſiue ex cauſa irrogante infamiam, ſiue non, Pan. in c. paſtoralis §. verum n.19. de appel. ſe extendit quoad omnes eccleſias, quia ordo ſuſpenſus c. illud & ibi Pan. Socin. n.3. de excell. prælat. c. ſi quis presbyter & ibi gloſſ. fin. 7. quæſt. 1. c. quiſquis 4. quæſt. 5. & ibi gloſſ. in verb. communicet c. duæ ſunt in princ. 9. quæſt. 2. gloſ. fin. in fin. c. paſtoralis de appell. & ibi Can. impedit, ne exerceri poſſint ea, quæ ſunt ordinis aut ordini annexa, adeo quod ſi ſuſpenſus ea neglecta, vel contempta, vel per craſſam ignorantiam in officio ſuo adminiſtret, ſtatim ſit irregularis à ſolo Papa diſpenſandus, ſiue ſuſpenſio ſpecialis ſit & nominata, ſiue generalis, ſiue à canone, ſiue ab homine, gloſſ. 1. & 2. in c. is cui hoc tit. in 6. Felin. in c. apoſtolica n. 16. in fine de except. Cand. aureum de ſuſpenſ. n.136. Zab. in clem. vt hi qui in 19. quæſt. de ætat. qualit. & ord. &c. aut ab epiſcopo emanauerit, Cand. au-
59 reum de ſuſpenſ. n.151. priuat † iuriſdictione, quia illa competit ratione officij, Pan. in c. fin. n. 7. de cleric. excommun. miniſt. c. cum dilectus & ibi gloſſ. in verb. à ſuſpenſis verſ. alij dicunt & melius de conuerſ. & ibi Can. poteſtate eligendi actiua & paſſiua, c. cum inter R. ſeniorem in fine c. per inquiſitionem de elect. c. cum dilectus §. quia nobis de conſuet. & ibi gloſ. & DD. in verb. à ſuſpenſis c. nos el. 2. & ibi gloſſ. 9. quæſt. 1. c. conſtitutus de appell. poteſtate conferendi beneficia, c. quia diuerſitatem de conceſſ. præbend. gloſ. in d. c. cum dilectus de conſuet. & eadem per collationem ſuſcipiendi, c. cum bona & ibi gloſ. in verb. ſuſpenſi de ætat. & qualit. & ord. præfic. & ibi Panorm. ſub n. 6. ideo collatio beneficij vel reſeruatio penſionis facta à laico ordinato à nõ ſuo epiſcopo in clericum, quia eſt ſuſpenſus ab executione primæ tonſuræ vſque ad ratificationem ſui Ordinarij vel Vicarij in ſpiritualibus habentis ad id ſpeciale mandatum ſunt nulla, nec iſta ratihabitio trahitur retro in præiudicium tertij, c. ordinationes ſeſſ. 23. Caputaq. deciſ. 126 par. 1. Gabriel. conſ. 181. n.4. & 6. & conſ. 189. in princ. vol. 2. Garc. de benef. par. 7. cap. 14. n.1. & ſeqq. Garc. de benefic. part. 1. c. 5. n. 141. & ſeqq. non
ramen priuat † ſuſpenſum iuribus ſuis tempo- 60
ralibus vel ſpiritualibus, aut poſſeſſione illorum, Panorm. in c. cum bona ſub n.6. de ætat. qualit. & ord. præfic. neque repellit à teſtimonio, Pan. in c. cum olim n.5. de accuſat. & ibi Can. aut ſecreta recitatione horarum, gloſ. in c. 2. in verb. præſumpſerit & in c. illud in verb. officia de cleric. excomm. miniſt. gloſ. fin. in c. presbyterum 28. diſt. c. ſicut el. 1. §. fin. de homicid. ſed non debet dicere Dominus vobiſcum, Felin. in c. apoſtolica n.16. de except. & ibi Can. quamuis cum aliis ſecrete oraret. An autem intelligatur ſuſpenſus à beneficiis obtentis, difficilis eſt quæſtionis, gloſ. in clem. cupientes in verb. ſuſpenſi refert quinque opiniones verſ. & quia ſupra poſuit vt diuerſa de pœnis, & ibi Zab. in §. quod ſi n.8. Io. de Imol. n.11. Pan. n.7. & Can. ego
quaſdam breues regulas ſubiiciam. Suſpenſus † 61
ab officio perpetuò, indiſtincte intelligitur ſuſpenſus à beneficiis, id eſt, fructibus beneficiorum, quia talis ſuſpenſio habet vim priuationis, clem. 1. & ibi gloſ. in verb. pœnam de reb. eccleſ. non alien. Franc. in c. cupientes §. cæterum ſub n. 4. verſ. quare dicas de elect. in 6. ſed non priuat obtentis, niſi prius ſit in mora petendæ abſolutionis, Pan. in c. cum bona poſt Hoſtien. n.4. de ætat. qualit. & ord.
præfic. &c. Suſpenſus † à canone, vel ab homi- 62
ne ab officio ad tempus incertum, ſiue certum propter delictum, cenſetur etiam ſuſpenſus à quibuſcunque beneficiis, c. quia ſæpe de elect. in 6. & ibi gloſ. & Can. c. præter hæc & ibi gloſ. in verb. ab eccleſia 32. diſtinct. c. pen. de ſimon. & de ſuſpenſo ab homine probatur in c. eos 81. diſtinct. c. latores, & ibi gloſ. in verb. officia de cleric. excomm. miniſt. c. cum bona & ibi Pan. ſub n. 6. de ætat. qualit. &c. ſuſpen-
ſus ab officio † pro infamia vel facto, de quo 63
dubitatur an ſit mortale, vel propter ſcandalum, vel alias pro leui cauſa, aut ex defectu ætatis, vel ſimili ab executione certi ordinis, ex vi vocabuli non eſt ſuſpenſus à beneficio, quia iſtæ pœnæ ſunt diuerſæ, c. vel non eſt compos de temp. ordin. &c. c. 2. & c. inter de purg. Canon. Ioan. And. in c. à crapula n.5. de vit. & honeſt. cleric. Imol. in clem. cupientes num. 11. poſt gloſ. de pœnis Panorm. ibi n. 7. & ſine graui cauſa beneficium ſubtrahi non debet, c. inuentum 16. quæſt. 7. c. presbyter & & ibi gloſ. in verb. ſuſpendatur 1. 2. quæſt. 4 in fin. priuatur tamen diſtributionibus quotidianis, quia diuinis

Digitized by Google

diuinis intereſſe non poteſt, *Panorm. in d. c. cum*
bona ſub n. 6. Felin. in c. apoſtolica num. 12. & 13.
de except. niſi in canone aut ſententia aliter de
ſuſpenſione officij vel beneficij exprimatur, *d.*
64 *c. inter de purgat. Can.* aut ſuſpenſus† ab officio
ſit in mora petendi abſolutionem ab illa, qui
priuatur obtentis, & inhabilis redditur ad alia
obtinenda, *c. cum bona de ætat. qualit. & ord. præ-*
fic. c. fin. de elect. & ibi gloſ. & DD. c. vnico §. cum
vero ne ſede vacan. &c. in 6.
65 Suſpenſio † à beneficio non repellit à diui-
nis ſiue officio, *gloſ. in c. latores in verb. officij de cle-*
ric. excomm. miniſtr. c. cum Vintonienſis & ibi gloſſ.
in verb. admiſerunt de elect. & Canon. acquiſitione
beneficij, *gloſ. in d. c. latores in verb. officij & Canon.*
electione actiua (eligi tamen, vel prouideri ſi-
bi non poteſt, medio tempore in illa eccleſia
in qua ſuſpenſus eſt,) *c. cupientes §. cæterum in*
verb. beneficijs de elect. in 6. Panorm. in c. per inquiſi-
tionem num. 8. de elect. poſt gloſ. fin. in fine & Canon.
aut adminiſtratione in ſpiritualibus aut tem-
poralibus, ſed ſolum à perceptione fructuum,
Panorm. poſt gloſ. in d. c. Vintonienſis num. 10. *& ibi*
Can. relicta ſibi ſuſtentatione ne egeat, ſi pa-
trimonium non habeat, aut induſtriam vnde
viuere poſſit, *Felin. in c. apoſtolicæ num. 9. vbi diſtin-*
guit inter ſuſpenſum propter delictum aut contumaciam
de except. Bald. in c. cum Vintonienſis num. 3. de elect.
c. paſtoralis § fin. & ibi gloſ. fin. & Canon. de appell.
Zab. in clem. vt hi qui §. illi vero in 10. quæſt. de ætat.
qualit. & ord. præfic. licet culpa ſua vel delicto in
tali neceſſitate ſit conſtitutus, *Dec. in c. paſtora-*
lis §. verum num. 21. poſt gloſ. & Canon. de appell. In
66 dubio† reſtringitur ad ea beneficia, quæ ſuſpen-
ſus in illa eccleſia obtinet, quam noſcitur pro-
pter delictum, ob quod ſuſpenditur offendiſ-
ſe, *c. cupientes §. cæterum c. ſi compromiſſarius §. pen.*
& fin. de elect. in 6. c. cum in cunctis §. fin. de elect.
niſi tale ſit, quod offendit in vniuerſum ſtatum
eccleſiæ, nec minus vnam eccleſiam quam a-
liam, *clem. 2. in princ. & ibi gloſſ. in verb. beneficio-*
rum de vit. & honeſt. cleric. & ibi Can. Panorm. in
c. paſtoralis §. verum num. 20. de appell. latius diſtin-
67 *guit*, quod ſi fructus † durante ſuſpenſione per-
cipiat, non fit irregularis, cum hoc non ſit in
iure expreſſum, *gloſ. in clem. 2. in verb. ſuſpenſus de*
vit. & honeſt. cleric. & ibi Can. c. is qui hoc tit. in 6.
Zab. in clem. vt hi qui in 19. quæſt. de ætat. qualit. &c.
ſed cogitur eos reſtituere, & diſtributiones quo-
tidianæ accreſcunt confratribus, *clem. vt hi qui*
de ætat. & qualit. & ord. præfic. fructus præbendæ
vel diſtincti beneficij eccleſiæ, *c. pen. de cleric. non*
reſid. gloſ. in d. clem. 2. in verb. ſuſpenſus & ibi Vital.
in §. præſenti n. 9. & ſeq. d. gloſ. explicat & Canon.
neque obtentis beneficiis priuatur, niſi canon
vlterius procedat, & hoc exprimat, *c. 1. §. fin. c.*
cupientes §. cæterum de elect. in 6.
Suſpenſio † ab officio & excommunicatio 68
æquiparantur quoad reiterationem, quia ſu-
ſpenſus poteſt amplius ſuſpendi, ſicut excom-
municatus excommunicari, *c. capitulum & ibi*
gloſſ. in verb. ſuſpenſionis & Canon. quoad euitatio-
nem, *dixi ſupra §. excommunicationis verſ. reſpectu*
hoc tit. quoad monitionem præmittendam, *c. re-*
prehenſibilis in princ. de appell. & ibi Pan. num. 5. &
Can. & incurrendam irregularitatem, *Franc. in c.*
1. §. fin. n. 4. & ſeqq. hoc tit. in 6. poſt. gloſſ. pen. ab-
ſolutionem ad cautelam data iuratoria cautio-
ne, *c. venerabili hoc tit.* differunt in abſolutione
plena. Simplex ſuſpenſio †, iuris propter de- 69
lictum tollitur abſque abſolutione, & ipſo fa-
cto per contrarium reſtituitur ſuſpenſo offi-
cium, *c. ſi qui ſunt & ibi gloſ. in verb. emendent* 81.
diſtinct. gloſ. in c. nullus 32. diſtinct. Suſpenſio quæ
ſurgit ex notorietate peccati, durat propter
ſcandalum, donec peracta pœnitentia per ſupe-
riorem fuerit cum ſuſpenſo diſpenſatum, *Pan.*
in c. cum bona ſub n. 5. de ætat. qual. & ord. præfic. ſu-
ſpenſio ad tempus finito tempore ſtatim ceſſat,
Anchar. in d. c. cum bonæ n. 3. de ætat. qualit. Ioan. And.
n. 5. c. non eſt, & ibi gloſſ. mag. in verb. donec ibi fuerint
de ſponſal. & ibi Canon. c. 1. §. ſi quis autem & ibi gloſſ.
in verb. per mentem hoc tit. in 6. excommunicatio
ſemper requirit formalem abſolutionem, *c. cum*
deſideres c. à nobis el. 2. c. ſacris hoc tit. Præterea in
excommunicatione ad limites certę cauſæ pen-
dente implemento ex facto excommunicato-
rum, videlicet donec deſtiterint & ſatisfece-
rint, poſt datum implementum & condignam
ſatisfactionem requiritur abſolutio, ſuſpenſi ad
limites certæ cauſæ, donec deſtiterint & ſatiſ-
fecerint. Facta ſatisfactione non indi-
gent abſolutione, ſed ſufficit declaratio Iudi-
cis ſuper ſatisfactione & implemento cauſæ ſi-
ne alia abſolutione, *clem. 1. §. pen. & ibi gloſſ. in*
verb. donec de decim. & Zab. in 30. quæſt. & Canon.
commu-

Digitized by Google

communiter late Pan. in c. cum bona n. 5. *& ibi Can. de ætat. qual. & ord. præfic. c. presbyter ſi à plebe* 2. *q.* 4. quando ſatisfactio eſt extraiudicialis, ſi vero eſt iudicialis, & iudici ſuſpendenti præſtita eſt ſatisfactio, tunc non requiritur nec abſolutio, neque etiam declaratio, pone enim quod Iudex ſuſpendat Antonium, donec compareat coram eo, vel libello vel quæſtioni reſpondeat, ex quo comparuit vel reſpondit, quis dubitat ſuſpenſionem ceſſare? ſi ergo nullum dubium, ad quid fieret declaratio? *Io. And. in d. c. cum bona n.* 5. *in fi.*
70 Reſtitutio † ſuſpenſorum ab homine ſpectat ad eos, qui ſuſpendunt, *Boich. in c. clerici n.* 6. *de cleric.*
71 *excom. & c. miniſt.* A pœna † perpetuæ ſuſpenſionis à iure impoſita, vel à iure inducta ad certum
72 tempus, ſolus Papa abſoluit.. Si vero non ſit † determinatum certum tempus, tunc epiſcopus poteſt abſoluere, ex quo ſuperior non reſeruauit ſibi abſolutionem, *Franc. in c. cupientes §. cæteram ſub n.* 4. *verſ. quare dicas de elect. in* 6. *clem.* 1. *§. pen. & ibi gloſſ. in verb. excommunicationis ſententia de hæreſ. Pan. in c. quam ſit graue n.* 3 *de exceſſ. prælat.* Ab-
73 ſoluti † à ſuſpenſione, beneficia ſibi collata tempore ſuſpenſionis ab officio retinere non poſſunt, quia tempore collationis ſibi factæ erant inhabiles & indigni, cum tempus datæ inſpiciendum ſit, *c. cum bona & ibi gloſſ. in verb. poſtmodũ & Can. de ætat qualit & ord. præfic.* in tantũ quod epiſcopus cum eis, quando interim tractatunt ſpiritualia, diſpenſare non poteſt, ſed impetranda eſt noua prouiſio à ſummo Pontifice, *Pan. poſt gloſſ. in d. c. cum bona n.* 6. *in fine de ætat. qua-*
74 *lit. & ord. præfic.* fructus † deperditos non recuperant, ſi fuerint iuſte ſuſpenſi, ſi vero iniuſte, tunc eos recuperant, ſi non fuerint per annum in mora petendæ abſolutionis, *c. rurſus c. quicunque* 11. *queſt.* 3. *Ioan. And. in d. c. cum bona n.* 14. *de ætat. qual. & ibi Can. Felin. in c. apoſtolica n.* 12. *de except.*

Interdictum dupliciter ſumitur, generaliter pro remediis poſſeſſoriis, de quibus tractatur titulo de interdict. in inſtit. Imperial. Specia-
75 liter † ſumptum eſt cenſura eccleſiaſtica, qua à iure vel à iudice diuina officia, quædam ſacramenta atque eccleſiaſtica ſepultura prohibentur in pœnam contumaciæ vel offenſæ, *c. quod in te de pœnit. & remiſſ. c. reſponſo hoc tit.* cuius tres
76 † ſunt ſpecies, vnum locorum vel generale, cum interdicitur regnum, prouincia, comitatus, Baronia, ciuitas, caſtrum, villa, *c. cum in partibus de verb. ſignif.* etiamſi vnica vel nulla eſſet eccleſia in caſtro & villa interdicto ſuppoſitis, *Ioan. And. in d. c. cum in partibus n.* 1. *in fine de verb. ſignif.* quia nulla in eo Diuina officia, vel eccleſiaſtica ſacramenta ſunt permiſſa celebrari, niſi in caſibus à iure expreſſis, *c. fin. & ibi Franc. & Can. hoc tit.* aut ſpeciale vel ſingulare, cum interdicuntur omnes eccleſiæ ciuitatis vel prouinciæ, vel certæ eccleſiæ, aut eccleſia, *Ioan. And. in c. præſenti ſub n.* 1. *hoc tit. in* 6. *& ibi late & pulchre Anchar. c. ſi ciuitas §. ratione hoc tit. in* 6. A-
liud hominum † vel generale, vt cum interdicitur populus aut clerus regni, prouinciæ, ciuitatis, caſtri, villæ, *c. ſi ſententia in princ. & §. cum vero hoc tit. in* 6. quia ſingulares ex populo perſonæ, caſibus expreſſis à iure dumtaxat exceptis, non debent alicubi audire Diuina, vel eccleſiaſtica recipere ſacramenta, & ſingulares ex clero perſonæ non poſſunt ea alicubi miniſtrare, *c. ſi ſententia & ibi gloſſ. in verb. alicubi & Canon. hoc tit. in* 6. vel ſpeciale, vt cum interdicitur vniuerſitas in populo incluſa, vt ſtudium Bononienſe, *l.* 1. *§.* 1. *ff. quod cuiuſque vniverſ. &c. & ibi gloſſ. & DD.* & ſingulæ perſonæ de ſtudio, ſiue ſint clerici, ſiue laici, cenſentur interdictæ, aliud ſingulare, cum perſona certa vel incerta interdicitur, & non differt à ſuſpenſione ab officio, *Boich. in c. ſi celebrat n.* 19. *de cleric. excom. & c. miniſtr.* 3. Locorum † hominum ſi- 78
mul, *c. ſi ſententia §. cæterum & ibi gloſſ. in verb. interdicti hoc tit. in* 6. Poſita hac diſtinctione, † claræ 79
ſunt infraſcriptæ regulæ, interdicto loco, ciues eiuſdem qui culpabiles non exiſtunt, dummodo & ipſi propter dominum vel rectorem puniendum in eis, non fuerint interdicti, poſſunt extra ipſum licite intereſſe diuinis, *c. ſi ſententia §. cæterum hoc tit. in* 6. *Pan. in c. quod te n.* 3. *de pœnit. & remiſ.* Interdicta eccleſia clerici non cenſentur interdicti, ſed clerici interdictæ eccleſiæ ibi celebrare non poſſunt, alibi celebrare non prohibentur, *c. ſi ſententia hoc tit. in* 6 *& ibi Franc. & Can.* Interdicta ciuitate &c. ſuburbia & continentia ædificia eo ipſo intelliguntur interdicta, *c. ſi ciuitas in princ. hoc tit. in* 6. ne vilipendi valeas ſententia interdicti. Ratione quoque ſimili ſi ſit eccleſia interdicto ſuppoſita, nec in capella eius celebrari, nec in cœmiterio ipſius eidem eccleſiæ contiguo poterit ſepeliri, *d. c. ſi ciuitas in princ. hoc tit. in* 6. Quando alicuius

terræ

Digitized by Google

terræ populus interdicto nodatur, ſingulares
ex eo perſonæ, ne ſententia effectu careat, non
debent alicubi, caſibus expreſſis à iure dumta-
xat exceptis audire diuina, vel eccleſiaſtica re-
cipere ſacramenta, *c. ſi ſententia* §. *cum verò hoc*
tit. in 6. Per ſententiam interdicti prolatam in
clerum, non intelligitur interdictus populus,
nec etiam è conuerſo, vnde vno interdicto
ipſorum, alius licitè admittitur ad diuina, *c. ſi*
80 *ſententia hoc tit. in 6.* Iure nouiſſimo † interdi-
ctum ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter, ſiue ſin-
gulariter poſitum, duobus tantum caſibus ſer-
uatur notatis ſupra hoc tit. §. excommunica-
tionis verſ. reſpectu. Caſus in quibus interdi-
ctum profertur à iure recenſet Cand. aut. par. 2.
tit de interd. à numer. 5. vſque ad n. 119.
81 Interdictum † ponit omnis prælatus habens
ordinariam, vel delegatam iuriſdictionem,
c. ſanè el. 2. de off. deleg. c. dilectis de appell. Conci-
lia prouincialia, *clem. 1. §. quod etiam hoc tit.* ob
contumaciam, vel delictum proprium, vel a-
lienum, *c. ſi ſententia* §. *cæterum & ibi gloſſ. in verb.*
interdicti hoc tit. in 6. c. non eſt vobis de ſponſ. 1. quæſt.
4. in ſumma & ibi gloſſ fin. 24. quæſt. 3. in ſumma
82 *& ibi gloſſ.* Tempore generalis † interdicti ab
homine vel à iure prælati in loca nulla diuina
officia vel ſacramenta eccleſiaſtica ſunt per-
miſſa celebrari vel miniſtrari, niſi in caſibus
à iure permiſſis, vnde dicenti talia fore per-
miſſa, incumbit onus probandi. In edictis e-
nim permiſſorijs certorum caſuum, quod non
reperitur expreſsè permiſſum, ſubiacet regu-
læ prohibitiuæ, *c. conſuluiſti verſ. & quod ſancto-*
rum 2. quæſt. 4. cap. 1. de tranſact. clem. exiui §.
porrò verſ. nam vbi aliquid de verb. ſignif. Permit-
83 titur † autem baptiſma, *c. non eſt de ſponſal.*
confirmatio, *c. quoniam hoc tit. in 6. c. reſponſ. hoc*
tit. in fine, matrimonium, ſed non ſolennis ma-
trimonij benedictio, *c. Capellanus de ferijs Franc.*
in c. alma num. 3. hoc tit. in 6. & ex gratia ſepul-
tura clericis decedentibus, qui ſeruauerunt in-
terdictum in cæmiterio Eccleſiæ ſine campa-
narum pulſatione, ceſſantibus ſolemnitatibus
omnibus cum ſilentio, *c. quod in te* §. *licet de pœnit.*
& remiſſ. cæteris ſepultura denegatur; *Anchar.*
in c. alma ſub numer. 5. verſ. Item quæro hoc tit in 6.
pœnitentia infirmis, ac etiam ſanis, exceptis
excommunicatis, qui tantum ad eam in mortis
articulo admittuntur, ac illis etiam propter
quorum culpam, dolum vel fraudem lata eſt
ſententia interdicti, vel qui ad perpetrandum
delictum, cuius occaſione ipſum interdictum
eſt latum, præbuerunt auxilium conſilium
vel fauorem, niſi de ipſo delicto prius ſatisfe-
cerint, vel de ſatisfaciendo idoneam dede-
rint cautionem, vel in eius defectum iurato-
riam, quod cum poterunt ſatisfacient, & ad ſa-
tisfactionem cui fieri debet præſtandam da-
bunt auxilium, quibus tunc non facienda eſt
relaxatio interdicti, ſed ſolummodo iniun-
genda pœnitentia, *c. alma mater* §. *quia verò &*
duobus §§. *ſeqq. hoc tit. in 6.* Viaticum, ſiue ſa-
cramentum Euchariſtiæ morientibus tantum
in præſentia ibi aſtantium vel venientium,
Franc. in d. c. alma in princ. numer. 4. Confectio
Chriſmatis in die Cœnæ Domini, *c. quoniam*
hoc tit. in 6. miſſæ, & alia diuina officia ſicut pri-
us in eccleſijs & monaſterijs ſitis in locis inter-
dictis celebrantur ſubmiſſa voce, ianuis clau-
ſis, excommunicatis & interdictis excluſis, &
campanis non pulſatis, *d. c. alma* §. *adijcimus*,
In feſtiuitatibus Natalis Domini, Paſchæ,
Pentecoſtes, & aſſumptionis Virginis glorio-
ſæ campanæ pulſantur, & ianuis apertis, al-
ta voce diuina officia celebrantur, excommu-
nicatis excluſis, & interdictis admiſſis, abſque
ſacramentorum vel ſepulturæ præſtatione, ſic
tamen quod illi propter quorum exceſſum
huiuſmodi interdictum eſt prolatum, altari
nullatenus appropinquent, & reuocantur pri-
uilegia vltra præſcripta quibuſcunque conceſ-
ſa, *d. c. alma* §. *in feſtiuitatibus &* §. *fin. hoc tit. in 6.*
Interdictum † Eccleſiarum non eſt generale, 84
quoad effectum generalis interdicti, etiamſi
interdicerentur omnes Eccleſiæ Ciuitatis vel
Prouinciæ, nec tunc eſt locus d. c. alma, quia
tunc non poteſt in Eccleſijs celebrari etiam
ſuppreſſa voce, *gloſſ. in d. c. alma* §. *adijcimus in*
verb. eccleſiis & ibi Franc. numer. 2. & Can. extra
Eccleſias interdicta etiam in illo loco cele-
brari poteſt alta voce ſub tentorio, vel in Ec-
cleſia loci ſi quæ eſſet non interdicta, nec tunc
locus eſt denegationi ſepulturæ hominibus
illius loci, præterquam in Eccleſijs & cæmi-
terijs interdictis, *c. ſi ciuitas in fine hoc tit. in 6.*
& aliorum ſacramentorum & diuinorum of-
ficiorum; *Ioan. Andr. in c. præſenti ſub numer. 1.*
hoc tit. in 6. & ibi Can. & ibi pulchrè Anchar. In-

85 terdicto † quoque populo regni, Prouinciæ, ciuitatis, non eſt locus d. c. alma hoc tit. in 6. ſed poſſunt clerici ianuis apertis & pulſatis campanis alta voce celebrare diuina, excommunicatis tamen & interdictis excluſis, *Ioan. Andr. in c. ſi ſententia numer. 9. hoc tit. in 6.* ſingulares verò ex populo perſonæ, quas interdictas eſſe conſtat, cum diuinorum auditio & ſacramentorum perceptio populo vt vniuerſis non competat, non debent, caſibus in iure expreſſis dumtaxat exceptis, alicubi audire Diuina, vel Eccleſiaſtica recipere ſacramenta, *d. c. ſi ſententia §. cum verò hoc tit. in 6.* eoque reſpectu generale dici poteſt, *Anchar. in c. præſenti ſub numer. 2. verſ. iuxta prædicta hoc tit. in 6.* quia interdicto
86 populo, † ſingulares ex populo perſonæ vbique locorum ſunt interdictæ, *d. c. ſi ſententia §. fin. & ibi gloſſ. in verb. alicubi & Can.* Præterea generale interdictum dici non poteſt ſi clerus ciuitatis interdicatus, quia licet clerus ciuitatis, vbique locorum ſit interdictus, non propter hoc Eccleſiæ ciuitatis cenſentur interdictæ, vnde alij clerici in illis licitè celebrant diuina publicè, & populo adminiſtrant ſacramenta, *d. c. ſi ſententia & ibi gloſſ. in verb. clerum & ibi Can. hoc tit. in 6.* alias differentias inter interdictum generale loci, & ſpeciale interdictum ponit Anchar. in c. præſenti num. 1. in fine hoc tit. in 6. quem vide.

87 Pœna † non ſeruanti interdictum eſt ſuſpenſio ab officio, beneficio, & omni iuriſdictione, *c. tanta de exceſſ. prælat. & ibi gloſſ. in verb. inanes & Can.* Religioſi quicunque etiam exempti cuiuſcunque ordinis vel conditionis exiſtant, violantes obſeruantiam interdictorum auctoritate ſedis Apoſtolicæ vel ab ordinarijs poſitorum, cum cathedralem, vel matricem, vel parochialem loci Eccleſiam illa viderint, aut ſciuerint obſeruare, excommunicationem hoc ipſo incurrunt: idem obſeruandum eſt in interdictis & ceſſationibus à diuinis per prouincialium conſiliorum ſtatuta, vel ipſorum auctoritate, & in ceſſationibus generalibus à diuinis, quas aliquando Capitula, Collegia, vel Conuentus ſæcularium aut regularium eccleſiarum ſibi vendicant. *clem. 1. hoc tit.* Domini temporales qui locis interdicto ſuppoſitis quemquam clericorum diuina celebrare officia quomodolibet cogunt, nec non qui per campanarum pulſationem, aut voce præconica tunc ad illa audienda populum euocari faciunt, quique præcipiunt ſuis ſubditis excommunicationis vel interdicti ſententia publicè innodatis, ne de Eccleſijs, dum in ipſis miſſarum ſolemnia celebrantur, inſtantibus etiam celebrantibus exeant, ipſique excommunicati publicè, & interdicti, qui in ipſis Eccleſijs nominatim à celebrantibus, vt exeant moniti, remanere præſumpſerint, excommunicationis ſententia innodantur, à qua per ſedem dumtaxat Apoſtolicam poſſunt abſolui, *clem. 2. hoc tit.* celebrantes in loco interdicto incurrunt irregularitatem, *c. is qui §. fin. hoc tit. in 6. dixi ſupra de cleric. excom. miniſt. § fin.*

Abſoluit † ab interdicto iuris, ſi conditor non reſeruauit ſibi abſolutionem diœceſanus, ab interdicto hominis ipſe qui impoſuit, vel eius ſuperior, *Franc. in c. ſi ciuitas circa finem poſt Archid. hoc titul. in 6. per Canones ſupra allegatos in abſolutione ab excommunicatione.* 88

Abſolutio, † ſiue relaxatio ad cautelam quoad interdicti ſententias in ciuitates, caſtra, vel quælibet alia loca, ſiue terras aliquas generaliter promulgatas locum aliquatenus non habet, *cap. præſenti hoc titul. in 6.* quia poteſt ad tempus ſuſpendi ab ordinario qui illud poſuit, *gloſſ. mag. in c. ad hæc quoniam 27. de appellat. & ibi Can. c. dilectis §. quia verò de appellat.* In ſingulariter lato in perſonam habet locum abſolutio ad cautelam, *d. c. præſenti hoc titul. & ibi gloſſ. in verb. generaliter & Can.* quia ſpecialiter interdicto omnia ſacramenta denegantur ante abſolutionem, & ſic idem obtinet quod in excommunicato, *Ioan. Andr. in d. c. præſenti in fine hoc titul. in 6. & ibi Can.* nec non in ſpecialiter lato in certas Eccleſias aut certam Eccleſiam, *Ioan. Andr. in cap. præſenti ſub numer. 1. & 2. hoc titul. in 6. Rot. deciſ. 9. hoc titul. in nou.* ac etiam in promulgato in perſonas, vt populum, Collegium, Vniuerſitatem, *Franc. in d. c. præſenti numer. 5. Rot. deciſ. 18. hoc titul. in antiq.* præterea in promulgato generaliter in loca, vbi interdictum petitur ab initio relaxari per illum per cuius culpam eſt latum, quia tunc poteſt habere locum æquitas c. cum contingat de offi. deleg. quia talis poteſt cauere, de ſtan- 89

do.

do iuri, vbi autem petitur relaxari per alium
quàm per illum propter quem eſt latum, tunc
non habet locum d. c. cum contingat, quia
iniuſtè petitur cautio de ſtando iuri, & de ſa-
tisfaciendo ab illo qui non fuit in culpa, nec
eſt obligatus, & ideo non eſt mirum ſi in iſto
caſu non fiat relaxatio ad cautelam. Rot. de-
ciſ. 19. hoc tit. in antiq. Gemin. in c. præſenti num. 6.
hoc tit. in 6. & ibi Can.
90 Ceſſatio † à diuinis non eſt cenſura Ec-
cleſiaſtica, ſed quid facti, Pan. in c. dilectis nu-
mer. 18. & 20. de appellat. & eſt ſuſpenſio orga-
norum diuinæ laudis in locum, vel in aliquam
decreta Eccleſiam ex cauſa ardua iniuria-
rum repellendarum ad tempus, vel donec
ſatisfiat, clement. 1. §. in ceſſationibus & ibi gloſſ. in
verb. generalibus hoc titul. c. non eſt de ſponſ. ſæpè
enim ob factum ciuium Epiſcopus & Capi-
tulum aut Capitula, vel Conuentus ſeculari-
um vel regularium Eccleſiarum ceſſant in Ec-
cleſijs vel aliqua Eccleſia à diuinis, & in a-
lijs Eccleſijs non ceſſant, cap. irrefragabilis. §.
cæteris & ibi gloſſ. in verb. ceſſauerunt & Can. de
offic. ordin. c. dilectis & ibi Pan. numer. 18. &
ſequentib. de appell. d. clement. 1. §. in ceſſationibus
hoc titul. c. ſi Canonici & c. quamuis de offic. ordin.
91 in 6. duplex † eſt, generalis in loca, quæ
indicta ab eo qui poteſt, habet quaſi affe-
ctum interdicti, c. non eſt de ſponſ. Alia ſpecia-
92 lis † eſt quæ fit in certa Eccleſia vel certis Ec-
cleſijs, c. ſi Canonici c. quamuis de offic. ord. in 6.
generalis ſeruanda eſt ab omnibus etiam reli-
gioſis exemptis ſub pœna excommunicatio-
nis eo ipſo incurrendæ, clement. 1. §. quod etiam
& §. ſequent. hoc titul. ſpecialis obſeruatur tan-
tum in Eccleſijs in quibus indicitur, gloſſ. in d.
clement. 1. §. in ceſſationibus in verb. generalibus &
93 ibi Can. Indicuntur † ceſſationes per ſtatu-
ta Conciliorum prouincialium, vel eorum au-
ctoritate per miniſterium hominis, clement. 1.
§. quod etiam hoc titul. vel ex mandato ſuperio-
res mandantis Capitulo à diuinis ceſſare, c.
non eſt de ſponſ. c. dilectis & ibi Pan. numer. 18. &
ſequentib. de appell. c. irrefragabilis §. cæterum de offi.
ord. aut per illos de Capitulo, vel Conuentu
ſæcularium, vel regularium propter offenſam
vel iniuriam illis factam, clement. 1. §. in ceſ-
ſationibus hoc titul. c. quæ ſunt de his quæ fiunt à ma-
ior. par. cap. & ibi gloſſ. & Can. In prima ſpecie
ſeruandus † eſt ordo proceſſus per ſtatuta 94
prouincialia præſcriptus, d. clement. 1. §. quod et-
iam Ioan. Andr. in c. quamuis in gloſſ. ſuper verb. Ec-
cleſia de offic. ord. in 6. In ſecunda & tertia ſpe-
cie ſeruanda eſt forma proceſſus præſcripta
in c. ſi Canonici & c. quamuis de offic. ord.
in 6. quia d. c. quamuis nullum caſum exci-
pit, & in mandato ſuperioris de ceſſando in-
telligitur excepta auctoritas Papæ, Ioan. Andr.
in d. c. quamuis in gloſſ ſuper verb. Eccleſia & ibi An-
char. in fine & Can. communiter. requiritur 1. quod
qui ceſſant hoc habeant de conſuetudine, vel
alio iure vt ceſſare poſſint, c. ſi Canonici de offic.
ord. in 6. clem. 1. §. in ceſſationibus hoc titul. 2. Quod
vocentur abſentes ad tractandum de ceſſatio-
ne. 3. Quod tractent. 4. Quod de ceſſando
deliberent, c. quamuis de offic. ord. in 6. 5. Quod
ſit manifeſta offenſa propter quam ceſſant.
6. Quod ſit rationabilis. 7. Quod ante ceſſa-
tionem inſtrumento publico vel patentibus
litteris authentico ſigillo munitis cauſam ceſ-
ſationis exprimant, 8. Illud inſtrumentum vel
litteras tradant ei contra quem ceſſant, c. ſi Ca-
nonici de offic. ordin. in 6. 9. Quod requirant
illum vt emendet competenter iniuriam vel
offenſam, 10. Quod ſi non fecerit, tunc lo-
cum habet ceſſatio, & poſt ceſſationem ex
tunc intra vnius menſis ſpatium vtraque
pars debet arripere iter ad ſedem Apoſtoli-
cam per ſe vel procuratores ſufficienter in-
ſtructos, ac continuatis diebus habet tem-
pus arbitrarium quo commodè poſſit ire,
& conſpectui Apoſtolico ſe præſentare pro
definitione negotij, omnibus his non ſerua-
tis, non debet ſeruari ceſſatio, d. c. quam-
uis & ibi gloſſ. in verb. mittendo & Canon. ceſſan-
teſque à diuinis omnia, quæ de quibuſcun-
que prouentibus illius Eccleſiæ in qua ceſſatum
fuerit, perceperint ceſſationis tempore, reſti-
tuunt, illa verò quæ pro eodem tempore deben-
tur eis, nullo modo percipiunt, ſed ipſi Eccleſię
cedunt, ac ei contra quem ceſſauerint de dam-
nis & iniurijs ſatisfacere tenentur, ſi autem
ceſſatio ritè & rectè facta fuerit, is qui ceſſa-
tioni cauſam dederat ad omne intereſſe Ca-
nonicis & Eccleſiæ ad certam quantitatem ta-
xandam, & in diuini cultus augmentũ conuer-

tendam condemnatur, *d. c. ſi Canonici*, prætcrea
habet locum pœna arbitraria ſummi Pontifi-
95 cis, *d. c. quamuis*. Tempore † ceſſationis gene-
ralis in loco, puta prouincia, vel caſtro, à diui-
nis, non licet in illis celebrare, ſicut in generali
interdicto ſeruata forma c. alma hoc tit. in 6.
ſed permittitur baptiſmus & pœnitentia; *c. non*
96 *eſt ibi nulla diuina officia de ſponſ.* appellatio † præ-
cedens non annullat ceſſationem generalem
aut ſpecialem, quia conſiſtant in facto, quæ
autem conſiſtunt in facto nō ſuſpenduntur per
appellationem, ſed opus eſt contrario facto,
97 *Pan. in c. dilectis numer.* 8. *de appell.* Celebrans †
in loco in quo eſt ceſſatio à diuinis, ſiue genera-
lis, ſiue ſpecialis non fit irregularis, *Pan. in c. di-
lectis numer.* 19. *& ſeqq. de appell.* Abſoluunt à
98 ſententia † ceſſationis inductæ per ſtatuta
Conciliorum prouincialium Epiſcopi; *Zab. in
clem.* 1. §. *quod etiam numer.* 5. *hoc tit.* cæterarum
ceſſationum, niſi intra vnius menſis ſpatium,
ſuperueniente concordia inter ceſſantes, &
eum contra quem ceſſatur tollantur, cogni-
tio & abſolutio defertur ad ſedem Apoſto-
licam, *d. c. quamuis* §. *ſi autem præmiſſis de off. ord.
in* 6.

Breuiter ſubiungam in quibus conueniunt
99 † & differunt excommunicatio, ſuſpenſio ab
officio, interdictum. Conueniunt 1. quia quæ-
libet earum eſt cenſura eccleſiaſtica, *c. querenti
de verb. ſignif.* 2. In ſcriptis ferri debet cau-
ſa in eis expreſſa, *cap.* 1. *hoc tit. in* 6. 3. Nul-
lam earum ſuſpendit appellatio ſubſecuta, *c. is
cui hoc titul. in* 6. *in fine & ibi Franc. in* §. *fin. li-
mit.* 3. *mod.* & quamlibet annullat præcedens
appellatio, *c. ad hæc quoniam* 37. *de appell. & ibi
gloſſ. mag. & Can. c. dilectis de appell. Archar. in c.
licet numer.* 1. *de ſent. excomm. in* 6. Item obti-
net in ſuſpenſione à beneficio tantum, *Ioan.
Andr. poſt Archid. in c. is cui numer.* 5. *hoc titul.*
4. Quamlibet debet præcedere monitio,
quia quælibet ab homine fertur ob contuma-
ciam, *c. reprehenſibilis de appell. c. ſacro hoc tit.* V-
bicunque ius fulminat excommunicationem,
vel ſuſpenſionem propter delictum, tunc iudex
poteſt delinquentem excommunicare vel ſu-
ſpendere ſine alia admonitione, *Pan. in d. c. re-
prehenſibilis num.* 5. *& ſeq. & ibi Can. Marſ. in l. de
vnoquoque numer.* 105. *ff. de re iud.* 5. Quælibet
eſt nulla cum fertur ſine canonica monitione
ab excommunicatore contra participantes ex-
communicatis à ſe, *c. ſtatuimus c. ſtatutum hoc
tit. in* 6. Impedit à diuinis, *c. paſtoralis* §. *verum
de appell. & ibi Can.* 7. In abſolutione omnium
iuratur de parendo mandatis abſoluentis &
Eccleſiæ, *c. venerabili c. ex tenore hoc tit.* 8. Nulla
earum contra receptos in filios ſpeciales Papæ
ab ordinario ferri poteſt, *cap.* 1. *in princ. de verb.
ſign. in* 6. 9. Quælibet à ſuperiore eſt ſeruan-
da, quouſque is qui protulit eam tollat, aut de
conſenſu eius tollatur, *c. cum ab eccleſiarum de
off. ord.* 10. Conſtitutus in aliqua ipſarum cele-
brando incurrit irregularitatem, *dixi ſupra tit.
de cleric. excomm. miniſtr.* 11. Quælibet ipſarum
ligat licet iniuſta, *c. ſententia c. ſi quis Epiſcopus* 11.
quæſt. 3. 12. Relaxatur ad cautelam, excepto in-
terdicto generali prolato in loca, *c. venerabili
hoc tit. iuncto c. præſenti hoc tit. in* 6. 13. Ad incur-
ſum cuiuslibet earum requiritur ſpecialis in-
timatio, *Innoc. in c. fin. ſub numer.* 3. *de eo qui mitt.
in poſſeſ. Rot. deciſ.* 11. *de dol. & cont. in nou. Mohed.
deciſ.* 7. *numer.* 1. *vt lit. pend.* 14. Nulla earum
tranſit in rem iudicatam quantum ad effectum
irretractabilem, quia poſſunt retractari etiam
poſt mille annos, ſed quoad alios effectus tran-
ſeunt in iudicatum, *c. licet hoc tit. in* 6. *Pan. in c.
ad reprimendam numer.* 6. *& ſeqq. de off. ord.* 15. Non
poſſunt iuſtificari ex nouiter deductis, quia
non debet pendere ia poteſtate partis conuali-
dare ſententiam cenſurarum nullam, *Innoc. in
c. prudentiam numer.* 6. *de off. deleg. Rot. diuerſ. deciſ.*
221. *numer.* 5. *part.* 2. *Cæſar. deciſ.* 2. *numer.* 7. *de re
iud. dicit in Rota aliquando fuiſſe iuſtificatas, aliquan-
do non fuiſſe iuſtificatas Caputaq. deciſ.* 129. *par.* 3.
ſed poſſunt primæ probationes conualidari,
Cæſar. deciſ. 20. *numer.* 11. *de probat. Bald. in c.* 1. *de
fid. inſtrum. in princ. Deciſ. in Authen. ſi quis in ali-
quem princ. & numer.* 3. *de edend. l. ſi donatæ* §. *fin. ff.
de donat. inter vir. & vxor.* 16. Sententiæ cenſu-
rarum ſunt ſui natura indiuiduæ, ideo latæ ad
inſtantiam Alexandri & Antonij, ſi non adſit
mandatum Antonij, non ſubſiſtunt reſpectu
Alexandri, neque Antonij, niſi forent duæ
diuerſæ penſiones debitæ, quia tunc dicun-
tur duæ diuerſæ ſententiæ, *Cæſar. deciſ.* 2. *nu-
mer.* 7. *&* 8. *hoc tit. Galleſ. ad. form. oblig. Cam. par.
vlt. n.* 36 *Belm. in c. cum inter ſub n.* 5. *& ſeqq. & n.* 10.
& ibi Can. de re iud. Differunt † verò, quia excom- 100
municatio & ſuſpenſio feruntur propriè cōtra
perſo-

Digitized by Google

perſonas ſingulares, *c. Romana* §. *in vniuerſitatum*
hoc tit. in 6. quod ſi vniuerſitas vel collegium de
facto excommunicetur, valet ſententia, & om-
nes de vniuerſitate cenſentur excommunicati,
quantum ad Eccleſiam militantem, & illi qui e-
runt poſtea ſurrogati debent ſe tenere pro ex-
communicatis & petere relaxationem à dicta
excommunicatione, *gloſſ in fine poſitionis caſus in c.*
Romana & in d. §. *vniuerſitatem in verb. penitus hoc*
tit. in 6. c. ſicut el. 1. 7. & ibi gloſſ. in verb. adulterata.
Interdictum verò fertur contra loca, vniuerſi-
tates & collegia, *c. ſi ſententia c. ſi ciuitas hoc tit. in*
6. Secundo cum ſuſpenſo & interdicto com-
municari poteſt in omnibus, exceptis ſacramē-
tis certis & diuinis officijs, non autem cum ex-
cōmunicato, *ex ſupradictis hoc tit.* Tertiò ſuſpen-
ſio & interdictum poſita ad tempus certum de-
terminatum expirant tranſacto tempore, ſi ve-
ro poſita ſint donec fuerit ſatisfactum, ſufficit
declaratoria Iudicis ſuper ſatisfactione ſine alia
abſolutione, *c. non eſt & ibi gl. in verb. donec ibi fue-*
rint de ſponſ. c. 1. & ibi gloſſ. in verb. per menſem & ibi
Can. hoc tit. in 6. clem. 1. in verb. donec de Deum. c. præ-
ſenti & ibi gloſſ. in verb. quouſq; & Can. de off. ord. in 6.
ſed in excommunicatione neceſſaria eſt abſolu-
tio, etiam poſt certum tempus & ſatisfactionē,
c. cum deſideres c. à nobis el. 2. c. ſacris hoc tit. Quar-
to effectus excommunicationis latæ ſuſpendi
non poteſt, ſed effectus aliarum poteſt ſuſpen-
di, *c. ad hæc quoniam & ibi poſt gloſſ in verb. interdi-*
ctum in fine Can. de appell. Ratio diuerſitatis eſt,
quia non poteſt quis eodem tempore eſſe in Ec-
cleſia & extra Eccleſiam. Quinto Epiſcopi non
incurrunt aliquam ſententiam ſuſpenſionis ab
officio vel beneficio, *Anchar. in c. ſi compromiſſari-*
us in 6. not. de elect. in 6. poſt gloſſ. in verb. de iure. aut
interdicti prolatam ab homine vel à iure niſi
ſpecificè exprimatur. *c. quia periculoſum hoc tit. in*
6. c. ſi compromiſſarius §. *huiuſmodi quoq; de elect. in*
6. quod priuilegium non habent quantum ad
excommunicationem, *Franc. in c. 1.* §. *ſuperior vbi*
has æquiparationes & differentias cumulat hoc tit. in 6.
num. 4. & 5. Pan. in c. ad hæc 37. ſub n. 3. de appell.
Sexto laici & clerici excommunicantur, *c. 1.* §.
decernimus hoc tit in 6. & interdicuntur, *c. ſi ſen-*
tentia hoc tit. in 6. ſuſpenduntur ab officio ſoli
clerici. *c. 2. & c. latores de cleric. c. erect. om. miniſtr.*
c. 1. §. *caueant hoc tit. in 6.*

101 Pauca dicēda reſtant de irregularitate, † quę
eſt impedimentum canonicum, ſeu nota ex fa-
cto ſeu defectu proueniens, qua quis prohibe-
tur ad Eccleſiaſticos ordines promoueri, vel in
eis miniſtrare, *c. at ſi clerici & ibi gloſſ. in verb. di-*
ſpenſare, verſ. ſi vero Epiſcopus & ibi Can. de iud. c. 1. &
ibi gloſſ. in verb. Sedis Apoſtolicæ de fil. presbyt. in 6. non
incurritur † niſi in caſibus à iure expreſſis, *c. is* 102
qui hoc tit. in 6. prouenit ex defectu natalium, *tot.*
tit. de fil. presbyt. ord. vel non. ex defectu ſacramen-
ti, *tot. tit. de bigam. non ordin.* ex delicto proprio,
c. 1. 81. diſtinct. c. at ſi clerici §. *de adulteriis de iud. &*
ibi gloſſ. & DD. ſimonia reali ac etiam conuentio-
nali, ex conſtitutione Pij V. in Bullario antiquo
87. quia vtraque priuat obtentis, & inhabilitat
ad futura beneficia, *Pariſ. de confid. quæſt. 61. Ma-*
ſol. de irregul. lib. 5. cap. 45. ſub n. 5. Garc. de benef par.
8. c. 1. n. 64. & ſeqq. in vtramq; partem. ex delicto
alieno, puta dedit aliquis amicus tuus pecuni-
am te ignorante Epiſcopo, vt tibi conferat prę-
bendam, Archidiacono, vt te præſentaret ad
ordines, *c. 1. & c. fin. 1. quæſt. 5.* ex merito, vt iu-
dex iuſtè decapitans, *c. 1. 51. diſtinct. & ibi gloſſ. in*
verb. ſacerdotium. ducens meretricem quæ ſe vult
corrigere, *c. inter opera de ſponſ. c. maritum 33. diſt.*
Is qui repellendo iniuriam à ſocio aliquem mu-
tilauit vel occidit, *clem. vnica & ibi gloſſ. pen. de ho-*
micid. c. non inferenda 23. quæſt 3. ex defectu † mē- 103
brorum, *tit. de corp. vitiat. ord. vel non.* ex homi-
cidio & mutilatione, *tit. de homicid. vol.* con-
temptu clauium violando excommunicatio-
nem, ſuſpenſionem ab officio, vel interdictum,
tit. de cleric. excom. miniſtr. ex obtentione pluri-
um beneficiorum cum cura, vel plurium perſo-
natum, dignitatum etiam ſine cura, *c. de multa*
præben. extrauag. execrabilis de præbend. infamia,
tam facti quam iuris, *Garc. de benef. par. 7. cap. 8.*
nu. 44. & ſeqq ſpec. de diſpenſ. §. *iuxta 4. n. 18.* & ex
alijs cauſis quas longum foret enumerare cu-
mulatis per ſpecul. tit. de diſpenſ. §. 4. iuxta pro-
poſitionis ordinem, latiſſimè per Marian. So-
cin. in c. ad audientiam num. 12. & num. 134. &
per totum de homicid.

Nō multiplicatur † irregularitas ex multipli- 104
catis tranſgreſſionibus ſiue peccatis, ſecus eſt in
cenſuris quæ multiplicātur multiplicatis tranſ-
greſſionibus ſeu peccatis, quia irregularitas eſt
quædam inhabilitas per modum habitus per-
manentis, cenſura autem eſt quædam pœna
per modum tranſeuntis, cum ſit de ſe abſolu-

bilis, Garc. de beneſ. par. 8. cap. 3. num. 80. & 87. &
ſeqq. Syluest. in verb. irregularitas in 26. quæſt. verſ. &
105 hac ratione putat. Ideò quando † vnus ex pluribus
cauſis ſeu criminibus in plures inciderit irregu-
laritates, ſufficit vna diſpenſatio, & non requi-
runtur plures, Marian. Socin. in c. ad audientiam.
num. 416. & ſeqq. de homicid. & ibi Can. dicens pon-
deranda eſſe verba diſpenſationis. Excommunicatus
autem ob duplicem cauſam, & abſolutus ab vna
excommunicatione non habetur abſolutus
quoad aliam. c. cum pro cauſa de ſent. excomm. & i-
bi Can. Bald. in l. pupillo §. ſi in pluribus ſub num. 1. de
106 nou. oper. nunc. In dubio † nec magiſter, nec iu-
dex debet aliquem iudicare irregularem. c. pœna
de pœnit. diſt. 1. l. interpretatione ff. de pœnis & l. ſi
107 præſes ff. eodem. In dubio † autem vnusquisque
debet ſe irregularem reputare, c. ad audientiam
§. quia verò & ibi Io. And. tradit num. 5. dictas duas
108 regulas de homicid. c. Matthæus de ſimon. effectus †
eius eſt quod obſtat promotioni, interdum et-
iam deijcit promotum, c. 1. §. fin. & cc. ſeqq. 81.
diſtinct. c. fin. de temp. ord. & ibi gloſſ. & DD. ali-
quando inducit depoſitionem & degradatio-
nem, gloſſ. in ſumma 15. quæſt. 8. & ibi Can. inha-
bilitat ad beneficium de nouo acquirendum,
nec non ad penſionem, Nauarr. conſ. 63. num. 5.
de ſimon. & conſ. 44. num. 3. de homicid. Pariſ. de re-
ſign. lib. 4. quæſt. 3. num. 32. & 37. Garc. de beneſ.
par. 7. cap. 11. in princ. ſed non adimit prius ob-
tenta. Milis in repert. verſ. irregularis, vt homicid. A-
chill. deciſ. 2. num. 3. de ſimon. Felin. in c. 2. num. 4.
Garc. de beneſ. par. 11. cap. 10. num. 47. In dubio
109 † vt quis ceſſet à diuinis, debet iudicari irregu-
laris, Panorm. in c. ſignificaſti el. 2. num. 4. de homi-
110 cid. Omnis ille qui proprio † facto alium reddit
irregularem, ipſe quoque irregularis efficitur,
vt verbi gratia, qui alij oculos eruit, manum
abſcindit, aut quouis alio modo mutilat, Cand.
aureum de irregul. num. 35. in 21. not. Syluest. in ver.
homicidium 3. §. 3. verſ. tertium in fine Angel. in verb.
homicidium 5. §. 5. Bell. in c. Thomas num. 5. de corp.
vitiat. ord. vt in quo quis deliquit in eo puniatur.
111 Tollitur † baptiſmo omnis irregularitas etiam
ex homicidio contracta, præterquam ea quæ
contracta eſt ex defectu ſacramenti, vt biga-
mia, Panorm. in c. gaudemus num. 16. de diuort.
112 non tollitur pœnitentia † quæ eſt præambula
ad diſpenſationem, c. at ſi clerici §. de adulterijs de
iud. c. fin. de temp. ord. neque monachatu, c. non
liceat 19. quæſt. 3. c. 2. & ibi gloſſ. fin. de Apoſt. niſi
in caſibus à iure expreſſis, Panorm. in c. 2. in fine
de Apoſt. Secundo tollitur † diſpenſatione Pa- 113
pæ, qui in omni irregularitate poteſt diſpenſa-
re, cum omnis irregularitas ſit de iure poſitiuo,
Innoc. in c. niſi num. 8. de renunciat. Tertio diſpen-
ſatione Epiſcopi, qui poteſt diſpenſare ſuper o-
mnibus irregularitatibus & ſuſpenſionibus ex
delicto occulto prouenientibus, excepta ea
quæ oritur ex homicidio voluntario, & exce-
ptis alijs deductis ad forum contentioſum. c.
liceat ſeſſ. 24. Præterea Epiſcopus † diſpenſat 114
ſuper irregularitate proueniente ex delicto alie-
no notorio, c. de ſimoniacè c. de regularibus in fine
de ſimon. ea quoque quæ prouenit ex delicto
proprio notorio, vt adulterio & minoribus cri-
minibus, non autem maioribus criminibus,
c. at ſi clerici §. de adulterijs, & ibi gloſſ. in verb di-
ſpenſare de iud. ac etiam ea quæ prouenit ex defe-
ctu natalium ad minores ordines & beneficia.
c. veniens c. fin. de presbyt.

Titulus XL.

De verborum ſignificatione.

SVMMARIA.

1 VERBORVM *proprietas ſemper eſt attendenda, nec ab ea receditur.*

2 *Niſi aliter conſtet de mente diſponentium, quam allegans tenetur probare.*

3 VERBA *ambigua interpretanda ſunt in contractibus contra fundantem ſe in verbis, aut contra eum qui potuit legem apertius dicere, aut ex duobus ſenſibus ſumitur ille, qui æqualitatem ſeruat inter contrahentes.*

4 *In vltimis voluntatibus arbitrio iudicis ſunt exponenda.*

5 VERBVM *vnum & idem quando ad plura diuerſa refertur tunc variari debet in ſua ſignificatione, prout natura eorum ad quæ refertur ſuadet.*

6 VERBVM *quod poteſt referri ad plures actus, tunc refertur ad primum actum, quando primus actus conſumit effectum ſecundum intentionem loquentis, alias intelligitur etiam de vlteriori actu.*

SÆPE

SÆPE in canonibus alijſque diſpoſitionibus dubitatur de ſignificatione verborum, ideò compilator in fine operis annectit hanc
1 rubricam, ſemper verborum † proprietas eſt attendenda, & ab ea non receditur. *l. non aliter ff. de leg.* 3. *l. Labeo* §. *id tubere ff. de ſup. leg.* etiam in materia in qua fit ſtricta interpretatio ac alteri præiudiciali, *l. eum lege & ibi Franc. Aretin. ſub num.* 1. *ff. de teſtam. Rot. diuerſ. deciſ.* 75. *par.* 2. *num.* 40. ſtandumque eſt verbo in diſpoſitione expreſſo etiam quod adeſſent aliquæ coniecturæ, & præſumptiones, nam cum in verbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti quæſtio voluntatis, *l. ſi alij in fine ff. de vſufruct. leg. l. fin. C. de res pig. oblig. poſſ. l. ille aut ille & ibi gloſſ. fin. allegat. Concord. de leg.* 3. niſi
2 † aliter conſtet de mente diſponentium, *l. non aliter & ibi gloſſ. in verb. teſtatorem ff. de leg.* 3. quam allegans tenetur probare, ex quo habet regulam iuris contra ſe, *Franc. in rubric. de reg. iur in 6. num.* 5. *Iaſ. in l. catera in* 3. *not. ff. de leg. primo Dec. in l.* 1. *num.* 8. *ff. de reg. iur.* videlicet quod ratione iuris communis de actu loquentis, *l. ſi duo ff. de acquir. hared. l. haredes mei* §. *cum ita ff. ad Trebell.* aut ratione actus de quo agitur, *l. ſi vno ff. locati l. inſulam ff. de praſcript. verb. l. miles ad ſororem ff. de legat.* 2. aut ratione excluſionis delicti, *c. cum tu de teſtibus l.* 2. §. *creditum ff. ſi cert. petat.* vel ratione cauſæ, *Innoc. in c. Sedes num.* 4. *de reſcript.* vel ſubiectæ materiæ improprientur, alterentur, reſtringantur, *l. cum pater* §. *donationis ff. de leg. l. quaro* §. 1. *ff. locat. Tiraquell. in l. ſi vnquam in verb. reuertatur num.* 38. aut interpretanda ſint ſecundum naturam rei cui deſeruiunt, *c. intelligentia hoc tit. l. Proculus ff. de vſufruct. l. ſi quis domum* §. 1. *ff. de locat. l. debitor* §. *fin. ff. ad Trebell.* quia non debet attendi natura vnius dictionis, ſed mens diſponentium, cauſa finalis, & effectus ipſius diſpoſitionis. *l. vnic. in fine C. vt action. ab hered. & cont. hared. incip. l. de ſocietate in fine C. pro ſocio.*
3 Quando verba ſunt ambigua, † fit interpretatio in contractibus contra fundantem ſe in verbis, *l. veteribus ff. de pact.* aut contra eum qui potuit legem apertius dicere, *c. contra eum de reg. iur. in* 6. aut ex duobus ſenſibus ſumitur ille qui æqualitatem ſeruat inter contrahentes, *d. l. ſi id quod ff. de reſcind. vend. l. penult. in fine. C. comm. diuid.* In vltimis † voluntatibus 4
arbitrio iudicis ſunt exponenda, prout ratio ſubiectæ materiæ ſuadet, *l. eas cauſas & ibi gloſſ. in ver. eas vero Bart. & DD. ff. de cond. & demonſt. l. gallus* §. *quaſitum ff. de lib. & poſthum. & ibi DD.* Si vnum † & idem verbum ad plura diuerſa re- 5
feratur, tunc variari debet in ſua ſignificatione, prout natura eorum ad quæ refertur ſuadet. *l. ſi ita ſcriptum fuerit cum Titius ff. de man. teſtam. l. ſeruus poſt decem ff. de ann. leg. pater ſeuerinam* §. *conditionem verba ff. de cond. & demonſtr. l.* 2. *ff. de offic. proconſ. & leg. & ibi gloſſ. ſuper verb. manumitto allegat concord.* ac verbum poſitum inter duas orationes æqualiter vtraſque determinat. *Bart. in l. prator* §. *eritq; differentia ff. vi bon. rapt. Bart. in l. ſeia* §. *Cato ff. de fund. inſtrum.* 6
Præterea verbum † quod poteſt referri ad plures actus, tunc refertur ad primum actum quando primus actus conſumit effectum ſecundum intentionem loquentis, quando vero primus actus non conſumit effectum ſecundum intentionem loquentis intelligitur etiam de vlteriori actu. *Bald. in l. mutus C. de procur. Mohed. deciſ.* 20. *in fine de renunc. Mohed. deciſ.* 7. *de appell.*

Titulus XLI.

De regulis iuris.

SVMMARIA.

1 REGVLAM *qui habet pro ſe, liberatur ab onere probandi quod transfertur in aduerſarium.*

2 *Niſi regula implicitam habeat qualitatem quia tunc probanda eſt illa qualitas.*

3 *Pronunciandum eſt pro eo qui habet regulam pro ſe.*

4 REGVLARES *leges & communes ignorare eſt lata culpa, ſed non ignorare leges ſingulares & exorbitantes.*

5 DICTIONES *ſemper, plerumq; poſita in lege vel canone denotant actuum regularitatem.*

6 DICTIONES *interdum, aliquando, & ſimiles denotant illud eſſe caſuale & regulam eſſe in contrarium.*

VLTI-

VLTIMO loco ſubijcit regulas generales,
quarũ varius eſt effectus, primus eſt quod
1 is † qui habet regulam pro ſe liberatur ab onere
probandi, quod transfertur in aduerſarium, *gloſ.*
in rubric. de reg. iur. in 6. circa fin. & ibi Dyn. &
Franc. Salicet. in l. ſi fundum in fine. C. qui pot. in pign.
2 *habeas.* niſi † regula implicitam habeat qualita-
tem, quia tunc probanda eſt illa qualitas, *Rota*
in pulchro caſu dec. 210. par. 2. diu. plures citans arg. l.
pater filium in princ. ff. de leg. 3. Bart. in l. non ſolum
§. ſed vt probaui ff. de nou. oper. nunc. Secundus eſt
3 quod † pronunciandum eſt pro illo qui habet
regulam pro ſe, niſi aduerſarius doceat apertè
per caſum legis illud de quo eſt quæſtio, eſſe
ſpecialiter exceptum. *Bald. in c. 1. ſub n. 5. de alien.*
iud. mut. cauſ. fact. Rot. diuerſ. deciſ. 582. par. 1. Terti-
us quod ignorare leges † regulares & commu-
4 nes eſt lata culpa, ſed non ignorare leges ſingu-
lares & exorbitantes, *l. quod te & ibi gloſſ. fin. ff ſi*
cert. pet. notant DD. poſt Bart. in l. quod Nerua num.
16. ff. de depoſ. ideò regulæ ſunt memoriæ com-
mendandæ in quas pulchrum commentarium
ſcripſit Dynus Muxellanus. Dictiones † ple- 5
rumque & ſemper poſitæ in lege vel canone de-
notant actuum regularitatem, *l. 1. in fine princ. ff.*
de tut. & rat. diſtrah. & ibi Bart. l. fin. C. de vſufruct. &
ibi Salicet. l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur. l. ſem-
per in coniunctionib. ff. de rit. nupt. Dictiones, † in- 6
terdum, aliquando, & ſimiles, denotant illud
eſſe caſuale & regulam eſſe in contrarium, *gloſſ.*
in l. legitima ff. de pact. interdum ff. de cond. ind. Bart. in
l. nec ei §. eorum in princ. ff. de adopt. Ex his habes
beneuole lector, Deo duce & ad eius honorem
& gloriam expeditam præſentem enarrationem
in decretales, quam peto placide ac benigno
vultu digneris ſuſcipere, meos minutæ ſcientiæ
labores non aſpernando, quod ſi ſenſero
ad alia promptior reddar & ala-
crior.

FINIS LIB. QVINTI ET VLTIMI.

Digitized by Google

710

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google